





CHRISTOLOGIÆ
seu
SERMONVM
DE CHRISTO
Pars Prior. CJB.

In festis suæ Diuinissimæ Infantiæ sacratis, continens Sermones seu Orationes XX.

Quorum tabulam versa pagina exhibebit.

Autore R. HIERONYMO POVODOVIO Archipresbytero Cracouiensi.

Cum Indicibus verborum & rerum: locorum scripturę sacrę: & Autorum citatorum, exquisitissimis, ab autore collectis.

Prouerb: xxx.
Non didici sapientiam: & noui scientiam Sanctorum.

Cum Priuilegio S. R. M.

secundum ordinem consequentem.

In omnibus Sermonibus, additæ sunt doctrinæ morales, textui & tempori competentes.



Regi

Regi regū, & Dn̄o dominātium
IESV CHRISTO,

Verbo æterno: Dei Patris vnigenito, & consubstantiali Filio: Emmanueli: totius vniuersi creatori ac reparatori: humani generis redemptori, & Saluatori: peccati, mortis, & diaboli destructori, ac triumphatori: viuorum & mortuorum Domino, & iudici districtissimo.

Opus hoc qualecunque, Autor indignus humillimè offert.



MAIESTATIS DIVINAE TVAE (REX CAElorum adorande) Apostolus, & quidē
abs te cælitùs edoctus, instruit me, vt Colos: 3. ✝. 17.
quidquid faciam, siue verbo siue opere, illud totum dirigam in gloriam tuam nominisq; tui sanctissimi. Iam verò occurrit mi-
hi pollutis labiis viro, & in medio populi polluta la- Isaiæ 6. ✝. 5.
bia habentis, habitanti, pertractare verbum illud, non creatum, & humana imbecillitate in momento temporis conceptum, & per sonum loquelæ mox
vicissim transitorium, & euanescens: Sed VERBVM, Ioan: 1. ✝. 1.
quod tu ipse es, increatum, & æternum, quod sum- 1. Ioan: 1. ✝. 1.
mus ille Deus Pater, apud seipsum in intimo sinu cor- Ioan: 1. ✝. 18. & 14.
dis, seu substantiæ & essentiæ suæ ab æterno recondens, & generans, carni tandem humanæ ad eius reparationem arctissimè copulauit. Idipsum Verbum
summus ille Regius Propheta, ex sua progenie car- Psal: 44. ✝. 2.
nem eidem communicaturus, in corde quoque suo

summa

summa quadam reuelationis abundantia compressũ,
eructare gestit,& in opus clarissimæ prædictionis e-
mittit : Diuino Spiritu linguam suam sic moderante,
vt impetus cælestis reuelationis, firma veluti calami
scribentis consignatione stabiliretur. Quoniam ve-
rò tantus Propheta, tuusq; secundùm carnem parẽs,
opera tam stupenda, vtriusq; generationis tuæ, ipsi-
usq; regni tui,tibi ipsi,tamq; summo in vtraq; natura
Ierem: 1. ℣. 6. Regi, dici & addici voluerit : A,a,a, Domine Deus,
ego qui puer sum,& nescio loqui,& tamen tanta my-
steria aggressus sum,quò me aliò conuertam? nisi ad
Sap: 10. ℣. 21. te : qui cùm Verbum sis,linguas etiam infantium fa-
Ioan: 14. ℣. 6. Sap: 7. ℣. 27. cis esse disertas : quòd veritas sis,errorum caligines
Isaiæ 6. ℣. 7. depellis : cùm via sis,verum fidei tramitem mõstras:
quòd charitas & bonitas sis,calculo spiritus tui igni-
to, inquinationem expurgas. Cùm igitur tantum o-
pus,extra & supra naturam,patronum cui consecre-
tur,in terris non inueniat : Tu benignisime vniuer-
sorum quæ facta sunt & fiunt Domine,hoc ipsum ex
humillima oblatione mea suscipe : Et si quid de te
qui ineffabilis es,secundùm fidem à te reuelatã,con-
gruè dictum est, tuum ipsius & Spiritus tui Diuini,
qui veritatis fons & Ocæanus ex quo riuuli nostri
profluxerunt,es, recognosce. Si quid etiam humana
infirmitate minus rectè apprehensum,& balbutie in-
fantili, minùs sufficienter expressum, vel explanatũ
Tob: 4. ℣. 19. est,tanquam vasi luteo & fragili tantos thesauros tu-
2. Cor: 4. ℣. 7. os indignè excipienti,ignosce & condona: quin po-
tiùs

tiùs,tuo Diuino afflatu, vel mihi ipsi, vel cuipiam in
Ecclesia tua,quæ columna & firmamentum veritatis
est,inspira ea,sic in spiritu lenitatis emendanda,vt o-
mnia in hoc qualicunq; opere, (& si quæ alia te lar-
giente subsequentur) te tuaque MaiestateDiuina di-
gna inueniantur : cedantque ad infirmitatis & pecca-
torum meorum medelam à te obtinendam : magis
verò ad Ecclesiæ tuæ augmentum, fideliumque eru-
ditionem,ac ædificationem ; maximè verò ad hono-
rem & laudem nominis sanctissimi tui : Qui
cumDeo Patre, & Spiritu sancto sis in
perpetuas æternitates benedi-
ctus. Amen.

DEVTORO: XVI.

*Non apparebis ante Dominum vacuus ; sed offe-
ret vnusquisq; secundum quod habuerit,iuxta bene-
dictionem Domini Dei sui, quam dederit ei.*



Autoris ad Lectores beneuolos PRAEFATIO.

Præsens seculum scriptorum feracissimum.
Eccl: 12. ℣ 13.
Dan: 12. v. 4.



Vod olim Diuinus Sapiens censuerat, librorum scribendorum finem non esse: & quod Propheta prænuntiauerat, scientiam in fine sæculorum futuram esse multiplicem: id profectò extremis hisce temporibus experimur.

Ezech: 47. ℣ 3.

Aquæ enim illæ salutaris & viuificæ doctrinæ Euangelicæ, quas describit Ezechiel Propheta, à latere dextro templi Diuini, hoc est, incipiendo ab Ierusalem, directione veritatis per magisterium Spiritus sancti egressæ, primò quidem Orientis Ecclesias, ad talos & genua, quasi per apparatum longioris progressus alluebant: sic, vt postmodum per meridiem ad reliquas orbis terrarum partes, non solùm mediam, sed etiam excedentem humani generis staturam, hoc est studia & vires, superarent.

Acto: 1. ℣ 7.

Tanta enim modò sacrorum scriptorum extat vbertas, & varietas, vt humanum studium & labor, in eis non solùm assequendis, sed etiam integrè recensendis, deficiat. Quod cùm sæpius mecum reuoluerem, & ex parte expertus essem: illuc potius omnes animi neruos (si qui essent) intendebam, si quo modo illud scriptorum vastissimum pelagus, cum aliquo fructu ipse ingredi possem, quàm vt remis meis infirmis, & velis non satis expeditis, noua aliqua additione, mihi & aliis fluctus accumularem: & (vt Diuinus Sapiens inquit) addendo sciẽtiam, adderem etiam laborem.

Eccl: 1. ℣ 16.

Autor dum discendo docet, cur etiam scribere coactus.

Euenit tamen præter intentionem meam, vt cùm à triginta ferè annis sacra studia tractarem, eaq; Concionibus publicis ad vsum reducere cœpissem, non defuisse subinde in ista apud nos licentiæ sentina varios Hæreticos, Neoarianos, Ebionitas, Photinianos, Samosathenicos, Sacramentarios, Valdenses, Lutheranos, Vtraquistas, & reliquam id genus hæresum colluuiem, qui veritatem Catholicam à me in publicis concionibus assertam & defensam, non solùm dictis & maledictis, sed scriptis etiam publicè editis carperent, & proscinderent. Atque exinde quod denegabat voluntas, extorsit necessitas, vt eorum peruersa dogmata & calumnias, partim priuatis collationibus, partim publicis disputationibus, responsis etiam deniq; & rescriptis in lucem editis, reuincerem & confutarem. Interea cùm neq; ex Catholicis nostris complures deessent, qui vel propter fauores Hæreticis exhibitos, vel propter aliquos tàm in Politica administratione, quàm in propriis moribus excessus, instructione & admonitione scriptis eeulgata, quæ semper ad manum esset, indigerent: eo quoq; nomine aliqua moralia conscripseramus: vt iam olim circiter viginti opuscula exciderint potiùs nobis è manibus, quàm fuerint in lucem emissa. Quod tamen eò faciliùs passi sumus, quòd lingua patria conscripti, domesticos fines, quominùs se altioribus Musis commiscerent, non excesserint. Ex illo tempore quo ista in lucem prodijssent, sæpè sæpiùs, non solùm plebs auditorum promiscua, sed graues etiam pleriq; & docti viri, à me exigebant, vt Conciones meas, quas illi auribus non sine voluptate, & spirituali ædificatione (vt ipsi asserebant) ex me excepissent, in vnum volumen Postilla

ſtillæ (vt vocant) redactos, noſtri vulgari lingua legendos etiam acciperent. Quod tamen à me nunquam obtineri potuit: tùm propter deuitandam librorum, de qua diximus, ſuperabundantiam: tùm quòd Poſtillarum Catholicarum patria noſtra lingua editarum, non deſit copia: quæ tamen ſicut id commodi attulerunt, vt lectores præſertim curioſos, ab vſu Hæreticarum Poſtillarum auocarent: ſic non minùs pleroſq; ignauos vel præſumptuoſos, à publicis in Eccleſia Concionibus & ſacris perſoluendis remorarentur: quaſi commodiùs ea domi ſuæ præſente tota domus familia perlegerēt, quàm ſi pauci ex domo eadem, non tam diſtinctè, à rudioribus quandoq; Parochis ex ſuggeſtu Eccleſiaſtico, audiuiſſent. Sed nec defuerunt, qui ſic officium prædicandi ſe adeptos rati, iura quoq; clericalia, accipiendi potiùs, quàm dandi Decimas, & alios cenſus Eccleſiaſticos, arrogabant. Et talibus rationibus, primam quidem importunitatem ſuperaui. Succeßit alia magis eruditorum, vt iſta noſtra Latinè emitterem efflagitantium. Quos ego ad Homelias antiquorum Doctorum, & Conciones nouorum prædicatorum recentiores, quarum plena ſunt omnia, optima ratione remittebam: vt ita ſecundum doctrinam ipſius Saluatoris, bonos patres familiâs æmulati, de theſauris ſuis familiæ ſuæ, cibum Verbi Dei requirenti, proferent noua & vetera. His excuſationibus victi, editionem quidem publicam non vrgebant: ſed pleriq; Conciones particulares ad deſcribendum exigebant; quas poſtmodum vel non reddebant, (& ſic bona pars illorum intercidit) vel deſcri-

Poſtillarum lingua populari editarum vſus, & abuſus.

Matth: 13. ✠ 52.

deſcriptas aliis etiam communicabant, non per omnia fideliter excerptas, vt riuulis à fonte longiuſculè diductis accidere ſolet. Veritus igitur, ne pro noſtris, non noſtra circumferrentur: ſatius duximus ea qualiacunq; eſſent, vſui publico non denegare: Scientes ex Apoſtolo, in magna domo (quæ Eccleſia Dei viui eſt, columna & firmamentum veritatis) eſſe vaſa non ſolum aurea & argentea, ſed etiam lignea & fictilia: atq; ad eundem modum, ea quæ doctißimi Theologi etiam hac noſtra ætate elucubraſſent, doctioribus inſeruirent, noſtra autem fortaſſe rudiora, minus doctis relinquerentur. Statueramus igitur, Diuino fauore adſpirante, noſtras Sermonum Rhapſodias, quas à viginti & amplius annis, in Eccleſiis declamatas non paucas aſſeruamus, in quinq; tomos, peculiari ordine diſtinctas emittere: Quarum primus quidem de Chriſto aliisq; Diuinis perſonis, omnes per totum anni circulum Sermones contineret: Secundus de Dei genitrice Maria: Tertius de Sanctis: Quartus de Tempore (vt vocant) ſeu Dominicis per annum: Quintus extraordinarios & varios Sermones complecteretur. Atq; exinde tentauimus, quomodo hic propoſitus labor noſter ſuccederet, in iſto primo tomo de Chriſto, qui meritò primum locum ſibi vendicaret. Sed penè euenit nobis illud, quod S. Hieronymus, ſingularis nominis & numinis mei Patronus, de Magiſtro ſuo diuo Gregorio Nazianzeno memoriæ prodidit. Cùm enim ex illo quæreret, quid ſibi velit apud Lucam Sabbatum δευτερόπρωτον? eleganter luſit: Docebo te, inquiens, ſuper hac re in Eccleſia: in qua

2. Timo: 2. ✠ 20.
1. Timo: 3. ✠ 15.

Intentio Autoris de quinque Tomis Sermonum edendis.

Librorū editio maiorem quàm prædicatio cautelam requirit.

Hieronymus Epiſt: 2. ad Nepotianum cap: 10.

in qua omni populo mihi acclamante, cogeris inuitus scire quod nescis: aut certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Ita & nostra, quæ in Concionibus, non sine aliquo auditorum applausu excipiebantur, cùm postmodum (postquam secundum Psalmistam, dies diei eructasset verbum, & nox nocti indicasset scientiã) in manus publicanda suscepissem, vel mihi ipsi non tam arridebant, vt limatißimo isti sæculo legenda obtruderentur. Coactus sum igitur omnia recognoscere, & cum antiquißimorum Doctorum scriptis penitiùs collata, in nouam prorsus formam redigere: qualis labor non minùs molestus esse solet, quàm mechanicorum artificum, qui eligunt noua opera conficere, quàm in antiquis reficiendis maiora mora & difficultate torqueri. Non tamen propterea à suscepto labore quieui. Sed cùm propterea opus retardaretur: priorem interea partem emittere decreui, vt dum reliqua absoluuntur, intelligere liceat, ecquid labor iste noster operæpretii sic allaturus. Quod si ita accideret, non parcerem ætati & valetudini, quin (si Dominus vitam & vires prorogauerit) reliqua non multò post succedant: Quæ tamen si exactiorem recognitionem & collationem cum antiquis scriptoribus (quod in hac prima parte studiosè tentaui) non præstabunt, dabunt pii lectores veniam ætati quæ prouectior est, & infirmiori, quæ ætatem istam consequi solet, valetudini: tum quòd & vitæ meæ status, quem mutare non licuit, aliis ferè aßiduis tum Ecclesiasticis, tum etiam nonnunquam politicis Reipub: (vt domestica taceam) negotiis subinde

Psalm: 18. ✝ 2.

Tomi istius primi diuisionis ratio.

In istis editionibus quæ autorem retardent.

subinde distineatur. Accedit & illud incommodi: quòd sacer intulit Ecclesiastes: Væ soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Siquidem in Cœnobiis, Societatibus, Accademiis, & Congregationibus, mutuatis inuicem consiliis, & operis, eiusmodi labores securiùs, faciliùs, & celeriùs succedunt, quàm in singulari & distracto vitæ statu: præsertim in nostra hac Sarmatia, vbi non adeò Mineruæ & Palladis, quàm Martis, & Cereris studia feruent: adeò vt non modò qui partem talia conferendi susciperet, sed qui congesta fideliter describeret, interdum vix inuenias. His de instituto nostro sic commemoratis, ad ipsius operis rationem progrediamur. Primum quidem quod ad titulum seu inscriptionem libri attinet: cùm eum & breuißimum, & qui maximè rem exprimeret, esse conueniat; quæ apud Latinos non sic facilè contrahuntur, exemplo aliorum, Græcam vocem mutuati sumus; quòd λόγος rectè, & Verbũ quod ipse Christus est, & sermonem seu orationem ipsam exprimeret: proptereaq; & aliis si qui succedent Tomis, non ineptè suo modo similis tituli applicatio conuenire poßit. Sermones etiam seu Orationes denominare visum est, ad imitationem antiquißimorum Doctorum, quòd Homeliarum & Concionum vsitatas formas, non solùm prolixitate; sed etiam tractationis modo aliquando supra popularem, excederent. Siquidem methodi ratio exposcebat, vt aliquot etiam quandoq; Conciones in vnum Sermonem congereremus, vt Concionatores habeãt materias sibi cohærentes: quas longè difficiliùs est ex

Eccles. 4. ✝ 10.

Christologiæ denominationis ratio.

Sermones seu Orationes & quidem prolixiores, cur?

varijs congerere, quàm congestas ad proprium cuiusque vsum, & libitum accommodare. Formam nihilominus

Exordiorum loco, quales Introductiones Autori familiares.

& methodum Concionũ seruauimus. Nam loco Exordiorum, quibus prophanæ Declamationes auribus auditorum insinuantur, nos ante ista sacra eloquia, quæ secundum Apostolum, non persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, nec sermone nituntur, sed virtute: potiùs vsi sumus Introductionibus, quæ ex re aliqua notiori, ad minùs notam quæ proposita est, animos auditorum veluti manu ducerent. Quas Introductiones plerunq; ex veteri Instrumento desumpsimus: primùm quidem propter ipsam legis veteris cum noua coherentiam, & quandam (exceptis quæ transierũt merè cærimonialibus) communicationem:

1. Cor: 2. ✝. 4.
1. Cor: 4. ✝ 19.

Veteris & noui Instruméti conformitas.

quam adumbrasse videntur duo illi Cherubin sese mutuò respicientes, in Propitiatorio Arcæ testamenti, in qua Dominus (vt ipsemet promittit) testimonium suum, legis vtiq; suæ, fuisset depositurus: Deinde vt veluti per vmbras legales, legis Euangelicæ fulgor mentibus auditorum faciliùs innotesceret, & iuxta Verba Saluatoris: Euangelici Doctores, veluti boni patres familiâs, ex thesauro doctrinæ sacræ, noua & vetera familiæ suæ proferrent, & oportuna alimenta mentibus eorum ministrarent.

Exod: 25. ✝ 20.
Matth: 13. ✝ 52.
Math: 24. ✝ 45.

Sermonum sequentium tractandi ratio.

Ordinem quoq; & dispositionem in Sermonibus quoad maximè fieri potuit seruauimus, vt auditorum primò quidem memoriæ, apta & breui methodo: deinde intellectui, dogmatum fidei firma & facili propositione: denique voluntati, moralibus doctrinis, ex textu, vel festi ipsius occasione, desumptis, inseruiretur.

Illud

Autoritates scripturæ & Doctorum sacrorum cur copiosiꝰ adductæ.

Illud etiam vnicè nobis proposuimus: vt quoad maximè fieri posit, ea quæ traduntur præsertim dogmatica, non nostris sed Diuinæ scripturæ, & sacrorum Doctorum verbis, vel sensibus exprimeremus: locaq; ex quibus allegationes essent desumptæ, in margine adnotaremus, eoq; copiosius, vt studiosi Lectores, ea quæ citauimus perlustrantes, materiam de vnaquaq; re dicendi, magis si opus esset sibi accumulare, simulq; modernis errorum nouitatibus, antiquitatis consensum obijcere, possint. Quibus allegationibus, si quando (vt puto rarißime) loca consignata non respondebunt, dabunt veniam lectores; eò quòd in distractionibus nostris quas supra memorauimus, ipsi autores, non semper ad manum haberi poterant, vt vel memoriam quæ labilis est, vel aliorum scriptorum fidem, sequi nos oportuerit: Quæ tamen talia sunt, vt à Lectore non inerudito, apud ipsos autores requiri & restitui non difficulter poßint.

Heresum cõfutationes, cur in hoc libro obiter, nec ex professo tangũtur.

Porrò in confutationibus Hæresum parciores in hoc libro fuimus: tùm quòd id ipsũ satis pro virili præstiterimus, in aliquot Opusculis contra Neoarianos apud nos, patria lingua editis: præsertim in libro quem Frænum Arianorum denominauimus: partim etiam, quòd prolixitatem, Lectoribus quandoq; tædiosam, deuitauimus: satis esse rati, veritatem Catholicam ex suis fundamentis demonstrare, quæ natura sua oppositas quasq; falsitates demoliri valeat.

Rhetoricum fastũ, sacris autor non admiscet.

Hac etiam ratione, dum probationibus solidis plerumq; insistimus, omisimus amplificationes & Schæmata Rhetorum, tum similia, dißimilia & exempla, modernis alioqui Declamato-

matoribus sacris vsitata: tùm quòd aduersarij ista eludere soleant, quasi ad talia, sacris probationibus destituti, refugiamus: tùm quòd Concionatores eorum maximam copiam habere poßint, partim in propriis de hac materia tractatibus, partim in Concionibus, quas doctißimi & disertißimi aliquot viri, nostro hoc tempore, in lucem emiserunt. Deniq; sicubi Lectori magis erudito parum sibi similes videbimur, tam in materiis ipsis, nunc exactius, nunc planiùs pertractandis, quam in ipso dicendi genere; nouerit nos aliqua ex professo acuratiùs perscripsisse, aliqua etiam, quæ iam ante populariter in Ecclesiis declamata asseruabamus, apposuisse: vt hac ratione, labor iste noster rudioribus quoq; inseruiret. Cæterùm quoniam liber iste, verbis paucis, multa & varia non inutilia contineat; vt Lectores maiorem & faciliorem fructum ex eo capere poßint; magno studio & labore, tres Indices concinnauimus, in quibus tam ipsæ sacræ scripturæ, quàm res seu materiæ paßim dispersæ, in suam seriem ac methodum reuocatæ, studiosis sine requirendi molestia, sese exhiberent, & autores quos studiis nostris adhibuimus demonstrarent. In eis enim colligendis, non vulgarē morem secuti sumus, qui voculas indifferentes, ad seriem alphabeticam accommodat: sed eas voces, quibus maximè sententiæ nituntur, in eum ordinem digeßimus, qui non modò materias in vnum veluti fascem congestas fideliter monstrare, sed insuper totius operis veluti medullam exhibere, valeat. Accipite igitur candidi Lectores, opellam hanc nostram, eo quo suscepta est, & quo emitti-

Dißimilis interdum tractationis in hoc opere ratio.

Indicum appositorum vtilitas

Indicum conficiendorum optima ratio.

emittitur, animo. Neq; enim mihi propositum est, aut fuit vnquam, magisterij munus in Ecclesia Dei vsurpare, immò etiam oblatum suscipere, qui & discipulatu indignum me esse iudicarem: Sed seruare mihi semper fuit propositum formulam illam Apostolicam, vt Ecclesiastico ordini (relicta satis opima sæculari conditione) ascriptus, æquali cum aliis iure, habendo Psalmum, doctrinam, & Apocalypsim: ad pensum officij Ecclesiastici consuetum, adderem etiam qualemcunq; doctrinam: atq; exinde rursus, meliora charismata (hortante eodem Apostolo) æmulatus, ad Apocalypsim, seu reuelationem Diuinorum mysteriorum, contenderem: Seruata tamen duplici cautione, ibidem ab Apostolo proposita: primò quidem, vt Spiritus Prophetiæ seu expositionis sacrarū literarum priuatus, maneat subiectus Prophetis, hoc est summo Ecclesiæ Catholicæ magistratui: cui etiam nostra hæc, & alia, cum ea qua par est reuerentia subijciuntur. Deinde, vt si alteri reuelatum fuerit, prior taceat. Quemadmodum enim in his conscribendis, sensum nostrū quantum in nobis fuit, studuimus ad sensum & consensum Orthodoxorum antiquorum Patrum reuocare: sic quæ nobis eodem (vt credimus) Spiritu (quem in Ecclesia vetat idem Apostolus extinguere) dictata sunt, sic in medium proferimus, vt si cui quid magis consentaneum regulæ Orthodoxæ reuelatum fuerit, parati simus spiritum nostræ intelligentiæ, cum charitate & humilitate, eiusmodi correctioni subijcere. Non est enim (addit ibidem Apostolus) dissenßionis Deus, sed pacis. Quam nobis

Theologica tractandi modus Apostolicus ab autore seruatus

1. Cor. 14. ✝ 26.

1. Thes. 5. ✝ 19.

nobis siue discentibus, siue alios in eius spiritu docentibus, largiatur ipsemet eiusdem pacis autor: vt pace interna dispositi, & externa præmuniti, ad æternam ipso largiente transferamur. Valete & viuite felices, benigni Lectores, fide vegetati, spe confortati, & charitate ad æternam felicitatem consummati: nostrosq; qualescunq; labores Deo precibus vestris commendate.

APPARATVS AD FESTA NATALIS *Domini & consequentia. Ex S. Chrysostomo, Sermone de B. Philogonio.*

Natalis Christi metropolis aliorum festorum.

Appetit festum omnium festorum maximè venerandum adorandumq; quod si quis appellet omnium festorum metropolim, haudquaquam aberret. Quod autem hoc est? Christi iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim illustratio Dei, festum videlicet Epiphaniorum, ac sacrum Pascha, Ascensio, & Pentecoste, originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptizatus esset, nam id est festum Theophaniorum: Nequaquam fuisset crucifixus, nam hoc est festum Paschæ: Nequaquam misisset Spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc ceu fonte quopiam, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis hæc festa. Verùm non ob hoc tantùm par est hunc diem cæteris anteponi, sed etiã ob id, quòd id quod in hoc natum est, cæteris omnibus est venerabilius. Nam quòd Christus homo factus, mortuus est, quum nullum omnino peccatum perpetrasset, quid huic amplius poterat adiungi miraculo? Sed mortale corpus assumpsit. Erat quidem & hoc admirandum. Cæterùm quòd Deus quum esset, voluerit homo fieri, tantùmq; sese demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium maximè reuerendum, stuporisque plenum. Quod quidem & Paulus admirans dicebat, sine controuersia magnũ pietatis mysterium. Quod magnum? Deus declaratus in carne. Ac rursum alibi: Non enim Angelos apprehendit Deus, semen Abrahæ apprehendit. Vnde

Incarnatio per exinanitionem opus stupẽdum

1. Timoth: 3. Hebr: 2.

debuit per omnia fratribus assimilari. Propter hoc potissimum amplector diligoque diem hunc, & amorem eius in medium propono, vt vos huius amatorij pharmaci participes reddam. Eoque rogo vos omnes obsecroque, vt summo studio summaque cum alacritate velitis adesse: sed prius suam quisq; domum repurget, vt videamus Dominum nostrum in cunis iacentem ac fascijs inuolutum, horrendum ac stupendum spectaculum. Quid enim excusabimus, aut quam veniam obtinebimus, si quum ipse nostra causa descenderit è cœlis, nos ad illum vel ex ædibus ire grauemur: quũ alienigenæ barbariq; ex Perside accurrãt vt illũ videant in præsepi iacentem, tu verò ne breue quidem spacium emetiri sustines, vt hoc fœlici spectaculo perfruaris. Nam si cum fide accesserimus, proculdubiò videbimus illum in præsepi iacentem. Si quidem hæc mensa vicem explet præsepis. Nam & hîc ponitur corpus Dominicum, non quidem fascijs inuolutũ sicuti tunc, sed vndiquaq; Spiritu sancto conuestitum. Qui mysterijs initiati sunt, intelligunt quæ dicuntur. Ac Magi quidẽ nihil aliud quàm adorarunt, tibi verò si cum pura accesseris conscientia, permittemus vt sumas, & sumpto domum abeas. Accede igitur tu quoq; munera offerens, non qualia deferebant illi, sed multò religiosiora. Obtulerunt illi aurum, offer tu temperantiam ac virtutem. Obtulerunt illi thus, offer tu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia. Obtulerunt illi mirrham, offer tu modestiam, & cor submissum cum eleemosyna. Quòd si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacræ mensæ. Nam hæc ideo nunc loquor, quòd sciam certò futurũ, quòd in illa die complures accedant irruantq; ad victimam hanc spiritualem. Id igitur ne faciamus ad detrimẽtum & condemnationem animæ nostræ, sed ad salutem: iam nunc obtestor obsecroq; vt omnibus modis repurgatis animis vestris, ita demùm adeatis mysteria. Neque mihi quisquam dixerit, vereor, habeo conscientiam peccatis oppletam, sarcinam circunfero grauissimam. Sufficit enim horum quinque dierum tempus, si sobrius fueris, si attentus, si vigilaueris, multitudinem peccatorum reddes contractiorem. Nec illud perpende quòd breue tempus est, sed illud considera quòd benignus est Dominus. Quandoquidem & Niniuitæ tridui spacio tantam iram Dei à se depulerunt, nec obstitit illis temporis angustia, sed animi promptitudo, amplectens Domini benignitatem,

Eucharistia quali præparatione sumenda.

Magorum pietas quomodo imitanda.

Pœnitentia breuis sufficit, modò feruida.

Ionæ 3. Exemplum Niniuitarum, & Magdalenæ.

tatem, totum peragere valuit. Et meretrix illa breui temporis momento, quum ad Christum accessisset, omnia probra diluit. Quin & calumniantibus Iudæis, quò illam admisisset, tantamque præbuisset fiduciam, Christus illis quidē silentium imposuit, hanc verò malis omnibus liberatam, comprobatoq; illius studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Quoniam feruenti animo, & flagranti corde, ardentiq; accessit fide, sanctosq; illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emissis, vnguento profuso. Etenim per quæ deceperat homines, per eadem parauit remedia pœnitentiæ: per quæ auocarat oculos intemperantium, per hæc emisit lachrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccatum, per eosdem pedes abstersit Iesu. Vnguēto multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus prouocasti Deum, per has rursum facito propicium. Prouocasti illum pecuniarū rapina, per easdem illum reconcilia, quumq; & rapta restitueris illis quos iniuria affeceras, & alia insuper addideris, dicito iuxta Zachæum: Reddo si quid rapui, quadruplum. Prouocasti linguæ maledicentia, multis contumelia affectis, vicissim lingua placato, puras emittens preces, benedicens maledicentibus, laudans vituperantes, gratias agens iniuriam inferentibus. Hæc non egent multis diebus annisue, sed solo animi proposito vnico die perficiuntur. Discede à malo, virtutem amplectere, desiste à prauitate. Pollicitor te posthac ista non cōmissurum, & istud sufficiet ad excusationem. Ego testificor ac fideiubeo fore, vt si nostrum quisq; qui peccatis obnoxij sumus recedens à pristinis malis, ex animo vereque promittat Deo se postea nunquam ad illa rediturum, nihil aliud Deus requirat ad satisfactionē vlteriorem. Benignus enim est, & quemadmodum parturiens cupit eniti fœtum, ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Sed obstant peccata nostra. Diruamus igitur maceriam, atque ex hoc iam tempore festum auspicemur, hosce dies quinque negocijs omnibus valere iussis. Valeat forum, valeat curia, facessant mundanæ curæ, cum pactis & contractibus: animam meam seruare cupio. Quid lucrifecerit homo si totum mundum lucrifaciens, animæ suæ iacturam faciat? Egressi sunt à Perside Magi, egredere tu è temporarijs negociis: ad Iesum proficiscere, non est longum interuallum si velimus. Non enim necesse est traijcere mare, neque montium superare cacumina, sed

Lucæ 7.

Pœnitētia quomodo agenda.

Lucæ 19.

Hæc intelligenda sunt præmissa confessione Sacramentali.

Matth: 16.

sed domi sedens, si pietatem exhibeas, multamq; cordis compunctionem, potes illum videre, potes totam diruere maceriam, totum submouere obstaculum, abbreuiare viæ longitudinem. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non Deus procul. Et dominus propè est omnibus inuocantibus ipsum in veritate. Nunc autem multi Christianorum in tantam vecordiam tantumq; venēre contemptum, vt quum innumeris scateant malis, nullam tamē vitæ suæ curam habeant: sed in diebus festis negligenter ac temerè ad mensam hanc accedant, haud intelligentes, quòd communionis tempus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitaq; à peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui sibi vllius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indignè accesserimus, quin hoc ipsum potiùs auget damnationem, quòd quum semel tantùm accedamus, ne tum quidem purè accedimus. Quapropter adhortor vos omnes, ne negligenter, veluti festo die cogente, ad diuina mysteria accedatis, sed si quando parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis antè diebus repurgetis vosipsos per pœnitentiam, precationem, & eleemosynam. Denique per hoc, vt vacetis spiritualibus, nec denuò conuertamini canis in morem ad proprium vomitum. An non enim absurdum tantam habere curam rerum corporalium, vt appetente festo multis ante diebus vestem è scrinijs depromptam diligenter appares, emas calciamenta, mensa largior splendidiorq; paretur, denique variam vndiquaque rerum copiam excogites, omnibusq; modis temetipsum ornes, nitidumq; reddas: animæ verò neglectæ, sordentis, squalidæ, fame contabescentis nullum habere respectum, quum sola maneat impura: ac corpus quidem nitidum huc adducere, animā verò nudam incultamque? Atqui corpus quidem videt conseruus, neque quicquam est detrimenti, quomodocunq; fuerit habitum: illam autem videt Dominus, qui grauissimè punit negligentiam. An nescitis quòd hæc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodū fontes aquæ vim exundant, ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam adferens, non ligna, non fænum, ne augeas incendium, exuratq; animam ad communionem accedentem: sed accede ferens lapides preciosos,

Hier: 23. Psal: 124.

Ad Eucharistiā non temerè ex consuetudine accedendum.

1. Cor: 3.

Reconciliatio offensarum.

sos, aurum, argentum, quò puriorem reddas materiam, multoq; cum lucro discedas. Si quid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicum, grauiter læsus est, soluat simultatem, coërceat animum exardescentem, intumescentemq;, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionẽ: quum autem rex ingreditur animam, oportet magnam esse tranquillitatem, multumq; silentium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter læsus es, nec potes iram remittere. Quid igitur? An igitur teipsum magis etiam & grauiùs lædes? Neque enim tantis malis te afficiet inimicus quæcunque fecerit, quibus teipsum afficis, si non illi reconcilieris, sed Dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi num tu ideo Deum afficies cõtumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum vlcisci, quàm Deum afficere contumelia legis huius autorem, præcipientis vt inimicis reconciliemur priusquam accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad conseruũ, neque ad magnitudinẽ iniuriarum, quas intulit ille, sed ad Deum, illiusq; timore in animum demisso, illud expende, quòd quò maiorem vim admoueris animo tuo, post innumera mala cogens illum redire in gratiam cum eo qui molestiam intulit, tantò maius præmium feres à Deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodum hîc Deum excipis multo cum honore, sic & ipse te illic multa cum gloria excipiet, reddetq; tibi millecuplam istius obedientiæ mercedem. Quam nobis omnibus assequi contingat, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum.

Amen.

Deũ odio proximi afficere cõtumelia, quid sit.

Matth: 5.



In festo

In festo Natalis Domini,

Sermo Primus.

Exijt edictum à Cæsare Augusto. Luc: 2.

A

Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit illi potestatem & honorem, & regnum: & omnes populi & linguæ, & tribus, seruient illi. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnũ eius, quod non corrũpetur. Hęc prophetia (Christiani auditores) quamuis propriè intelligenda sit de secundo Christi aduẽtu ad iudicium, de quo paulò superiùs manifestè idem Propheta loquitur, quod filius à Patre sit accepturus: (*Pater enim non iudicat quenquã, sed omne iudiciũ dedit filio.*) tamen potest etiam non incommodè applicari, ad primũ Christi aduentum in carne: & continet non obscuram congruentiam, cum descriptione Natiuitatis Christi, quam hodie Ecclesia ex verbis S. Lucæ & Ioannis proponit. Quòd enim dicitur filius hominis oblatus in conspectu Patris, & datam illi fuisse potestatem, honorem, & regnum super omnes gentes: ista omnia quadrant eius humanitati, merito, & exaltationi. Cùm autem idem ipse visus est Prophetæ quasi filius hominis, ostenditur eius diuinitas velata carne: sicut è conuersò, eius humanitas occultam exhibens diuinitatem, exprimitur illis verbis: *Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre.* id est, gloriæ diuinæ quandam apparentiam corporalem in transfiguratione & resurrectione potissimùm exhibitam. Huic proposito consonat, quòd dicitur venisse in nubibus: Deo siquidem proprium est, *ponere nubem ascensum suum, & ambulare super pennas ventorum*: Qualem filij Dei maiestatem videtur respexisse idem Propheta, quando dicebat: *Quis in nubibus æquabitur Domino: similis erit Deo in filiis Dei?* Maximè verò, quòd dicitur peruenisse ad antiquum dierum; quod eius vtiq; consubstantialitatem designat. Alioqui enim tot Angelorum legiones Deo Patri ministrantes, & assistentes (quæ ibidem memorantur) ad eum quoq; peruenisse, simplici intelligentia, dubium non est. Hoc autem totum contigit in visione noctis. Diei enim nouissimæ tempus nobis incertum esse voluit:

Dan: 7. ℣ 13.

Filii Dei & filii hõinis simul typus in Christo.

Iustinus martyr dialog: Tryph.

Epiphanius cõtra Noetian.

Hieron: in hunc locum.

Ioan: 5. ℣ 22.

Ioan: 1. ℣ 14.

Psal: 103. ℣ 3.

Matth: 26. ℣ 64

Psal: 88. ℣ 7.

Suid: i vita Aug.

tescentiam, Romano Imperio quasi suspectam habens, sugillat eos, qui tantum portentum, non fato cuidam diuino, sed vetustati temporis (vt vino, vel salsamentis accidere solet) adscribebant. Exinde teste Nicephoro, Augustum ab oraculo reuersum, in Capitolio arā erexisse cum hac inscriptione: *Hæc est ara primogeniti Dei.* Qui locus, (vt creditur) hucusq; Romæ in templo Capitolino ordinis Minorū, ARA COELI vulgo denominatur. Vbi etiam ex quadam traditione narratur, eundem Augustum Sibyllæ carminibus, quorum erat studiosissimus, præmonitum fuisse, ne sese Deum vel Dominū à Senatu Romano vocari pateretur (quod etiam Orosius, eoque antiquior Tertullianus attestantur) eidemq; ex illo Capitolii loco monstratam fuisse in nubibus virginem filiolū gestantē, qui verè Dominus mundi foret nominandus. quod istis versiculis cōprehenditur.

Nicephorus loco citato.

Orosius hist: lib: 6. cap: 21. Tertullianus in Apologetico.

Sibylla Tiburtina à Thoma Beuxamis in cōcord: citata.

Verax ipse Deus dedit mihi hæc munia fandi
Carmine, quòd sanctam potui monstrare puellam,
Concipiet quæ Nazaræis in finibus illum,
Quem sub carne Deum Bethleemica rura videbunt.

E

Inde ergo Octauianus post victoriam ex Antonio reportatam, à tota Repub. salutatus est Pater patriæ, & AVGVSTVS, quod nomen nulli vnquam concessum erat; sonat enim summum imperii adauctorem, & summū mundi Monarchā. Quidquid igitur ex Euangelistę mentione de Augusto diximus, omnia veriùs in Christum natum redundabant. Si enim Cyrus ille Persarum Monarcha, typum gerens Christi, eidem assimilatus est; profectò magis hoc conueniet Octauiano Augusto, qui propter Monarchiam Christi introducendam, non solùm in vita & gestis, sed etiam ante & in ipso exortu, fatale quid præ se ferebat. Nam ante paucos menses (scribit Suetonius) quàm nasceretur Octauianus, prodigium Romæ factum publicè, quo denuntiabatur Regem populo Romano naturam parturire: Senatum perterritum censuisse, ne quis illo anno natus educaretur. Hæc ille. Prodigia autem illa describit Dio his verbis: *In Capitolio multæ statuæ de cœlo tactæ liquefactæq; fluxerunt: Deiectaq; erant tum alia simulachra, tum Iouis columnæ insistens: præterea imago Lupæ cum Remo & Romulo consecrata ceciderat. Literæ etiam in columnis, in quibus leges scribebantur, confusæ atque obliteratæ erant.* Hactenus Dio. Aliud prodigium sic Orosius ex Suetonio refert; *Octauianus post Cæsarem auunculum suum interfectum, cùm primùm ex Apollonia rediens, Vrbem ingrederetur: hora circiter tertia, repentè, liquido ac puro sereno, circulus ad speciem cœlestis arcus, orbem solis ambiit: quasi vnum eum ac potissimum in hoc mundo, solumq; clarissimum in orbe monstraret,*

Monarcha orbis veriùs Christus Messias quā Augustus. Isa: 45.

Suetonius in Octauiano.

Dio hist: Rom. lib: 37.

Orosius lib: 6. hist. cap: 18.

straret, cuius tempore venturus esset, qui ipsum solem solus, mundumq; totum & fecisset & regeret. Hæc Orosius. Iam ergo titulos & elogia Augusto attributa, iure suo ab illo exigat natus Messias. Ipse enim est secundum Apostolum, verus & vnus Dominus: Ipso etiam dicente: *Verè vocatis me Dominum, sum etenim.* Singulariter quoq; & propriè, est Pater patriæ: quia secundum Isaiam, est Pater futuri sæculi, in quo ciuitatem illam (secundum Apostolum) perhennæ stabilitatis expectamus. Est etiam Augustus & supremus Monarcha: quia est *princeps regum terræ, & Rex regum, & Dominus dominantium.* Magis etiam est pro-

1. Cor: 8. ✠ 6. Ephes: 4. ✠ 5. Ioan: 13. ✠ 13. Apoc: 1. ✠ 13. Apoc: 1. ✠ 5. & cap: 19. ✠ 16.

F

priè dominator orbis: dicente Deo Patre: *Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea. &c.* Quod etiam singulariter filio Dei triumphatori applicatur. Apoc: 2. Hunc etiam puerum futurum esse Principem pacis, testatur Isaias, dicens: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Vbi inter alia huius paruuli elogia, dicitur etiam *Princeps pacis.* Ad hoc propositum 3. Regum 4. describitur tempus Salomonis, ita pace floridum, vt à termino ad terminū regni, vnusquisque securus sederet, sub sua ficu, vel sub sua vite: & cap: 5. ipse Salomon ad Regem Sidonis Hiram scribit, se tanta pace quiescere, vt non sit Sathan, vel occursus malus. Sed ecce plus quàm Salomon hic. De ipso siquidē sub persona Salomonis Dauid prædixerat: *Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsque ad terminos orbis terrarum.* Id enim non potuerat propriè conuenire Regno Salomonis, quod finiebatur à Dan vsque ad Bersabeæ: sed Christi Regno, quod est totius mundi, omnium terrarum & sæculorū vniuersale. Illud etiam quod in eodem Psalmo præmittitur, (*Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis*) magis propriè euenit tēpore Christi nati: quando pace temporali, & externa, totus mundus fruebatur, sub vno rerum Domino, ad declarandum Christum Monarchā, qui vocatur princeps pacis. Lex enim eius est charitas & patientia, quæ nullas discordias seu vindicationes admittunt. Qualem statum Regni Messiæ depinxit quoq; Isaias dicens: *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium suum.* Et Psal: 45. *Venite & videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsq; ad finem terræ. &c.* Quod quidem magis propriè exhibitum fuit, quòd Christus attulerit nobis pacem longè perfectiorē, internam & externam. *Est enim pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, pacificans per sanguinem suum omnia, quæ in cœlo & in terris sunt.* Restituit enim aditum ad pacem homini primo concreatam, vt anima quidem Deo, animę autem

Psal: 2. Isaiæ 9. ✠ 6. Hebr: 13. ✠ 14.

Isaiæ 9. ✠ 6.

Salomon pacificus figura Christi.

3. Reg: 4. ✠ 25. & cap: 5. ✠ 4. 1. Mach: 14. ✠ 12.

Matth: 12. ✠ 42.

Psal: 71. ✠ 8.

Isaiæ 49. Psal: 144. ✠ 13.

Isaiæ 9. ✠ 6.

Isaiæ 2. ✠ 4. Michæ 4. ✠. 3. Psal: 45. ✠ 9.

Ephes: 2. ✠. 14.

Pacē perfectissimam attulit Christus.

autem corpus, toti autem homini reliquæ inferiores creaturæ (vt in sanctis viris experimur) subiiciantur. Talis autẽ pax subsecuta est ex subiugato, non aliquo terreno principatu (sicut in Cæsare Augusto) sed ex destructo & deuastato eo, qui habebat mortis imperiũ, Diabolo. Meritò igitur Euangelista, Christum recens natũ describit, G cum tanto orbis vniuersi ad parendum vnico Monarchæ apparatu.

Hebr: 2. ℣. 14.

Census orbis Christo summo Monarchæ debitus.

Secundo: Quòd etiam S. Matthęus meminit descriptionis & professionis totius orbis ad censum cõferendum, nec hoc extra propositum Christi natalis memoratur. Mos enim est, vt Monarchæ reddita pace, subditos quoq; ad subiectionem & tributa recenseãt. Reprehenditur aliquando Dauid, quòd cùm sæpiùs decantasset, & professus expertusq; fuisset, non propria sed diuina virtute, victorias sibi cessisse: tamen in ipsa regni sui tranquillitate, fastu quodam, vel diffidentia, populum virilem regni sui numerare, disuadente duce populi sui Ioab, vrgeat. Ecce successor solii eius, & quidem æterni, Christus, cum sæuissimo hoste congressurus, in ipso regni sui initio, per mysterium terreni principatus, recenset populũ vniuersum, & tanquam dispersum gregem recolligit, vt eum postmodum (secundum Gregorium) ad æternitatem adscribat. Hoc etiam mysterio, apparet tanquam agnus in stabulo inter pecudes, & primùm pastoribus quàm regibus sese reuelari patitur: tum etiam veritatem carnis contestando, vult ascribi solenni hac professione à Cyrino in Syria, quæ est in terræ meditullio, vt prima hac, quæ memoratur, descriptione, secundum Apostolum, primatum in multis fratribus, quos sic vocare non confunditur, adstrueret. Ista etiã professio, quando filius Dei in ordine filiorum hominũ censetur, videtur insinuare primam traditionem illius ad genus humanum redimendum: vt ipsemet dicebat: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. &c.* Et Isaiæ 9. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.*

2. Reg: 24.

Psal: 131. ℣ 11.
Lucæ 1. ℣ 31.

Greg: de Natiuitate Domini hom: 8.

Coloss: 1. ℣ 18.
Hebr: 2. ℣ 11.

Ioan: 3. ℣ 15.

Bethleem patria Mesisę longè ante prænunciata.

Tertia ratio memorationis huius edicti per Euangelistam fuit, vt origo Mariæ ex genere Dauid, eminentissimo supremi magistratus testimonio comprobaretur. Verbum enim æternum eundemque ipsum promissum Messiam, ex Bethleem Iudæ ciuitate Dauid oriundum, disertè totum consistorium Synagogæ Iudaicæ Herodi attestatum fuerat, ex prophetia clarissima Michæę. Ciuitas autem Dauid vocatur primò Arx Sion, propter locum illum, ab occupatione gentilium fortissimè initio regni sui vindicatum, sic denominata. Sed magis propriè ciuitas Dauid intelligitur Bethleem, rati- H one ipsius originis, secundum quam vocatur Dauid ex Patre suo Bethlee-

Matth: 2. ℣ 5.
Michæę 5. ℣ 2.
Ciuitas Dauid ꝓpriè Bethleem
2. Regum 5. ℣ 8.
1. Reg: 17. ℣ 12.

Bethleemites. Quemadmodum Nazareth, ratione quoq; originis, dicebatur ciuitas Christi, quòd eius per conceptionem exortus in ea fuisset peractus. Erat quoq; alia Bethleem non Iudæ, hoc est tribus Iudæ origini (ex qua Christus oriundus erat) propria, sed terræ Zabulon, vt constat Iosuæ 19. Cùm ergo Euangelista dicat, ex edicto Cæsaris, singulos homines vtriusq; sexus (quod ex Marię mentione colligitur) in ciuitate suæ originis professionem istam præstitisse: euidenter demonstrat, tam Iosephũ quàm Mariam, prodisse ex genere Dauid. Quod sanè euidentius argumentum est eorum ex Dauid originis. Si enim in Bethleem domicilium habuissent, dici potuisset, eos ratione incolatus, nõ generis, eã ciuitatem fuisse professos. Iam verò, quando ex Nazareth loco mansionis, in Bethleem, causa professionis cõmeant, certissima inde generis Bethleemitici demonstratio euincitur. Non est autem dubium, etiam Christum natum ea professione recensitum fuisse, propter rationes supra memoratas: maximè verò quod dicitur Galat: 4. *Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.* Vbi Apostolus subinfert, non aliquam ex parte sua necessitatem, sed ex parte nostra vtilitatem, cùm addit, *vt eos qui sub lege erant redimeret.*

Matth: 9. ℣ 2. & cap: 2. ℣ 23.

Iosuæ 19. ℣ 27.
Mariæ cum Ioseph tribus Iuda communis.

Aug: de consensu Euang: lib: 2. cap: 2.
Hiero: & Hilar: super eund. loc.

Christ. professioni Cæsaris vltrò subiici voluit.

Galat: 4. ℣ 4.

Porrò in illa professione, soluebatur quoq; aliquis census, secundum capita vel personas. Cuius origo, in gente quidem Iudaica, videtur fuisse desumpta, exemplo illo Exod: 30. quando singuli ex Iudæis, qui nomina sua profitebantur, dabant dimidiũ Sicli, in vsum tabernaculi. Cuius noua ista tempore nati Messię exactio, rectè respondebat figuræ, vt census pro tabernaculo legali & transitorio, cederet tabernaculo, quod secundum Apostolum fecit Deus, & nõ homo. Hac quasi dispensatione diuina, Augustus effectus orbis dominus, post deuictum Antonium, & subiugatas Hispaniæ reliquias, tum propter Imperij Romani prouincias, assiduitate bellorum cõturbatas, in ordinem redigendas: tum propter inuestiganda præsidia, tam in milite, quàm in pecuniis, quanta Romano Imperio accederent: in ipsa orbis de qua locuti sumus, descriptione, sublatis vectigalibus, instituit censum per singula capita, Aera dictum: qui census successu temporis, cum dominio Romano, in alias quoque nationes inuectus est; adeò vt hucusque in Hispaniis, etiam in supputatione annorum, in vsu esse dicatur. In Iudæa autem, per Cy-
I rinum à prouincia Syriæ dicitur fuisse inchoatus, propter mysteria antehac commemorata. De quo censu plura qui nosse desiderat, videat autores hoc ipsum pleniùs pertractantes, hîc in margine citatos.

Census ab Augusto instituti origo & ratio.
Exodi 30. ℣ 13.

Hebr: 8. ℣ 2.

Ioan: Gerunden. in suo Paralip: tom: 1. lib: 10.
Petr. Mixias variarum lection: lib: 3. cap: 36.
Suid: in histor. ἀπογραφή.

Caſsiodor⁹ var: lib: 3. epiſt: 52. Dio Caſ: hiſto: Rom : lib : 48. Iſidor : lib: 1. Ethimolo: cap: 36 Durand⁹ in Rationali li: 8. ca: 3.

Cenſum qualem Chriſtus Cęſari adiudicat. Matth: 22. ✠ 17. Actorum 5. ✠ 37.

tatos. Quod autem Ioſephus lib: 7. cap : 26. de bello Iudaico dicit, Veſpaſianum poſt vltimã ſubiugationem, Iudæis hunc cenſum, Didrachma appellatum, impoſuiſſe, intelligendum eſt (vt ipſemet explicat) quòd etiam extra Iudæam, in quocunq; loco orbis, ad eum cenſum obligati eſſent omnes natione Iudæi, cùm antehac ab Augusto in ſola Iudæa fuiſſet indictus. Inde etiam explicari poteſt quæſtio de cenſu reddendo Cæſari. Erant enim aliqui, inter quos Iudas Gallilæus, qui à Ioſepho lib : 18. Antiquitatum cap : 1. Gaulanites appellatur, qui populum Iudaicum à ſubiectione Cæſaris, quaſi vindicatione legis Moſaicæ auertebant, aſſerendo talem cenſum nil aliud eſſe, quàm meram ſeruitutem gentilicam, populo Dei indignam, & nequaquam ferendam. Quod autem ibidem Ioſephus ponit quoque ipſum nomen profeſsionis, veriſimile eſt intelligi ſimilem profeſsionem ei, qualis circa Natiuitatem Chriſti à S. Luca deſcribitur. Et Cyrillus Alexandrinus aſſerit, propter ſimile ſchiſma, à Pilato trucidatos fuiſſe quoſdam Gallilæos, forſitan eiuſdem Gaulanitis ſucceſſores vel diſcipulos, tanta crudelitate, vt ſanguinem eorum cum ſacrificiis eorum (id eſt ſanguine animalium circa ſacrificium effuſo) miſcuiſſet. Hoc ſcandalum declinando Chriſtus (quod tamen ei coram Pilato per calumniã obiiciebatur) iuſsit Petro, pro ſe etiam tale Didrachma reddere. Eodem fortaſſe myſterio, didrachma illud, non humana acquiſitione ſed diuinæ potentiæ miraculo, neq; ex propriis loculis, ſed ex ore piſcis, depromere Petrum Dominus iubet.

Cyrill⁹ Alexan: in Cathena D. Thomæ in Lucam cap: 13.

Didrachma cur ex ore piſcis Chriſt⁹ ſolui iubet. Matth: 17. ✠ 24.

Secunda Pars.

Et peperit filium ſuum primogenitum. &c.

Chriſt⁹ verè primogenitus tàm Dei quàm Mariæ. Lucæ 2. ✠ 7.

Mariæ ſine viro partus ſtupend⁹ varijs myſterijs præſignatus. Ignatius epiſtola ad Heronem. Chryſolog: ſermone 142.



COmmuniter in ſacra ſcriptura, quando dicitur, mulierem peperiſſe filium, refertur filius, vel ad maritum, vel ponitur abſolutè : ſicut S. Lucas paulò ſuperiùs dixerat: Elizabeth peperiſſe filium. Hîc autem Maria dicitur peperiſſe filium ſuum: vt intelligatur Chriſtum, ſicut Dei per æternam generationem, ſic Mariæ per temporalem natiuitatem, proprium filium extitiſſe : & conſequenter, ad generationem filii Dei ex virgine, non fuiſſe opus aliqua virili commixtione : ſicut ab initio in creatione itidem, mulier ipſa etiam diuinitus producta erat ex viro, abſque fœminæ adminiculo. Sufficiebat ergo Mariam diuina virtute, per K

Aug: ſerm: 14. de Nati: Chriſti. & tractatu 121. in Ioan. Hieron: contra Heluidium.

Iſaiæ 7. ✠ 13. Iuſtin⁹ Dialogo cum Tryphone. Hieron: ſuper hæc verba. Baſil: hom: de Natiuitate Dñi. Epiphanius in Ancoratu. Pſal: 143. ✠ 5. Iſaiæ 64. ✠ 1.

operationem Spiritus S. ad hoc opus fœcundari. Idcirco rem tam inauditam, & incredibilem in natura, voluit Deus longè ante per Prophetas proclamari. Neganti enim & detrectanti Achas, Deus ipſe promittit ſignum, quod ſupra cœlos & profunda inferni, potuiſſet contingere maximum, dicens : *Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id eſt, nobiſcum Deus.* Certè ſignum, & quidem, quod ipſe creator ſua ſponte daret, ſecundum Iuſtinum, non debebat eſſe commune : ſed quod ſupra naturam fieri poſsit maximum. Iam verò ex cœlo ſignum maius dari non potuit, quàm diſruptis & quaſi inclinatis cœlis, per verbi æterni exinanitionem, Deum fieri hominem: in terris rurſus & in profundo ipſius inferni, nil etiam magis mirum & arduum exhiberi potuit, quàm fœminam ſine viro concipere, & poſt partum virginem permanere; tum etiã decretum illud poteſtatis Diabolicæ, qua infecta fuerat tota maſſa humani generis, ſic reuocari, vt ad infernalem ſerpentem contendum, fœmina abſq; omni macula, & reatu peccati, gigneretur : & quę ex iure præuaricationis ſub poteſtate viri corrupta, & in dolore paritura fuiſſet, eam ſponſam, vel potiùs dominam viri, virginem ſine dolore, & cum gaudio Dei filium peperiſſe. Hoc illud eſt, quod idem Propheta, verſus finem prophetiæ (quaſi iam factũ eſſet, quod cap: 7. prædixerat) exagerat dicens : *Quis vnquam audiuit talia? antequam parturiret* (id eſt, carnaliter virgo congrederetur) *peperit : & antequam veniret partus eius, peperit maſculum.* Quibus verbis ad amuſſim correſpondent illa Euangeliſtę : *Antequam couenirent* (Maria nimirum & Ioſeph deſponſati) *inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* Vbi rurſus poſterioribus verbis Propheta (vt mox dicemus) ſatis innuit, virginis partum non indiguiſſe certa menſiũ obſeruatione, & alio apparatu, quem in partu doloroſo & periculoſo, puerperæ adhibere ſolent : quibus Mariam non vſam fuiſſe, vel ipſa ſtabuli aut ſpeluncę in qua peperit, ſolitudo atteſtatur. Addit autem Iſaias, peperiſſe maſculum, vt prolis illius ſummam perfectionem denotaret. Quod explicat Ieremias, dicens : *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virum.* Nam Zach : 6. dicitur de Meſsia venturo: *Ecce vir, oriens nomen eius.* Ex quibus intelligitur, opus vnionis verbi Dei cum carne, virtute Spiritus ſancti, tam efficax extitiſſe, vt ſupra vſum naturæ, non per interualla, ſed in inſtanti conceptionis, Chriſtus factus fuerit perfectus vir : ſiquidẽ hypoſtaſis diuina, cui adhæſit Chriſti humanitas, illa nimirũ, in qua ſecundum Apoſtolum, plenitudo diuinitatis inhabitaſſet corporaliter, menſuram

L (margin letter beside "humani generis")

Geneſ: 3. ✠ 15.

Iſaiæ 66. ✠ 8. Epiphani⁹ contra Ebionitas.

Matth: 1. ✠ 18.

Maria quomodo circumdedit Chriſtum virũ. Hiere: 31. ✠ 22. Hierony : ſuper hunc locum. Zachar: 6. ✠ 12. Coloſſ : 2. ✠ 9.

admittere non poterat, quamuis quantitas corpusculi ad confirmandam humanitatis veritatem cresceret & augeretur; vt S. Lucas commemorat.

Tanta mysteria, non solùm diuinitùs missi, & contestati Prophetæ, sed etiam occulta quadam & extraordinaria aspiratione, naturalis sapientiæ principes, præsignabant. Quod vt apertiùs pateat: Sciendum est, Deum homini qui ad imaginem suam conditus esset, notitiam quoq; sui indidisse: primò quidem per lumen naturale, vt
de gentilibus Apostolus Rom: *1.* ostendit; deinde insuper populo M
sibi electo per peculiarem reuelationem. Sicut igitur eam ad rem Deus Iudæis, ex medio ipsorum suscitabat Prophetas: sic etiã gentilibus prouidebat homines sapientia eminentes, qui partim naturali indagine, partim diuino afflatu, partim etiam aliqua librorum sacrorum (quamuis imperfecta) informatione, multa & præcipua fidei & salutis mysteria assecuti, verbo & literis prodiderunt. Inter quos secundum Lactantium nominatissimi fuerunt, Mercurius ille Trismægistus, (quem Aegiptij quidem Theuth, Sapientes verò Hermetem, denominabant) Hydaspes, & Sibyllæ. In Trismægisto quidem multa eiusmodi mysteria reperiet, qui reuoluerit eius scripta, plurimùm illustrata doctissimis Cõmentariis, Religiosi & eruditissimi Theologi F. Anibalis Roselli Ordinis Minorũ, nostrę non solùm qualiscunq; scientiæ, sed etiam conscientiæ, directoris desideratissimi, cuius anima pro inuictis in Ecclesia Dei laboribus, sit in æterna benedictione. De Hydaspe rursus Lactantius in hæc verba refert. Hydaspes quoq;, qui fuit Medorum rex antiquissimus, à quo amnis quoq; nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur, admirabilis omnium, sub interpretatione vaticinantis pueri, ad memoriã posteris tradidit, sublatum iri ex orbe nomen Imperiumq; Romanum, multò ante præfatus, quàm illa Troiana gens conderetur. Et Lactantio antiquior Clemens Alexandrinus, postquam ex libro prędicationum S. Petri Apostoli (qui modo non extat) testimonium adduxisset, per traditionem refert, S. quoq; Paulum Apostolũ, gentiles inter alia sic alloquẽtem: Libros quoq; Græcos sumite: agnoscite Sibyllam: quomodo vnum Deum significet, & ea quæ sunt futura. Hydaspem sumite & legite, & inuenietis, Dei filium multò clariùs & apertiùs esse scriptũ. Et quemadmodũ aduersus Christũ multi reges instruerẽt aciem, qui eũ odio habent, & eos qui nomẽ eius gestant, & eius fideles, & aduentum, & tolerantiam. Hæc ibi.

Porrò quia secundum Apostolum, in rebus quæ fidei & salutis sunt,

Lucæ 2. ℣ 52.

Mysteria diuina ex parte gentilibus quoq; reuelata.

Rom: 1. ℣ 19.

Vide Iustinum mart: cõ gentiles & sępè alibi.

Clemens Alex: 6. Strom.

Aug: Ci: 8. ca: 14

Vates Gẽtilium præcipui, Trismęgist⁹, Hydaspes, & Sibyllæ.

Lactan: de falsa relig. cap: 6. & de diuino præmio cap: 15. & in Epitho: ca: 12.

Fr. Anibal Roselli ordinis Minorum pręcipu⁹ Trismægisti cõmentator.

Hydaspes quis fuerit, eiusq; de Christo vaticinium, Lactã: de diuino præmio cap: 15.

Paul⁹ Apostolus citat Hydaspem & Sibyllas in rebus fidei.

Clemens Alex: lib: 6. Strom.

Psal: 2. ℣ 1.

Actor: 4. ℣ 25.

sunt, apud Deum non est acceptio sexus, masculi nimirum & fœminę: voluit Deus, quemadmodum in lege scripta Prophetissas, sic in naturali Sibyllas excitare, quæ (vt S. Hieronymus censet) propter singularem carnis & vitæ continentiam, futuræ redemptionis mysteria adeò clarè (quãuis non plenè intellecta) expresserunt,
N vt nisi antiqui Doctores Christiani, à cauillatoribus infidelibus iampridem eam calumniam vindicassent, post Christi aduentum conficta fuisse viderentur. Ideò primos illos Christianos, gentilici persecutores, primùm quidem contumelia à lectione talium librorum auocabant, Sibyllistas eos vocando: deinde etiam pœna capitis ab eo proposito deterrebant, vt Iustinus Martyr palam, & plus quàm liberè illis ipsis obiiciebat. Cęterum Lactantius ex Varrone, decem eiusmodi Sibyllas, variorum locorum, temporum, & nationum enumerat: earumq; volumina, vel potiùs extemporanea oracula, Romam maximo studio fuisse comportata, & ad directionem illius Monarchię, à peculiari magistratu fuisse custodita. Nobis sufficiet ad propositum nostrum, quędam adducere, de Sibyllę Cumanę vaticinio. De qua Aulus Gellius sic scriptum reliquit. Anum quandam ignotam, quæ Sibylla Cumana credita fuit, ad Tarquinium Priscum regem, nouem libros attulisse, ac pro eis trecentos poposcisse Philippæos. Regeq; aspernante pretij magnitudinem, in conspectu eius tres libros exussisse, & pro reliquis idem pretium postulasse. Cumq; à rege velut delira rideretur: tres præterea alios libros cõbusisse, nihilq; minus pretij pro reliquis tribus petiisse. Regemq; mulieris constantia commotum, tres illos libros trecentis Philippæis comparasse, & iussisse hos libros in Capitolio religiosissimè asseruari, & in dubiis rebus à Quindecim viris, velut oraculum cõsuli. Hæc ille. De eisdem libris Cicero sic loquitur: Sibyllæ versus obseruamus, & prædictum de quodam rege, quem colere debemus, si velimus esse salui. Testatur & ipse ibidem, versus Acrosticos, hoc est, ex initiis literarum mysticos, non furentis Sibyllæ, sed ex composito loquentis esse. Iamq; suo tempore, sub Iulio Cæsare rumorem increbuisse, Regem magnum illa ætate nasciturum, qui falsas religiones abolere deberet, ex Sibyllinis versibus. Ideo subiicit idem Cicero loco citato hæc verba: Cautum est à maioribus, ne iniussu Senatus libri Sibyllini legantur: valeantq; potiùs ad deponẽdas (idem Hæreticis de sacris Bibliis statuendum) quàm ad suscipiendas nouas religiones. Hactenus ille. Multa igitur ex huius Sibyllę versibus excerpta manserunt, de Christi aduẽtu eiusq; regno.

Sibyllæ diuino afflatu fatidicæ.

Galat: 3. ℣ 28.

Clemens Alex: lib: 1. Strom. ex Heraclito.

Lactan: lib: 1. cap: 6. & lib: 4. cap: 15.

Hiero: cõ Iou.

Iustin: ad Antoninum & ad gentiles.

Origen: lib: 5. cõ Celsum.

Sibyllæ Cumanę vaticinia de Christo propè Euangelica.

Aulus Gell: li: 1. cap: 19.

Lactañ lib: de falsa religione, cap: 6.

Cic: li: 2. de diu.

Iustin: orat: contra Gent.

Vide Augu: de Ciuit: Dei li: 18. cap: 23.

Euseb: lib: 4. de vita Cõst: ca: 19.

Cõstãtinum Ma: orat: ad S. cœtum cap: 19.

Biblia sacra quo modo indoctis permittenda.

Romanum imperium in Monarchiã Christi transiturum.

Vt autem aliqua ad horum mysteriorum confirmationem adducamus: eadem Sibylla lib: 2. Oraculorum apertè prædixit, Rempub: Romanam ob dissidium Triumuiratus (quod subsecutum fuerat inter Antonium, Octauium, & Lepidũ) transituram in Monarchiam, eamq; Regis cuiusdam diuini atq; æterni futuram. Quod clarissimè euenit, sub pacificato Augusti Imperio, vt initio demonstrauimus. Porrò Virgilius, dum se totum in laudem Imperij Octauiani effundit, multa ex eiusdem Sibyllæ carminibus adducit, quæ non tam Augusto, & Pollioni, aut cuipiam alteri, quàm Christo conueniunt. Inter alia, Ecloga 4. in Pollione sic canit:

Virgilij ex Sibylla mira ad Christum regnumq; eius allusio.

Sicelides Musæ, paulò maiora canamus:
Non omnes arbusta iuuant, humilesq; myricæ.
Si canimus syluas, syluæ sint Consule dignæ.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Apud Eusebiũ. Constantius Imperator oratione ad cœtum Sãctorum cap: 20. Aug: expositione imperfecta Episto: ad Rom.

Et cætera ad id propositum, quæ ibidem sequuntur. Quæ omnia & singula quomodo Christo Messiæ eiusq; regno conueniant, magnũ illum Imperatorem Cõstantinum secuti, expendamus. Primò quidem Poëta seipsum cum suis Musis, quasi euocat ex humilibus frutetis & myricis, hoc est, à consideratione rerum naturalium, agriculturæ & œconomiæ inseruientium; & transeundum ad altiores syluas consule dignas, hoc est, ad contemplãda profundissima mysteria, summo aliquo principatu digna, quæ olim Sibylla Cumana, de commertio singulari Dei cum genere humano, hoc est, de Incarnatione filii Dei prædixisset. In quibus verbis non obscura cernitur allusio ad prophetiam Isaiæ, quando Dei filium incarnatum, vocat Consiliarium, cuius regnũ super humerum eius, hoc est, quod per victoriam crucis esset perficiendum. Ad hoc etiam propositũ diuinus ille Poëta Dauid, multùm celebrat syluas quasdam eminẽtissimas, ex quibus per lignum, Messias perpetuò esset regnaturus.

Isaiæ 9. ℣ 6. Psal: 95. ℣ 9. Vide Iustinum dialogo cum Tryphone.

Christus sæculi & creaturæ restitutor. Chrysolog⁹ sermone 156. de Epiphania.

Deinde Virgilius in hoc carmine videtur innuere sæculorũ vltimã ætatem, qua per aduentum Christi in carnem, nouus quasi rerum ordo, & noua creatura per reparationem mundi exoriretur. Quod Chrysologus sic pulcherrimè expressit: Cùm nascitur Iesus, oritur origo rerum: generatur largitor generis: nascitur auctor naturæ: vt repararet naturam, genus redderet, originem recrearet: & alia plura in hunc sensum. Mox subiicit Poëta recursum imperij Saturnalis, hoc

nalis, hoc est, aurei illius sæculi, pace & omni felicitate florentissimi, quod post longissimam quasi reuolutionem (qualis est Saturni Planetæ) in prole cœlesti per virginem producenda, mortalibus recurreret. Cùm autem sequentibus versibus plura alia ad hoc propositum decantasset: subinfert alios versus.

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetuò soluent formidine pœnas. Et postea.
Ille Deûm vitam accipiet: Diuisq; videbit
Permixtos Hæroas.

Aug: de ciuitate Dei li: 10. ca: 27. idem epist: 155.

In quo carmine, non minùs quàm Constantinus Magnus, Augustinus quoq; aliquid numinis diuini ex vaticinio Sibyllæ Cumanæ agnoscit: & Martiano Catechumæno, ad consummãdam Christianam professionem, singulariter cõmendat. Nec immeritò. Siquidẽ Gentilis istis verbis videtur expressisse, quod nos Christiani credimus: propterea factum esse Deum hominem, vt eum ex peccato gratis iustificatum, ad consortium naturæ diuinæ, inter consessus Angelicos adduceret. Quod Ioan: 1 apertè dicitur: *Verbum caro factum est.* Et paulò ante: *Quotquot autem receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus &c. sed ex Deo nati sunt.* Vertit deinde Poëta Apostrophen ad illum regem (quod Augusto conuenire non poterat) sic scribens:

Iustificationem Christianam adumbrauit Virgilius.

Ioan: 1. ℣ 12.

Aggredere ô magnos, aderit iam tempus honores,
Cara Deûm soboles, magnum Iouis incrementum.
Aspice nutantem conuexo pondere mundum,
Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundum,
Aspice venturo lætentur vt omnia sæclo.

Quæ omnia ad reparationem totius vniuersi, in verbo æterno præuisam, & in fine mundi exequendam, pertinere, quis non videt? Deniq; Virgilius illam de tanto rege Eclogam, sic ex verbis Sibyllinis concludit.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer, cui nec risere parentes:
Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

In sensu horum carminum, commentatores Virgilij, & ipse Seruius & Politianus Miscellaneæ ca: 89. multùm se torquent, non valentes ea Augusto, vel filio Pollionis, aut cuipiam alteri propriè applicare. Neq; id mirum quidem, cùm & ipse Maro, vix aliquid eorũ, quæ tanto regi tribuit, in filio Pollionis, sed nec in ipso Augusto, quamuis domitore orbis, conspicere potuerit. Magis ergo respiciebat ad externum aliquem, & quidem fatalem cœlitùs compa-

Monarchiã Romanã in Regnũ Christi trãsiturã ipsimet Gentiles ominati.

L. Florus lib: 4. cap: 1.
Cic: Philip: 2.
Num: 24. ℣ 12.
Ioan: 11. ℣ 49.
Constan: ad S. cœtum cap: 20.

rendum Principem, quem ex vaticinio Sibyllæ tunc temporis Romani expectabant, ideoque res nouas in Vrbe moliebantur, vt ex L. Floro & Cicerone coniicimus. Vel dicimus: sicut olim Balaamum, & postmodum Caypham, sic etiam Maronem ex Sibylla, vera quamuis non rectè intellecta, de Christo, instinctu fatidico, protulisse. Quod quidem quoniã Constantinus Imperator oratione sua contra Gentiles, Incarnationi filij Dei accommodat: idipsum nostra quoq; tenuitas secundum fidei normam, sic Christo applicare conabitur. Quando Poëta incipit & iterat hæc verba:

Incipe parue puer. &c.

Principiũ creaturarũ Christus.
Apoc: 5. ℣ 5.

Videtur designare iam ab infantia Christi, virilem perfectionem, ad opera diuina redemptionis peragenda, quæ meritò ille solus incepit: quia nemo alius in cœlo, & sub cœlo, dignus inuentus est soluere librum occultæ redemptionis, præter ipsum agnum Christum, ab origine mundi occisum, qui omnium rerum principium & finis esset. Ipse autem incipit risu excipere parentes, & non potiùs more hominibus vsitato, à parentibus sic excipi: quia cùm adhuc inimici essemus, reconciliauit nos, & ipse prior, & gratuito præuenit nos gratia & dilectione sua: vt Apostolus ostendit. Exhibitio autem talis dilectionis inchoata est à muliere, Gen: 3. promissa, quę futura erat Dei mater. Ideo Poëta primũ opus diuini istius infantis, ponit cognitionem, id est approbationem, primamq; ac præcipuam dilectionem matris. Quę quidem cognitio perfecta est quodam risu. Prima siquidem mater generis humani Eua, cum vniuersa sua posteritate, maximo luctu afficiebatur, quando ob præuaricationem à Domino sic audiebat: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Qualem statum miserum & luctuosum, non solùm ipsa Eua, sed quotquot postea nati sunt homines, in tantum experti sunt, vt neq; omnium mortalium fortunatissimus Salomon, primam ex natiuitate eiulatus vocem deuitare potuerit. Ab ista miseria, sola excipiebatur mulier ibidem promissa, quæ diuina virtute, per semen seu prolem suam, caput serpentis esset cõtritura. Bene ergo filius Dei, per risum incipit cognoscere matrem: quãdo prima vox Angeli in annunciatione auditur: *Aue gratia plena, siue gratiosa: Dominus tecum, &c.* Sicut enim nomina ipsa, *AVE, & EVA*, habent oppositionem: sic improperia & maledictiones *EVÆ*, in cõtrariam benedictionem Mariæ transierunt: siquidem loco ærumnarum, multiplicata est illi gratia, cuius inuentionem & plenitudinem consecuta esset: Deinde viri domi-

Christ⁹ recẽs nat⁹ quomodo risu & gaudio excipit matrem & totũ genus humanum.
Rom: 5. ℣ 6.
1. Ioan: 4. ℣ 19.
Maria quomodo à filio recens nato excipitur risu & gaudio.
Gene: 3. ℣ 16.
Sapien: 7. ℣ 3.
Luc: 1. ℣ 28.

R

viri dominatum, alioqui desponsata, non persensit, quin potiùs ipsa Maria domina, vt omnium, sic etiã viri sui est denominata. Deniq; in conceptione & partu, non dolorem, sed potiùs gaudium experta est. Eiusmodi risus præcessit figura in Sara, quam olim idem ipse filius Dei, in humanitate adumbratus, ad denuntiandam prolem promissionis visitauerat. Primò enim à Domino redarguitur, quòd vetula & sterilis eam promissionem partus, risu exceperit. Deinde cùm genuisset eum ipsum filium, dicebat: *Risum fecit mihi Dominus, vt quicunq; videbit me, corridebit mihi:* immò propter hoc mysterium, ipsum filium Isaac, quod interpretatur risus, denominare voluit. Magis ergo Dei filius, tali risu spirituali cognoscit matrem, quando virgo extitit mater, & filia Euæ, dominio viri, & dolori partus naturaliter subiecta, ipsa potiùs circumdat virum, & cum gaudio & exultatione etiam Angelica Christum parit. Porrò quod additur versu secũdo, matrem decem mensibus mansisse fastidiosam; non est intelligendum de onere, quale sentiunt prægnantes. Aggrauare enim nõ poterat ille qui Hebr: *1. portat omnia verbo virtutis suæ:* & Psal: *103. qui ambulat super pennas ventorum.* Sed hoc fastidio triplex mysterium insinuatur. Primum est: quasi Maria toto illo tempore, quo gestabat filium Dei in vtero, exprimeret illud desiderium maiorum suorum dicentium: *Vtinam disrumperes cœlos & descenderes.* Ita Maria poterat dicere: Si cœlis non disruptis, immò integris, in vterum meum descendisti; vtinam quàm ocyus ex vtero meo similiter intacto, exulstando vt Gigas, conspectui meo, & aliorum piorum, ad saluandum mundũ compareas. Tale fastidium, vel potiùs desideriũ, ostenditur in Apocalypsi, quando mulier sole amicta, inducitur clamãs, & sese excrucians, ad desideriũ parturitionis filij Dei. Secundo modo hoc fastidium accipi potest, ex dictis Mariæ, Luc: 1. *Quomodo fiet istud, quoniam ego virum non cognosco?* Maria enim ex Spiritu sancto occultè grauida, suspecta esse poterat de fornicatione, & ipsi quidem spõso suo Iosepho, nisi ipse ab Angelo de eius integritate, præmonitus fuisset. Sic antiqui & grauissimi Doctores referunt, Zachariam sacerdotẽ collocasse Mariam iam enixam, in templo inter virgines: ideoque occisum fuisse inter templum & altare: quasi rem impossibilem, & legi contrariam assereret, virginem aliquando parituram. Ad quod iniustum scandalum tollendum, Maria quantocyus partum innocentem & diuinũ exoptare poterat. Tertia ratio huius fastidii dari potest: quòd Ierem: *31.* Maria circumdaret virum, id est perfectũ, in vtraq; natura & persona diuina filium Dei, qui ab ipso initio conceptionis

Saræ risus ad benedictionẽ humanam in Maria completus.
Gene: 18. ℣ 11.
De eiusmodi apparationibus filij Dei vide Nicepho: li: 1. ca: 2. & lib: 8. cap: 30. Euseb: lib: 1. hist. cap: 2.
Iust: cũ Trypho.
Mariæ parturitio sine grauitate & dolore cũ pio tñ fastidio.
Hebr: 1. ℣ 3.
Psal: 103. ℣ 3.
Isa: 64. ℣ 1.
Psal: 18. ℣ 7.
Apoc: 12. ℣ 2.
Luc: 1. ℣ 34.
Maria prægnãs, à Zacharia sacerdote inter virgines collocata in templo.
Orig: in Matth: tract: 26.
Basi: de humana Christi generat.
Gregor: Niss: de natiuit: Christi.
Vide Bar: Card: li: 1. Annal: Eccl.

S

Christus miracula priùs edidit quàm in lucem editus est.

ceptionis mira operabatur, in Zacharia, Elizabetha, & Ioanne adhuc in vtero clauso. Pio igitur fastidio potuit teneri Maria ad ipsam enixionem, quòd qui in suo virginali vtero, in sterilibus & vetulis, in muto patre, & filio adhuc in vtero crescente, tanta operabatur, ipse angustissimo vtero virginis tam diu claudi sese pateretur. Cùm autem Maria nouem tantùm menses gestauerit filium Dei, additur

Sap: 3. ℣ 2.

hîc decimus mensis, quem Salomon ad perfectam generationem determinat, vt Christi humana generatio, vera & perfecta demonstraretur: Sicut postmodũ Lazarum quatriduanũ, & seipsum triduanũ à morte suscitauit, vt veram vtrãq; resurrectionẽ cõprobaret. T

Puero Iesu quo modo non corrisêre parentes.

Postremi duo versus, duo itidem continent mysteria. Primum, puero huic non corrisisse parentes. Quod bifariam accipi potest; vno modo: quòd filius Dei, postquam ipse risu cognouisset matrẽ, hoc est, diuina illa dignatione excepisset (vt virgo quidem mater, filia vero Euæ, Dei genitrix efficeretur: tum etiam ipse Ioseph, pater filii Dei reputari mereretur: & sic ineffabilis dignatio toti generi humano, in persona Mariæ & Ioseph contigisset) non æqua tamen lance Deo reddidit humana vilitas, quando reclusione vteri, augmento corpusculi, eiusque tandem ad miseriam & mortem ipsam egressu, sua ab eo iura exigeret. Alio quoque non multùm absimili modo intelligere id possumus; Paruum puerũ cui non risere parentes, intelligimus eundẽ *IESVM*, qui recens natus, non puerile quid exhibuit more hominũ, sed tãquam filius Dei, mira è vestigio cœpit operari, Angelos, Magos, stellas, pastores, & totum deniq; orbem, commouendo. Cui propterea non arridebant parentes, id est Maria & pater putatiuus, eo modo nimirum, quo carnales parentes leuitati puerorum suorum, cum sua delectatione, corridere consueuerunt: Quin potiùs refert S. Lucas, quòd *pater & mater mirabantur super his, quæ fiebant & dicebantur de illo.* Insuper Simeon prædicit, illum infantulum, futurum in resurrectionem & ruinam multorum &c. adeò vt tandem ex sua innocenti & crudeli passione, non risum, sed dolorem gladio acerbiorem piá mater esset reportatura. Vltimus versus, qui sic sonat:

Luc: 2. ℣ 33.

Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Exinanitionem in vtraq; natura Christus infantulus exhibuit.

Exponi potest de filii Dei exinanitione, quam mox natus puerulus exhibuit, tam in natura diuina, quàm in humana. Filium enim, præsertim primogenitum & vnicum, solent parentes congratulatione solenni excipere: Pater quidem illustri aliquo conuiuio, mater verò ornato aliquo & delicato decubitu: quod Christo accidit cõtra.

Licet

Philip: 2. ℣ 7.
Hebr: 1. ℣ 6.

V Licet enim iuxta Phil: 2. sese à forma Dei in formam habitus humani demisisset: mandatum tamen erat Angelis, vt illum tanquam Deum adorarent. Cùm igitur Angelorum cohortes de natiuitate sua, in aëre triumphassent, debebant sane in tanto defectu hospitij & mensæ, ministrare illi, & reclinationem atque refectionem miraculosam cœlitùs comparare: quemadmodum faciebant, Iudæis quidem & Eliæ in deserto, atque eidem ipsi Christo, in deserto post deuictum Sathanam esurienti. Sed opposito modo, Deus Pater diuersas planè, & exinanitioni vltrò susceptæ conformes cum humana natura, fecit nuptias filio suo: in quibus conuiuæ, propter quos tot altilia Patriacharum & Prophetarum mactata fuissent, sponsum durissimè tractantes, tandem occiderunt. Simili modo Maria (quæ Dei genitrix meritò Dea appellatur) potuisset filiolum suum, saltem in proprio sinu reclinare, quem nouem mensibus in vtero gestasset, vel ocyus cum ipso in suum domicilium, quod erat in Nazareth commigrare: Saltem verò soluto illo concursu qui erat in Bethleem, ad hospitium humanum reclinare. Sed infantis ipsius diuina dispẽsatione factũ est, vt vtramq; exinanitionẽ infantulus contestaretur, dum & in spelũca stabulari, & in præsepi tam diu moratur, donec Rex ipse summus à Regibus adoretur, & (vt canit Ecclesia) paruo lacte pasceretur, per quẽ nec ales esurit.

Sap: 16. ℣ 20.
3. Reg: 19. ℣ 6.
Matth: 4. ℣ 11.
Matth: 22. ℣ 21.

Maria quamuis Dea effecta, filij humilitatem & exinanitionem secuta.

Aethnicus Pöeta Sibyllino vaticinio sũma incarnationis mysteria expressit.

Et sic Spiritus S. vbi vult spirans, hoc æthnico breui vaticinio, expressit compendiosè præcipua incarnationis Dominicæ mysteria: nimirum Christum infantem fuisse hominem, sed tanta operantẽ, fuisse simul Deum. Deinde pueri huius vnicam, & naturalem parentem fuisse Mariam, Iosephum autem additum ad consortium coniugij ratione educationis: propriè autem patrem infantis fuisse Deum, & matrem quãdo Deum genuisset, vocari quoq; Deam. Porrò in his versibus, dum puer tanta mysteria subinde incipere dicitur, Poëtæ quodammodo conuenit cum Euangelista, qui dicit Mariam filium suum peperisse primogenitum. Vnde quidam Hæretici blasphemabant, Mariam non permansisse virginem, sed ex Iosepho alios post Christum filios procreasse, quos Euangelium fratres Domini vocat: ex quibus erant, Iacobus minor & Iudas Thadęus, Apostoli: Sed primogenitum dici hoc loco vnigenitum, proximè sequenti sermone ostendemus.

Primogenitus seu vnigenitus Christus etiam secundum humanitatem.

Tertia Pars.

X Eliquum est, vt circumstãtias quasdam ab Euangelista descriptas, quibus filii Dei exinanitio circa natiuitatem suã exhibita

exhibita

Signum in Eucharistia dicitur ipse filius Dei. Luc: 2. ✠ 12.

Exinanitio Christi adhuc infantis per humilitatem imitanda. Matth: 11. & 16. ✠ 23.

Ioan: 1. Luc: 2. ✠ 34.

Christ⁹ ex cathedra pręsepis docet primas virtutes trāsgressioni Adę oppositas. Iren: lib: 2. ca: 39. Acto: 1. ✠ 1. Genes: 3. ✠ 4. Sap: 2. ✠ 24.

Christus natus dat exemplum charitatis contra odium Luciferi.

Chrysol: ser: 158.

exhibita erat, ad imitationem nostrā expendamus. Dicebat enim Angelus: *Natus est vobis hodie saluator: & hoc vobis signum: Inuenietis infantem in præsepio, pannis inuolutum. &c.* Vbi obiter discant Sacramentarij, signum dici ipsummet infantē: vt non vereantur suum quoq; commentitium signum in Eucharistia, ad veritatem corporis Christi deriuare. Signum etiam sensu mystico potest intelligi Christi ipsius exinanitio voluntaria, à Christianis professione humilitatis necessariò imitanda: sæpius dicente & inculcante Christo: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* & rursus. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me.*

Sed proh dolor, iste idem Christus, qui datus est saluator, sicut hominum malitia, qui eum non receperant, factus erat Iudæis in signum contradictionis, & in ruinam propter incredulitatem: sic talis modo fit ipsis etiam plurimis Christianis, ob superabundātem iniquitatem. Ecce Christus omnium ætatum & statuum, (vt loquitur Irenęus) magister, & pater, secundū S. Lucam, qui Actor: 1. cœpit facere & docere, statim natus, non loquendo sed faciendo, ex cathedra præsepis, & carne velatus Deus, contra fraudes serpentis, incipit docere primas quatuor vitiis oppositas virtutes. Primò quidem contra odium & inuidiam Diaboli, per quam mors intrauit in mundum, docet atq; simul exhibet præuenientem gratiam, & inexhaustam charitatem. Non solùm enim Deus fit homo; creator in ordine apparet crearuræ, sol communicat luto & pulueri, dominus seruum induit: sed qui ab æterno est vir, & Oriens nomē eius, tenellus pro nobis redditur, & nobis exhibetur infantulus. Præclarè Chrysologus: Sæpè (inquit) quærimus, quare sic mundū Christus intrat, vt ventris experiatur angustias, partus patiatur iniuriam, sustineat vincula pannorum, cunabula toleret imbecilla, lachrymis vberum nutrimenta disquirat, ætatum gradus, necessitatesque persentiat. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quærere charitatem? Natura docet omnes, quid valeat, quid meretur infantia. Infantia quam barbariem non vincit, quam non feritatem mitigat, quam crudelitatem non comprimit, quem non compescit furorem, quam non potestatem deponit, quem non intelligit rigorem, quam duritiem non resoluit, quid non amoris expostulat, quid non affectionis extorquet, quam non imponit gratiam, quam nō impetrat charitatem? Hoc ita esse, sciunt patres, matres sentiunt, probant omnes, viscera humana testantur. Sic ergo nasci voluit, qui amari voluit, non timeri: &

Y

Humilitas & paupertas Christi nati. Philip: 2. ✠ 5. Aug: serm: 18. de Natiuit: Christi. Et alibi de Sym: cap: 3.

Ierem: 14. ✠ 8. Apoc: 1. ✠ 5. Matth: 8. ✠ 10.

Iob 3. ✠ 12.

Matth: 20. ✠ 28. 2. Cor: 8. ✠ 9.

Speluncæ præsepis & fasciarū Christi mysteria Genes: 27. ✠ 27.

Christus in stabulo natus boni pastoris officiū aggreditur. Gene: 3. Ioan: 10. ✠ 14. 1. Petr: 2. ✠ 25. Psal: 35. ✠ 8.

Bouis & asini circa natū Christum mysteria.

Greg: Naz: ora: 38. Panegyrica.

meri: & tamen apud malitiam humanam, sic blanda, sic pia, sic chara, audire quid proficit infantia? Hæc ille. Secundò, Christus contra superbiam docet, humilitatem, per tam miram exinanitionem, in vtraq; natura, de qua modo diximus: quam exaggerat Apostolus, Philip: 2. Quia secundum Augustinum: omnis huius natiuitatis schola, humilitatis (nobis imitandæ) est officina. Et alibi: Exaltauit se homo, & cecidit: humiliauit se Deus, & erexit. Humilitas Christi quid est? Manum Deus iacenti homini porrexit. Nos cecidimus, ille descendit: nos iacebamus, ille se inclinauit. Pręndamus, surgamus, ne in pœnam cadamus. Hæc ille. Tertiò, potuisset Deus in Paradiso primis parentibus nostris vnicam arborem concedere, reliquis pro se seruatis: sed cùm reliquas concessisset, vnicā propter obedientiam prohibitam, tamen propter illorum cupiditatem retinere non potuit. Christus ergo implet illud Ierem: 14. Quare sicut colonus futurus es super terram, & quasi viator declinans ad manendum? Ecce enim quem vt Deum orbis non capit, & qui est Princeps regum terræ, in spelunca & stabulo arctissimo excipitur præsepi, non habens vbi caput reclinet. O Maria, cur filius Dei, sicut olim miser Iob vtero effusus, saltem genibus tuis non est exceptus? Sed nouerat pia mater filii conditionem, quia nondum venerat hora glorificationis suæ. Ipse enim non venit ministrari, sed ministrare; & cùm diues esset, pro nobis factus est egenus, vt nos diuites efficeret. Deniq; in exemplum frenandę concupiscentiæ, inuoluitur fasciis, quibus postmodum quasi alligaturus esset vulnera nostra; tum vt exemplo Iacob, alieno vestitu nobis benedictionem conciliaret. Equidem bonus pastor, statim vt mundo apparuit, incipit recognoscere gregem suum, vt ouem in Paradiso perditam, & indutam pellibus, post alienos greges tot sæculis errantem, ad vnum & proprium ouile reduceret, & Paradiso vero restitueret. Ideo nascitur in Bethleem, id est domo panis: reclinatur in præsepi, in stabulo, inter animalia, (iuxta Psalmistam: *Homines & iumenta saluabis Domine*) reuelatur pastoribus, vt nos contraria custodia & cibo, quàm erant in Paradiso, securitati restitueret. Ergo ô Christiane, (inquit Gregorius Nazianzenus) descriptionem reuerere, propter quam in cœlis ipse describeris, & natiuitatem, ob quam natiuitatis vinculis solutus es: & paruam illam Bethleem honora, quæ te in Paradisum reduxit: & præsepe adora, honora præsepe, propter quod, cùm rationis expers esses, à verbo nutritus es. Cognosce vt bos possessorem, quemadmodum ab Isaia admone-

Z

admoneris, & vt asinus præsepe Domini tui: siue purus quispiam sis, & legi subiectus, rectamq; doctrinam ruminatus, atq; ad sacrificium idoneus (intellige secundum legem ad instar bouis) siue etiam adhuc impurus, ac cibo sacrificiisq; inutilis, (ad instar asini tan- Exod 34. ℣ 20. quam secundum legem immundi) æthnicæque (vel alias infidelis) Leuit: 11. ℣ 3. partis. Hæc ille. IESVS pro te, ô Christiane, in stabulo, induere Zachar: 3. ℣ 3. incipit vestitum illum sordidum, in quo postmodum coram Deo Patre, per suam passionem cum Sathana pro te disceptet, vt non tam sibi quàm tibi gloriam acquirat & vindicet. Tu tamen quomo- Bern: serm: 5. de Sanctis. do secundum Bernardum, sub tam humili & spinoso capite, membrum inueniris delicatum? Vrias non obediuit regi, vt in domum 2. Reg: 11. ℣ 11. suam diuerteret, eò quòd exercitus Dei, & Arca fœderis, foris aëris iniurias tolerarent: Quid nos, Christo pro nobis in stabulo inter armenta excubante, in domibus propriis delicias sectamur? Refert Natalis Domini quanto feruore à primis Christianis celebrata Nicephorus, olim Nicomediæ, dum præsens festum Natalis Domini celebraretur, viginti millia Christianorum, ad Oratorium conuenisse: quos Diocletianus simul perdendi occasionem nactus, illis inclusis, templum incendi iussit. Cùm autem illi, veluti tres pu- Niceph: Eccle: hist: lib: 7. cap: 6. eri Hebræorum, in mediis flammis Deum laudare non desinerent, Barbari falsa commiseratione clamabant, vt sui miserti, sese ex flammis tandem reciperent. Sed vnus pro omnibus illis martyribus in hunc sensum respondit: Agno, qui hodie natus est, vt vnus pro multis victima fieret, plurimorum vicissim victimam deberi; Festum Natalis Christi peruersi Christiani quantum inhonorāt. & sic omnes martyrium vnanimiter subiisse. Contrarium profectò feruorem vulgus Christianorum Domino suo exhibet, quando ad domos & luxurias suas sic properat, ac si in Ecclesia igni succenderetur: rursus autem in propriis ædibus, luxuriis suis ita immergitur, vt nullus inualescentis publici incendij, sed nec ipsius gehennæ metus, eum ab illis cohibere queat. Sed ô miseros: ecce qui modo apparet humilis, & paruulus, redibit tandem potens, & seuerus iudex: qui cùm in suis baptizatis non reperiat ignem per Matth: 3. ℣ 12. Spiritum S. afflatum & diffusum, accipiet in manus suas ventilabrum, vt purget aream suam, & congreget triticum quidem in horreum suum, paleas autem igni inextinguibili adiudicet. Quod à nobis auertat, qui hodie nobis natus, & nobis datus est, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui cum Patre & Spiritu S. est Deus in sæcula super omnia benedictus. Amen.

SERMO

SERMO SECVNDVS
In prima Missa Natalis CHRISTI.

Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia hodie natus est vobis Saluator, qui est CHRISTVS *Dominus.* Luc: 2.

Breuior in idem Euangelium Exegesis.

A REfert sacra Regum historia, quòd cùm vrbs Sama- Natiuitatis Christi per pastores nuntiatæ typus. ria, obsidionem exercitus Syrorum amplius ferre non posset, & magnitudine famis, matres etiam propriis filiis vescerentur; Deus per Angelum su- 4. Reg: 7. ℣ 9. um, immisit noctu tantum terrorem in castra Syrorum, vt in fugam præcipitem acti, castra opulenta, ad reficiendos illos obsides, relinquerent. Quod adeò lætum nuntium, primi omnium aduerterunt, & aliis nuntiauerunt, quatuor viri leprosi, consortio hominum in illa ciuitate exclusi: qui talia verba ad inuicem dixisse feruntur: *Hæc dies boni nuntij est, si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsq; manè, sceleris arguemur.* Simile quiddam, ô Christiani, videtur nobis contigisse hac nocte, cuius hodie sacram memoriam recolimus. Ex quo enim terra cordis nostri erat à Deo ob peccatum maledicta, in primo parente nostro, cui dictum erat: *Maledicta terra in opere tuo, tribulos & spinas germinabit tibi:* ex Gene: 3. ℣ 17. eo certè tempore genus humanum, similitudine quadam filii illius Luc: 15. prodigi, fame spirituali languebat, & siliquis porcorum, hoc est B vanis ac fallacibus mundi huius desideriis, saturari cupiebat, quibus tamen expleri non poterat: sed tanquam hydropicum, lacunis mundanis expletum, eas magis magisq; ad interitum sitiebat: donec tandem hac sacratissima nocte, illud impletum esset, quod Filius Dei Angelo cælitus populum Dei vindicanti comparatus. iam pridem prædixit Salomon, inquiens: *Cùm quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine, exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator, in medium exterminij in terram prosilijt.* Hac enim nocte apparuit in mundum Verbum æterni Sap: 18. ℣ 24. Patris, hoc est ille iam pridem promissus, & tot sæculis expectatus Apoc: 19. ℣ 16. Rex regum, & Dominus dominantium, Christus Mesias, qui for- Luc: 11. ℣ 22. tem armatum Dæmonem, tyrannum generis humani deuicit, ar-

ma eius

ma eius abstulit, & spolia eius inter suos diuisit: quando etiam ad tantam generis humani famem propulsandam, seipsum nobis hodie in præsepi Bethleem, hoc est domo panis, quasi in futurum sacræ Eucharistiæ cibum exhibuit, vt iam non esuriamus, nec sitiamus in æternum. Tanti autem gaudii cœlitus per Angelos annuntiati, primi omnium proclamatores extiterunt, homines veluti leprosi, hoc est abiecti, & consortio hominum molliter cubantiũ exclusi: pastores nimirum, circa greges suos nocte illa in campis C
excubantes: qui hodie meritò cum illis leprosis in similes voces feruntur: *Hæc dies boni nuntij est, si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsq; mane, sceleris arguemur.* Maximè autem, nobis charissimi, talis vox competit, ad quos in fine iam mundi constitutos, fructus Regis hodie nati cumulatissimè peruenerunt. Ab ipsis ergo sanctis Angelis etiam nos (cum B. Chrysologo) mutuati vocem: Annunciamus vobis gaudium magnum. Hodie enim Ecclesia in pace est, & hæretici in ira: hodie Ecclesiæ nauis in portu est, & hæreticorum furor iactatur in fluctibus: hodie fratres, pastores Ecclesiæ in securitate, & hæretici in perturbatione sunt: hodie oues Domini in tuto, & lupi insaniunt: hodie vinea Domini in abundantia, & operarii iniquitatis in indigentia: hodie populus Christi, charissime, exaltatus est, & inimici veritatis humiliati sunt: hodie, dilectissimi, Christus in lætitia, & Diabolus in luctu: hodie Angeli in exultatione, & Dæmones in confusione. Hæc Chrysologus. Agite ergo, mentes sursum attollite: vt cum fructu ac profectu spirituali percipiatis ea, quæ nobis hodiernum de tanto Rege nato refert Euangelium. Quæ quidem nos, propter temporis angustiam, breuissimè perstringemus; tria ex Euangelio præsenti consideraturi: Primùm de loco & D
aliis circunstantiis Christi nati, ab Euangelista descriptis. Secundò: de modo eius Natiuitatis. Tertiò: nostram circa Natiuitatem Christi, eruditionem aduertemus.

Fidelium & reproborũ diuersi effectus ex Natiuitate Christi. Chrysologus serm: 149.

Argumentum & partitio sermonis.

Locus Natalis Messiæ cur Bethleem.

Quantum ad primum: Permagni referebat, locum nati Messiæ certum assignari, Prophetiis conformem, ac nulla ex parte suspectum. De hoc enim Iudæi clarissima habuerunt vaticinia, vt patet Matth: 2. vbi sciscitantibus Magis, vbi Christus nasceretur? responsum est, Scribarum & Legisperitorum vnanimi iudicio, non alium locum quàm ciuitatem Bethleem, ad eam rem vaticinio Michææ Prophetæ fuisse designatum. Conueniens enim erat, vt Christus in Nazaret quidem conciperetur ciuitate Galilææ, quæ aliquid gentilitatis admixtum habebat: vt per hoc ostenderet, se carnem

ex Iudæ-

ex Iudæis sic assumpsisse, vt tandem gentiles quoque à consortio suæ redemptionis & adoptionis non excluderet: sed in Bethleem nasceretur, vt sese verum Dauidis semen non solùm loco, sed & origine comprobaret: ad quod diuina ordinatione accessit publicum Cæsaris Romani, orbi tunc imperantis testimonium. Licet enim hæc conscriptio vniuersi orbis, qui tunc maxima ex parte Romanis subiacebat, propter alium finem intendebatur: nimirum vt co-
E staret, quanta Romano Imperio ad militiam præsidia, & per tributa accessio facta fuisset: idq; maximè per Octauianum Augustum, qui Romanum Imperium ad summam amplitudinem & pacem perduxerat. Tamen peculiariter, singulari diuina ordinatione, talem descriptionem propter Christi natiuitatem accidisse dubiũ non est. Quod S. Lucas innuit dicens, *Descriptionem illã fuisse factam, à Præside Syriæ Cyrino, primam*, hoc est talem, qualis propter mysteriũ, antehac, etiam tẽpore dominii Romanorũ nõ contigisset, nisi tempore Christi nati, sub memorato Præside. Quid enim (inquit Ambrosius) professio sæcularium ad generationem Domini pertineret, nisi vt aduertamus, hoc quoq; diuinum esse mysterium: quia dum professio sæcularis obtenditur, spiritualis impletur, non terrarum regi dicanda, sed cœli? Professio ista fidei, census animorum est. Abolitio enim Synagogæ censu vetusto, nouus census Ecclesię parabatur, qui tormenta non exigeret, sed auferret: & spiritualiter in typo plebs sua iam Christo nomina cõferebat. Non hic spatia terrarũ, sed mentiũ animorumq; censentur: Nec describuntur limites, sed proferũ-
F tur: Nec ætas vlla distinguitur, sed omnis adscribitur. Nullus enim ab hoc immunis est censu, quia omnis ætas munifica Christo est: quẽ vagientes pueri martyrio confitentur, quem intra vterũ positi exultatione testãtur. Nihil in hoc censu verearis terribile, nihil immite, nihil triste: sola vnumquemq; fides signat. Vis Christi audire censores? iubentur censere, sed non virgis, nec terrore, sed gratia plebem quærere; recondere gladium, non possidere. Talibus cẽsoribus acquisitus est orbis. Deniq; vt scias, non Augusti censum esse, sed Christi, totus orbis iubetur profiteri. Quis autẽ poterat professionem totius orbis exigere, nisi qui totius habebat orbis imperium? Non enim Augusti, sed *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.* Gothis non imperabat Augustus, non imperabat Armeniis, (possumus addere, nec Assyriis, nec Indis, nec Tartaris) imperabat Christus. Hucusque Ambrosius.

Censura orbis Christum magis quàm Augustum respiciebat.

Luc: 2. ✝ 2.

S. Ambr: lib: 2. in Lucam cap: 2.

Psalm: 23. ✝ 1.

Alias insuper rationes talis descriptionis possumus assignare. Est

ergo

Secunda ratio redéptionis orbis Chriſto naſcente.

ergo ſecunda ratio, vt exinde origo Chriſti ex ſemine Dauid oſtenderetur, quaſi publico & autentico teſtimonio, de quo poſtmodū Iudæi dubitare non poſſent. Gens enim Iudaica, erat in duodecim tribus (excepta tribu ſacerdotali Leui) diſtincta; ſingulæ autem G

Mariæ & Ioſeph vnum genus ex Dauide.

tribus in proprias familias. Cùm ergo Meſsias ex tribu Iuda, & ex familia Dauid eſſet exoriturus: diuinitus factū eſt, vt Chriſtus tunc naſceretur, quando beata Virgo, & S. Ioſeph, profeſsionem ſuæ genealogiæ in Bethleem, ciuitate patria Dauidis, ex mandato Cæſaris redderent, & eius rei cauſa, ex Galilæa manſionis ſuæ loco, in Bethleem tanquam proprium territorium venirent.

Tertia ratio. Chriſt⁹ verè orbis Dominus.

Tertia cauſa, Chriſtum in tali cenſura orbis natum, dari poteſt: quòd tunc temporis talis Rex naſcebatur, qui re vera totius orbis eſt Dominus, tanquam creator ac reparator, atq; redemptor mundi: cui ſecundum humanitatem dictum eſſet à Deo Patre: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeßionem tuam terminos terræ.*

Pſal: 2. ℣ 8.

Quarta ratio. Greg: homil: 2. de Natali Chriſti. Ambr: loco citato.

Quarta eſt S. Gregorii & Ambroſij, vt per illam vniuerſalem orbis cenſuram, quæ naſcente Chriſto incidit, oſtenderetur, eos qui Chriſto eſſent nomina daturi, ex toto orbe fuiſſe in gremium Eccleſiæ Catholicæ congregandos, cœloq; poſtmodū adſcribendos: ſicut beati dicunt H Apocal: 5. *Redemiſti nos Domine in ſanguine tuo, ex omni tribu, lingua, populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum.*

Apoc: 5. ℣ 9.

Cui expoſitioni conuenit & illud myſterium, quòd ſicut deſcriptio illa terrena, ſic & cœleſtis, in duodecim tribubus Iſrael, primitias ſortita, à reliqua verò gentilitate conſummata eſſe memoratur.

Luc: 2. ℣ 3. Apoc: 7. ℣ 4. & 9.

Quinta ratio.

Quinta: vt in illo tanto hominum concurſu, natiuitas Chriſti diuulgaretur: certa autem eius ſedes (cùm in itinere natus eſſet) occultaretur, propter futurā Hærodis perſecutionem.

Sexta ratio. Sceptrum Iudæ in Meſsia completum.

Sexta cauſa: vt palam oſtenderetur, prophetiam Iacob iam fuiſſe impletam, quando dicebat: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Tunc autem Romani in illa cenſura euidentiſsimè oſtenderunt, ſuum ſuper populo Iudaico, propriis Ducibus extinctis, imperium.

Gene: 49. ℣ 10.

Septima ratio. Chriſti Meſsiæ exortus pace abundans.

Septima ratio: vt deſcriptio illa, quæ poſt pacatum à bellis orbem, erat pacis vniuerſalis quoddam ſymbolum, Regnum Chriſti verè pacificum veniſſe conteſtaretur. Quod D. Hieronymus ſatis explicat his verbis: Veteres reuoluamus hiſtorias, & inueniemus, vſq; ad viceſimum octauum annum Cæſaris Auguſti, cuius quadrageſimo primo anno Chriſtus natus eſt, in toto orbe terrarum fuiſſe diſcordiam, & ſingulas nationes, contra vicinas gentes, arſiſſe ſtudio præliandi, ita vt cæderent, & cæderentur. Orto

Hier: in cap: 2. Iſaiæ. Chriſt⁹ quo anno natus.

autem

I autem Domino Saluatore, quando ſub Præſide Syriæ Quirino (qui idem Cyrinus dicebatur) prima eſt in orbe terrarum facta deſcriptio, & Euangelicæ doctrinę pax Romano imperio præparata: tunc omnia bella ceſſārunt, & nequaquam per oppida & vicos prælia exercebantur, ſed agrorum cultus: militibus tantùm legionibuſq; Romanis, contra barbaras nationes bellandi ſtudio delegato. Quādo impletus eſt Angelorum ille concentus: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, bona voluntas. Hæc ille.

Sequitur ſecundum membrum, de modo Natiuitatis Chriſti: *Factum eſt autem cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret.* Ex quibus verbis duo eliciuntur: Primum eſt, Chriſtum voluiſſe nouo & inuſitato modo naſci, vt oſtenderet *Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo*: & ſimul inſinuaret, omnes veros Chriſtianos, qui ſunt viua illius mēbra, *non habere hic ciuitatem manentem, ſed futuram inquirere.* vt Apoſtolus dicit: ideoq; quando iſtius breuis & miſeræ vitæ vias arduas & difficiles ambulant,, debere eos nullam in eis delectationem ponere, ſed omne ſtudium & finem ſuum ad cœleſtem illam patriam

Natiuitas Chriſti peregrinam Chriſtianorum vitā deſignabat. Ioan: 18. ℣ 36. Hebr: 13. ℣ 14. Sapien: 5. ℣ 7.

K referre. Quod pulchrè admonet S. Petrus: *Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam.*

1. Petr: 2. ℣ 11.

Qua in re S. Hieronymus, ſub nomine Paulę & Euſtochii, conferendo Romam cum Bethlehem, ſic Marcellam viduam exhortatur: Vbi (inquit) ſunt latæ porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus miſerorum pœnis & damnatorum labore veſtitæ? vbi inſtar palatij priuatorum extructę Baſilicæ, vt vile corpuſculum hominis pretioſius inambulet, & quaſi mundo quidquam poſsit eſſe ornatius, tecta ſua magis velint aſpicere, quàm cœlum. Ecce in hoc paruo terræ foramine, cœlorum conditor natus eſt: hîc inuolutus pannis: hîc viſus à paſtoribus: hîc demonſtratus à ſtella: hîc adoratus à Magis: & puto, ſanctior locus eſt rupe Tarpeia, quæ de cœlo ſæpiùs fulminata, oſtendit quòd Deo diſpliceat. Hactenus Hieronymus.

Hiero: epiſt: ad Marcellam. Romani faſtus cū ſpelunca nati Chriſti collatio.

Deinde ex his verbis deducitur, beatam Virginem verè, & re ipſa Chriſtum peperiſſe: quandoquidem Euangeliſta dicit: impleto dierum numero, partum aduenisse.
L Tali enim locutione manifeſtè monſtratur, Chriſtum conceptum fuiſſe ex puriſsimo ſanguine B. Virginis, operatione Spiritus ſancti fœcundato, atque ſic conceptum, in vtero more humano creuiſſe, vſq; ad debitam natiuitatis menſuram & proportionem. Cæterum quia B. Virgo ſine vlla virili commixtione, ſed virgo per operationem Spiritus ſancti conceperat: ideo etiam contra omnem naturæ ordinem Chriſtum

Chriſti ex Maria vera natiuitas: & matris virginalis integritas.

 integro

Mariæ partus verus, sed supra naturam productioni E[illegible] conformis.

Ignatius epist: ad Heronem.

Chrysol: ser: 57. Idem serm: 62. & 70.

integro claustro pudicitiæ enixa est. Decebat enim (inquit B. Ignatius) creatorem, non consueto sed peregrino, & admirãdo vti partu, vt pote omnium opificem. Opifex omnium erat: virginitatem matris, quam in conceptione seruauerat, in partu quoq; voluit cõseruare. Similiter Chrysologus: Vbi (inquit) Spiritus generat, virgo parturit, totum diuinum geritur, nil humanum: nec vllus infirmitati locus est, vbi virtus est sociata virtuti. Soporatus est Adam, vt de viro virgo sumeretur: nunc stupuit virgo, vt vir repararetur ex virgine. Quid sibi de tanto, de tali partu natura poterit vendicare, vbi dum videt nouari ordinem suum, tota sua conspicit iura mutari, venisse in suam sobolem, suum sentit & miratur auctorem? Videatur hoc perfidis vile, magnum est credentibus sacramentum. Hæc Chrysologus. Vnde est, quòd cùm Christus in vna & eadem persona factus esset Deus & homo, & secundum eundem Chrysologum, Deus in carnem ferretur, vt vicissim suam ad deitatem, humanã deferret naturam: cœpit mox vel in suo exortu demonstrare opera vtriq; naturæ communia, quæ S. Dionysius Areopagita, Theandrica, quasi diuinè virilia appellat. Sicut ergo opus humanum exhibuit, vt verè ex Maria carnem assumeret, & nouem mensibus in eius vtero cresceret: sic opus diuinum non intermisit, vt ex Spiritu sancto conceptus, qui supra sensum vbi vult spirat, vterum quoq; matris inuiolatum penetraret. Ideo Hieremias dicit: *Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum.* Quasi diceret: sicut nouum & inauditum contigit in cœlesti natura, vt verbum æternum in vna persona, fieret Deus & homo: sic nouum & inauditum opus ostendit Deus in natura terrena, vt fœmina, quæ naturaliter primò imperfectum fœtum seu embrionem gestare solet, compræhensura sit vtero, & quidem integro, virum, id est hominem verum & Deum simul, omnibus partibus, excepto staturæ incremento, absolutum.

M

Incarnatio Christi opus tam diuinum quã humanum.

Dion: Carthusi: in exposit: cœlestis Ierarch: articulo 19.

Ioan: 4. ℣ 7.

Ierem: 31. ℣ 22.

Secunda pars.

Et peperit filium suum primogenitum.

Primogenit⁹ & vnigenitus Christus triplici proprietate.

Epiphan: cont: Ariomanitas.

Irenę: li: 2. ca: 11.

CAutissimè & valde propriè Euangelista addit Christo nomen primogeniti: hoc est, ante quem & post quem nullus natus est, sed nec nasci potuit. Quod sic intelligendũ esse probat prolixè Epiphanius, vt sit sensus Euãgelistę: Peperit Maria filium suum, qui est primogenitus. Primogenitum autem hoc loco dici vnigenitum, triplici ratione demonstramus. Primas duas affert S.

N

fert S. Hieronymus dicens: morem esse scripturæ, vocare primogenitos hac prærogatiua, quòd primò nascantur, quamuis proles succedentes non habeant. Quod comprobat, quando dicit Deus Moysi: Sanctifica mihi omne primogenitum: ea ratione videlicet sic dictum, quòd primò adaperiat vuluam, vt exponitur *Lucæ 2.* Hanc autem prolem oportebat in templo sistere *40.* die post natiuitatem. Si ergo in primogenitis respicienda esset sequens genitura, periisset oblatio, quæ quadragesimo die necessariò fieri debebat. Secunda ratio: *Exod: 12.* dicitur, Angelum percussisse in Ægypto omnia primogenita, non solùm hominum, sed omnium animalium: neq; fuisse domum vllam, in qua non iacuisset mortuus.

O Quomodo ergo erat possibile in tota Aegypto, non repertam fuisse saltem vnam domum, quæ successiuam prolem in hominibus vel iumentis non habuisset? & tamen primogenitum dicitur, id quod post se genitum non haberet. Tertia ratio: In scriptura, sicut vnigenitus exprimit quandam interiorem prærogatiuam, quoad seipsum: ita primogenitus, denotat prærogatiuam respectiuè quoad alios. Cùm ergo Christus natus, appellatus fuerit vnigenitus ex proprietate naturæ diuinæ, (*Ioan: 1. Vnigenitus qui est in sinu Patris*) debet etiam ratione humanæ generationis, respectu prærogatiuę fratrum, non quidem carne, sed adoptione & dignatione, vocari primogenitus: præsertim cùm primogenitis debebatur primaria hæreditas, & humana ex parentibus benedictio, vt patet exẽplo Esau & Iacob. Cùm ergo Christus vnctionem accepisset, vt homo, præ omnibus participibus, quam in reliquos transfunderet: & quia non confunditur fratres vocare suos fideles: necesse erat, vt primogenitus fieret in multis fratribus, id est in omnibus, supra reliquos primatum tenens. Hac ratione dicitur *Primogenitus omnis creaturæ, quia per ipsum omnia facta sunt, & in ipso constant.* Similiter vocatur, *Primogenitus mortuorum: quia Christus mortuus est, & resurrexit, vt tam viuorum, quàm mortuorum dominaretur.* & vt secundum Irenæum, ipse sit primatum tenens in omnibus, princeps vitæ, primus omnium, & præcedẽs omnes. Simili prærogatiua *Exodi 4.* totus populus Dei in Aegypto, vocatur filius primogenitus: quia Deus non fecit taliter omni nationi, vt respectu alicuius alterius populi sic vocari debuisset. Est ergo Christus primogenitus simul & vnigenitus, secundum triplicem suam generationem. Primò: secundum diuinam. Sic *Hebr: 1.* dicitur Dei filius fuisse eius primogenitus, antequam in orbem terrarum (vtique per incarnationem) à Deo Patre introduceretur.

P

Hiero: lib: cont: Heluidiũ cap: 5.

Exod: 13. ℣ 2.

Luc: 2. ℣ 23.

Exod: 12. ℣ 29.

Ioan: 1. ℣ 18.

Gene: 27. ℣ 19.

Hebr: 12. ℣ 16.

Psal: 44. ℣ 8.

Hebr: 2 ℣ 11.

Rom: 8. ℣ 29.

Colos: 1. ℣ 15. 18.

Apoc: 1. ℣ 5.

Rom: 14. ℣ 9.

Iren: li: 2. ca: 38.

Exod: 4. ℣ 22.

Psal: 147. ℣ 20.

Christ⁹ primogenitus secundum triplicem generationem.

Hebr: 1. ℣ 6.

Colos: 1. ℣ 15.

Potest etiam eodem sensu *Colos: 1.* intelligi primogenitus omnis creaturæ, hoc est, ante omnes creaturas, ab æterno, ex substantia Dei Patris genitus, & per quem, & in quo, omnes creaturæ factæ essent, & subsisterent. Secundò: dicitur quoque primogenitus secundum generationem temporalem. Siquidem beata Virgo, nullum vnquam alterum præter Christum filium habuit, sed semper virgo permansit: vt prolixè & efficaciter probat S. Hie- Q ronymus lib: contra Heluidium, virginitatis Mariæ impium oppugnatorem. Tertiò: Christus est primogenitus, secundum generationem spiritualem, quæ fit in hominum fidelium cordibus per gratiam. Et sic *Rom: 8.* dicitur *Christus primogenitus in multis fratribus:* quia *Ioan: 1. ipse est plenus gratia & veritate; de cuius plenitudine omnes nos accepimus.*

Hieron: contra Heluidium.
Rom: 8. ℣ 29.
Ioan: 1. ℣. 16.

Trium Missarũ die Natalis Christi mysterium.
Psal: 109. ℣ 3.

Ad denotandam hanc triplicem generationem, hodie in Ecclesia leguntur tres Missæ. Prima enim in galli cantu, designat generationem æternam, iuxta illud: *Ex vtero ante Luciferum genui te.* Secunda verò in aurora, denotat generationem temporalem; quà filius Dei incarnatus, exortus est *vera lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.* Tertia ante meridiem, significat generationem spiritualem per gratiam, quæ est veluti splendor, ex Christo tanquã luce procedens, & corda nostra illuminans, & charitate inflammans.

Mariæ partus sine dolore & puerperarum apparatu.
Hier: lib: cõ Heluid: cap: 4.
Gene: 3. ℣ 16.

Tertiò addit Euangelista. *Et inuoluit eum pannis, &c.* Per quod innuit, beatam Virginem, sicut sine corruptione virginitatis, ita sine omni dolore & tristitia, Christum peperisse: & ita nullo prorsus ob- R stetricum subsidio in partu suo indiguisse. Ratio est, quia dolor & tristitia partus, prouenit ex maledictione peccati originalis: sicut Euæ dictum fuerat: *In dolore paries.* Sola autem Maria fuit à peccato originali omnino præseruata: cùm esset illa fœmina, de qua ibidem Deus ad serpentem dicebat: *Ipsa conteret caput tuum.*

Tertia Pars.

Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

Christi in stabulo nati & in præsepi reclinati mysterium.
Philip: 2. ℣ 5.

HIC duo tanguntur mysteria. Primum: Christus licèt fuerit totius mũdi Dominus, tamen voluit in summa paupertate mundo apparere: vt sua diuina humilitate, superbiæ humanæ, quæ in Paradiso ambiebat diuinitatem, mederetur: & sic nobis humilitatis exemplum relinqueret: dicente Apostolo: *Hoc sentite in vobis quod in CHRISTO IESV, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam*

rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. &c. Secundum mysterium est. Christus inter animalia nascitur, & in præsepi reclinatur: Primò, vt ostenderet, genus humanũ post lapsum, pellibus animalium indutum, iuxta Psalmistam, com- S paratum iumentis insipientibus, tanquam gregem sine pastore feris infernalibus expositum, oberrasse. Secundò, vt secundũ Chrysologum, sub mysterio duorum diuersæ speciei animalium, adunationem in fide populi Iudaici & gentilis adumbraret. Quo etiam mysterio factum esse videtur Ambrosio, vt in genealogia Christi Tamar & Ruth gentiles recenseantur. Istud igitur genus humanum cœcitate erraticum, & infidelitate distractum, Christus pastor bonus, mox natus, in stabulo, & præsepi, inter animalia, incipit ex imagine sua recognoscere, in eamq́ue sufficienter transformare. Quod miratur Psalmista dicens: *Homines & iumenta* (id est quasi ex iumentis homines reformatos) *saluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.*

Hominẽ ad bestias peccato redactũ, filius Dei in stabulo mox requisiuit.
Genes: 3. ℣ 21.
Psal: 48. ℣ 13.
Ioan: 10.
Psal: 118. ℣ 176.
Chrysolo: serm: 159.
Ambro: in Lucæ cap: 3.
Psal: 35. ℣ 8.

Genus humanũ cur indiget pastoratu seu regimine.
Luc: 2. ℣ 1. 8.

Vnde etiam vtilissima nobis elucet doctrina. Non sine causa enim Christus pastoribus, iisq́; vigilantibus circa gregem suum primò reuelatur. Intellexistis enim antehac, hominem peccato corruptum, quasi iumentum insipiens factum fuisse. Sicut igitur iumentum ad bonam gubernationem & conseruationem, indiget pastore, & quidem vigilante: ita homo animalis, habens quasi ma- T gnum gregem, variarum huius mundi passionum & cupiditatum contra legem Dei, si vult transformari, debet primò quidem voluntatem suam diuinis præceptis, & pastorum seu superiorum, tam spiritualium quàm sæcularium, salutaribus directionibus, per veram obedientiam subiicere: dicente B. Chrysologo: Edicto Cæsaris & pagani, Dominus obtemperaturus occurrit: & decreto B. Petri, & decreto Principis Christiani, seruus adhuc aliquis irreuerenter obsistit? Deinde quoad seipsum, debet intellectum suum lege Dei in Baptismo illuminatum, in continua vigilia conseruare, vt sese non patiatur mundanis tenebris ac illecebris, in somnum seu veternum peccati perduci. Quod pulchrè docet S. Petrus inquiens: *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Notum est, hostes etiam inuisibiles, magis insidiis, quàm viribus nocere: quod eò magis Sathanæ cõuenit, quòd capite contritus, calcaneo fideliũ subinde insidietur. Insidiæ igitur vigiliis depellendæ: vigiliç autem comparandæ sobrietate, non solum corporali per temperantiam, sed etiam spirituali per illecebrarum

Chrysol: ser: 175.
1. Petr: 5. ℣ 8.
Gene: 3. ℣ 15.
Vigiliæ comparandæ sobrietate, & rerũ omnium temperãtia.

brarum mundi abſtinentiam. Quod ipſe Dominus præmonuit dicens: *Cauete ne corda veſtra grauentur crapula & ebrietate, & curis huius vitæ.* V
Luc: 21. ✠ 34. Meminiſſe enim oportet, Deum quidem omnia, quantum in ſe, creaſſe bona, & vſui hominum ſalutaria: ſed errore & concupiſcen-
Sap: 14. ✠ 11. tia à peccato corrupta, factum eſt, vt *eædem creaturæ, factæ dicantur eidem homini, in odium, & quaſi muſcipulæ pedibus inſipientium.* Cùm itaque homo ad illarum vſum ſit adeò infirmus, conſultiſsimum eſt, vt eas ſaltem deguſtet, vt docet Apoſtolus: *Habentes alimẽta, & quibus tegamur, his*
1. Tim: 6. ✠ 8. *contenti ſimus.* Si autem propter ſtatus ſui neceſsitatem, opus eſt iſtis temporalibus magis abundare, caueat, ne in illis ſibi complaceat,
1. Cor: 7. ✠ 30. contra legem Dei: iuxta Apoſtolum dicentem: *Qui vtuntur hoc mundo, ſint tanquam non vtantur*: quod tamen valde eſt difficile, præſertim hoc corrupto ſæculo. Sed tamen volenti, & Dei auxilium expoſcenti, ſunt omnia poſsibilia. Qui has regulas excedit, talis eiuſmodi voluptatibus, & deſideriis terrenis inebriatur, vt ſit quaſi mentis impos, & ſomno graui oppreſſus, nec poſsit dare locum piis doctrinis & admonitionibus ex verbo Dei: ſed magis magisq; in præceps peccatorum feratur. Curate ergo tandem, ô Chriſtiani, vt talem animi ebrietatem excutiatis. Recogitate quod ibidem X
1. Cor: 7. ✠ 30. ſubdit Apoſtolus: *Tempus breue eſt, & præterit figura huius mundi.* Vtinam autem nobis, ô Poloni, non magis & citius prætereat figura & ſtatus Reipub. noſtræ, ex omni parte adeò corruptus & perturbatus, vt non tam ad normam filiorum Dei, quàm ad naturam filiorum huius ſæculi, & ipſius rationis, videatur eſſe reuocandus.

Epilogus ex hodierna inſtructione Angelica.

Concludamus igitur. Tria hodie Angelos in nobis requirere: Primò: vt demus gloriam Deo in excelſis. Secundò: vt pacem in terra conſeruemus. Tertiò: vt ſimus bona voluntate. Ab vltimo ergo incipiamus, vt ad primum conſcendamus. Primò enim curemus eſſe bonæ voluntatis, habentes bonam intentionem, in omnibus actibus noſtris, vt ad gloriam Dei, & ſalutem noſtram atq; proximorum ædificationem dirigantur. Secundò: habeamus pacem cum Deo, iuxta mandata illius viuentes: deinde cum propria con-

Homines bonæ voluntatis qui.

Matt: 7. ✠ 12. ſcientia, in nullo contra illam committentes: deniq; cum proxi-
Tob: 4. ✠ 16. mis noſtris, omnia quæ ipſi nobis fieri velimus, illis præſtãtes, quod autem ipſi nolimus, illis non inferentes. Tertiò: demus gloriam Deo, pro tanto incarnationis beneficio, quod lingua humana effari non poteſt: atq; hæc feſta ſacratiſsima in laudibus Dei conſummamus. Hodie ſiquidem vera lux nobis cœlitus à paſtoribus de- Y
Rom: 13. ✠ 12. nuntiata affulſit, & tenebras carnis noſtræ colluſtrauit. *Efficiamur ergo, filij*

ergo, filij non tenebrarum, ſed filij lucis. Abiiciamus inquam, in Baptiſmo abiurata opera tenebrarum, non ſola profeſsione, ſed vera exhibitione, ſic, vt in die honeſtè ambulemus: non (vt paſsim fit) in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, pro nobis, ab ipſis primis cunabulis vſque ad mortem Crucis, tot tantaq; perferentem, nunc verò in cœlis cum Deo Patre & Spiritu ſancto in æternum regnantem. Quibus in vnitate perfecta, laus, honor, & imperium, ſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

De Natiuitate Domini,

Sermo Tertius.

Gloria in excelſis DEO: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ 2.

Opera Filij Dei Diabolo cõtraria in incarnatione exhiberi cæpta.

A 
Odierno feſto veriſsimè euenit illud, *1. Ioan: 2. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli.* Præcipuum autem Diaboli opus (ſecũdum eundem Apoſtolum) eſt, non ſibi cõcreata, ſed à ſeipſo adinuenta nequitia ſeu malitia, per quam ille reſiſtẽs 1. Ioan: 3. ✠ 8.
ſummo bono, id eſt Deo, eius gloriam per ſuperbiam arrogaret: propter quod de cœlis in bara- Eccle: 7. ✠ 30.
trum præcipitatus, cœpit implacabile odium contra totum genus humanum, iuxta illud. *Deus creauit hominem rectum: Inuidia autem Diaboli* Sap: 2. ✠ 23.
intrauit mors in orbem terrarum. Ideo S. Ioannes deſcribens hoc ipſum Sathanæ præcipitium, infert vocem auditam: *Væ terra & mari, quia de-* Apoc: 12. ✠ 12.
ſcendit Diabolus ad vos, habens iram magnam: ſciens quia tempus modicum habet.

Chriſtus quomodo ſuperauit Diaboli malitiam, ſuperbiam, & inuidiam.

His operibus Sathanæ, contraria prorſus filius Dei exhibuit in ſua benigniſsima incarnatione. Prçcipuum enim opus & cauſa tanti in homines beneficij, contra Diaboli malitiam ſimul & inuidiam, erat eſſentialis eius & increata bonitas, quæ ſicut aliis creaturis, ſic maximè rationali ad imaginem ſuam conditç, extitit maximè diffuſiua & communicatiua. Deinde contra Diaboli altiſsimam ſuperbiam, oppoſuit filius Dei profundiſsimam humilitatem: adeò vt ſicut Diabolus per ſuperbiam voluit fieri Deus, ſic filius Dei per humilitatem elegit fieri homó: vt per tale commertium, quaſi in opprobrium Luciferi, non Angelus (eoq; minus ipſe Pſeudoangelus) ſed ho-

ſed homo, fieret Deus. Tertiò, contra inuidiam & iram Sathanæ, exhibuit filius Dei ſummam in homines charitatem & benignitatem: ſingulariter autem in ipſo incarnationis beneficio Ideo Apoſtolus reiterat illud: *Apparuit benignitas, humanitas, gratia Saluatoris noſtri* B *Dei. &c.* Vbi ad maiorem tanti beneficii exaggerationem, humanitas Grçca voce exprimitur φιλανθρωπία, quaſi generis humani ſingularis adamatio. Quartò: ſicut Lucifer, poſt factam magnam cõmotionem cœleſtem, & Angelorum conflictum, ſummo impetu ex cœleſtibus ad inferna fuit præcipitatus: Sic è conuerſo, filius Dei, *dum quietum ſilentium tenerent omnia*, vt ea quæ in cœlis & terra ſunt pacificando, vtraq; vnum efficeret, deſcendit de cœlis in terram vterumq; virginalem, modo ſuauiſsimo & lentiſsimo, quaſi pluuia in vellus, cum cœleſti Angelorum comitatu & applauſu. Quinto: Sicut ruente Lucifero, audita erat per Angelum vox: *Væ terræ & mari. &c.* Sic circa Natiuitatẽ Domini, vox Angelica prorſus contraria cœlitus inſonuit: *Annuntio vobis gaudium magnũ, quia hodie natus eſt vobis Saluator.* Et rurſus voci illi: *Væ terræ & mari: quia deſcẽdit Diabolus ad vos, iram magnã habens*: opponitur illa: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Vt igitur tanti gaudij digniùs participes efficiamur; in præſenti ſermone, cum Dei auxilio, in prima parte oſtendemus, quomodo filius Dei incarnatus, per ſua opera diuina, deſtruxit opera Diabolica, in noſtra reparatione. Primò enim Diabolus, per ſuam tyrannidem, eripuerat nobis excellentiam, quam nobis filius Dei (qui virtus eſt Dei) reſtituit per ſuam potentiam. Idem Sathanas ſua aſtutia ſerpentina, ſurripuerat nobis innocentiam: eam Chriſtus recuperauit nobis, per ſuam (quæ ipſemet eſt) ſapientiam. C Tertiò, idem ipſe Draco infernalis, ſua inuidia & nequitia, abſtulerat nobis Dei amicitiam: hanc verbum æternum (qui eſt iuſtitia noſtra) reconciliauit nobis per ſuæ charitatis beneficentiam: quod locis quibuſdã ex ſcriptura illuſtrabimus. In ſecunda parte oſtendemus, quomodo ingrati quidam Chriſtiani, tanto labore per Chriſtum vindicata, miſerè perdant, nunquam poſtea recuperanda.

Ad Tit: 2. ℣ 11. & cap: 2. ℣ 4.

Commotio cœli & terræ, per Luciferũ & Chriſtum, diuerſa.

Iſa: 14. ℣ 12. Apoc: 12. ℣ 7. Sap: 18. ℣ 14. Epheſ: 2. ℣ 14. Pſal: 71. ℣ 6. Apoc: 12. ℣ 12. Luc: 2. ℣ 10.

Thema & partitio Sermonis.

1. Cor: 1. ℣ 24. & 30.

Quo ad primum. Potentia Luciferi, quam naturâ tanquam Angelus non amiſit, eò maior coniicitur, quò ipſe in cœlo ſublimior extitit: adeò vt exinde in ſuperbiam elatus, altiſsimo coæquari voluerit. Ideò ipſe Dominus apud Iob, poſtquam multis eius potentiam explicaſſet, ſic addit: *Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei: qui factus eſt vt nullum timeret. Omne ſublime videt, & ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Maiorem tamen poteſtatem in cœlis ſibi reſeruat Dominus,

Potentia Diaboli quanta, & quàm potenter per Chriſtũ proſtrata.

Iſa: 14. ℣ 12. Philip: 2. ℣ 6. Iob 41. ℣ 24. Iob 40. ℣ 21. Iob 41. ℣ 1.

minus, paulò ante dicens: *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?* Et poſtea. *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim poteſt reſiſtere vultui meo?* Quaſi dicat Dominus: Perditionem generi humano per ipſum illatam vindicabo, non more illius per tyrannidem in hominem vſurpatam, ſed per omnipotentiam diuinitati meæ propriam. Huius rei non obſcurum typum habemus *Sap: 18.* Vbi Salomon percuſsionem primogenitorũ Aegypti, tam hiſtoricè, quàm allegoricè, proſequitur in hunc modum: *Cùm quietum ſilentium continerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, om-* D *nipotens ſermo tuus, exiliens de cœlo à regalibus ſedibus, durus debellator, in mediam exterminij terram proſiliuit, gladius acutus, inſimulatum imperium tuum portans: & ſtans repleuit omnia morte, & vſq; ad cœlum attingebat, ſtans in terra.* Primò enim, Angelum illum fuiſſe, illum ipſum magni conſilij Angelum, hoc eſt ipſum Iehouam ſeu Ieſum, qui iuxta 1. *Cor: 10.* & *Iudæ cap: 1.* Iſraelitas eduxit ex Aegypto, in ſpecie viri vel Angeli, rationes non obſcuræ ſuadent. Primò: quia illa interfectio primogenitorum, vocatur Phaſe (hoc eſt, tranſitus Domini) vbi Dominum intelligimus ſecundam diuinitatis perſonam, quæ ſecundum Apoſtolum, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Illudq; totum myſterium de comeſtione azymorum, agni Paſchalis, & de aſperſione ſanguinis eius, ad interfectionis illius in populo Dei deuitationem, nemo ambigit ad Chriſtum pertinere. Secundò: quia ibidem iſte idem Dominus de ſeipſo dicit: *Et tranſibo per terram Ægypti nocte illa: percutiamq; omne primogenitum in terra Ægypti, ab homine vſq; pecus.* Tertiò: quia Eccleſia tempore Natalis Domini, inter alias ſcripturas, quæ ad literam ſonant, de vero filio Dei, aliquoties etiam illam interponit; *Omnipotens ſermo tuus Domine, à regalibus ſedibus veniet.* Quartò: quia gloſſa ordinaria exponit de ipſo ſermone, qui erat in principio apud Deum, & Deus, per quem omnia facta ſunt. Nec fortaſſe deſunt alij qui ſimiliter ſentiant. Quintò: quia etiam apud antiquos, pro- E miſcua & indifferens erat verbi & ſermonis, ex Græco verbo λόγος tranſlatio. Sextò: quia nuſquam in ſcriprura (quod ſciam) Angelus vocatur ſermo, aut verbum Dei, quod propriè ſecundæ perſonç in diuinis competit. Septimò: ſi cui duriuſculum videtur, officium tam atrocis percuſsionis, Dei filio adſcribere: cùm tales *immiſsiones* ſeu pœnæ ſecundum Pſalmiſtam, *fiant per Angelos malos*: cogitet *Deo proprium eſſe, occidere & viuificare, adducere ad inferos ac reducere.* Quod eò magis competit filio Dei, *qui factus eſt iudex viuorum & mortuorum*, ideoque ex eius ore deſcribitur *prodiiſſe gladius ex vtraq; parte acutus, vt gentes*

Angeli percutientis primogenita Aegypti typus filio Dei incarnato applicatus.

Sap: 18. ℣ 14. Exod: 12. ℣ 12. & 29. 1. Cor: 10. ℣ 4. Iudæ 1. ℣ 5. Exod: 17. ℣ 11. 1. Cor: 5. ℣ 7.

In officio Romano, Dominica 4. Aduentus Antipho: 5. ad Laudes: & Dominica infra Octauas Natiuitatis, Antiphona ad Benedict⁹ & Magnificat. Et in Introitu Miſſæ.

Pſal: 77. ℣ 49. 1. Reg: 2. ℣ 6. Apoc: 1. ℣ 7. cap: 19. ℣ 15. Pſalm: 2. ℣ 9.

regat, & percutiat in virga ferrea, & tanquam vas figuli tandem conterat. Accedit, quòd Angelum illum qui Iſraelitas præcedebat, in die quidem in columna nubis, noctu verò in columna ignis, conſtat ex ſuperioribus Apoſtolicis teſtimoniis,& antiquiſsimis Patribus,fuiſſe verbum ſeu filium Dei æternum, ſub illis ſpeciebus in quibus apparebat, velatum.

Exod: 13. ℣ 21.

ApplicatioChriſti nati ad Angelum percuſſoré Aegypti.

His poſitis, videamus quomodo ſingula filio Dei in mundum per carnem aduentanti reſpondeant, per ſex puncta conſequentia. Primò: Quis venit? Sermo Dei vel Domini,& quidem omnipotēs: per quod, eius perſona & maieſtas deſignatur: ſicut & in Apocalypſi deſcribitur idem filius Dei,tanquam extremus & diſtrictus iudex, & malorum vindex, *qui vocatur fidelis & verax: nomen autem quod nemo præter illum noſſet, ſit in veſtimento & fæmore eius ſcriptum, verbum Dei.* Secundò: Vnde venit? *De cœlo, à regalibus ſedibus.* Quod deſcribitur à Daniele,quomodo *quaſi filius hominis in nubibus venit,vſq; ad antiquum dierum,* hoc eſt perſonam Dei Patris, qui diuinitatis ſimulq; æternitatis origo & principium eſt. Et Dauid idipſum atteſtatur dicens: *Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cœlo egreſsio eius. &c. Qui enim de ſurſum venit* (dicebat Ioannes præcurſor) *ſuper omnes eſt.* Tertiò: Vbi deſcēdit? *In mediam exterminij terram*: hoc eſt, per carnis aſſumptionem, *introductus eſt* (vt loquitur Apoſtolus) *in orbem terrarum*, præuaricatione perditum. Terræ autem medium cenſetur Iudæa ſiue Palæſtina, in qua Chriſtus natus & primo denuntiatus eſt. Quartò: Quomodo deſcendit? *Exultando ſeu exiliens vt gigas ad currendam viam* redemptionis humanę. Deſcendit autem per exinanitionem; diuinæ quidem formæ in formam hominis, humanę autem, in formam ſerui. Cui exinanitioni conuenit etiam, quando dicitur *portaſſe inſimulatum imperium.* Cùm enim ſimulatio vel diſsimulatio Deo non competat, poteſt intelligi, quòd quamuis filius Dei in carne apparuiſſet, non tamen diſsimulatum,ſed (vt ipſe proteſtabatur) apertum & abſolutum in tantis miraculis Patris geſtabat imperium ſeu virtutem.

Sap: 18: ℣ 14.
Apoc: 19. ℣ 13.
Dan: 7. ℣ 13.
F
Pſal: 18. ℣ 7.
Ioan: 3. ℣ 31.
Hebr: 1. ℣ 6.
Pſal: 18. ℣ 7.

Chriſti inſimulatū imperium quale.
Ioan: 5. ℣ 19.

Salt⁹ Chriſti in carne aſſumpta.
Gregorius de Aſcenſione Homelia 29.

Exultationem quoq; ſiue ſaltus quoſdam, filio Dei recens nato, applicat S. Gregorius: quando è cœlo in vterum virginis: inde in præſepe: exinde rurſus in crucem, ſepulchrum, infernum: & tandem ad ipſum cœlum,proſiliiſſet. Quòd autem additur, Angelum illum *ſtando in terra,cœlos attigiſſe*: poteſt hoc quidem Angelo conuenire ſecundum operationem, quæ ſic in terris perficitur, ne tamen in cœlis ſtatum ſuum prorſus deſerat. Sed iſta locutio alioqui ſcripturæ inſolita, veriùs congruit filio Dei ſimul & *filio hominis, qui ſimul & deſcendit*

G

deſcendit de cœlo, & eſt in cœlo, vt ipſemet de ſe profitebatur. Quintò: Ad quod opus deſcendit? *Durus debellator,gladium acutum portans, ſtans repleuit omnia morte.* Ipſius enim nomen,ſecundum Iſaiam eſt: *Velociter ſpolia detrahe, cito prædare.* Ipſe enim ſtans in ſolio crucis, breuiſsima guſtatione mortis, feſtinauit cum Dauide *aſſumere tres lapides limpidiſſimos,* hoc eſt diuinitatem, animam,& corpus;& in corpore quidem, morte ſuſcepta, in baculo crucis, proſtrauit Goliath infernalem, *& cum ſuis ſpoliis, in quibus confidebat,* hoc eſt peccato, morte, & inferno, ipſum debellauit, & rediuiuus ex morte, vitam nobis reportauit. Qualem effectū etiam in illo percuſſore Aegypti ſic ibidem adumbrauit Salomon: *Cùm iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui: interſtuit,& amputauit impetum,& diuiſit illam quæ ad viuos ducebat viam.* Sextò: Quando venit? *Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet.* Quod tempus nati Saluatoris, vel excubiæ paſtorū cæteris dormientibus arguunt. His tamen verbis inſinuatur etiam plenitudo temporis, quando expletis figuris & prophetiis de aduentu Meſsiæ,iam à tempore Machabæorum Prophetæ deficiebāt, & nox legis Moſaicæ, ad auroram lucis Euangelicæ declinabat. Et ſic *Lucæ 17. Regnum ſeu aduentus Dei,ſicut ad iudicium, ſic in mundum* hominibus ſomno ſpirituali obſeſsis *non venit cum obſeruatione.* Quam rationem Tertullianus quoq; obſeruauit inquiens: Et fortaſſè myſticè factum,vt Chriſtus nocte naſceretur,lux veritatis futurus ignorantiæ tenebris.

Ioan: 3. ℣ 13.
Chriſt⁹ quomodo durus bellator in terrā deſcendit.
Iſa: 8. ℣ 3.
1. Reg: 17. ℣ 40.
Sap: 18. ℣ 23.
Temp⁹ nati Chriſti nox.
Lucæ 2. ℣ 8.
Dan: 7. ℣ 13.
Galat: 4. ℣ 4.
Hebr: 1. ℣ 1.
H
Lucæ 17. ℣ 21.
Tertullian: cōn Marcionem.

Secundò: Diabolus per ſuam aſtutiam ſpoliauerat nos innocentia, & fœdiſsimas plagas concupiſcentiæ inflixerat. Hoc in nobis ſanauit & reſtituit verus *Samaritanus & Medicus ac Legifer noſter Chriſtus, per ſuam ſapientiam*: Inde Salomon recenſet,quomodo per ſapientiam primi illi generis humani Principes,ab initio, liberati fuerunt ab extremis caſibus. De Adam quidem dicit, quòd *per ſapientiam eductus eſt à delicto ſuo*: non aliter vtique,quàm quando ſemen mulieris,id eſt verbum æternum, contrito capite ſerpentis infernalis, illum cum ſuo genere creatori reconciliauit. Similia ſapientiæ, potentiæ, & bonitatis diuinæ opera, quæ ibidem ſemini Adæ, nimirùm Abel, Noe, Abraam, Loth, Iacob, Moyſi cum populo Iſraelitico,leguntur exhibita, non niſi ad ipſum Dei filium, qui æterna ſapientia eſt referri, vel ipſe contextus & ſenſus verborum illorum arguit. Sed & ipſam vniuerſalem totius generis humani liberationem, Spiritus ſanctus ſatis perſtrinxit, Eccl: cap: 9. ſic dicens: *Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum,& perfecta eſt obſidio: Inuentusq; in ea eſt vir pauper*

Filius Dei per ſapientiam ſuam reſtituit homini innocentiam.
Luc: 10. ℣ 33.
Filij Dei ab initio mundi erga iuſtos opera.
Sap: 9. ℣ 19. & cap: 10.
Redemptionis mūdi per Chriſti ſapientiam & humilitaté typ⁹
Eccle: 9. ℣ 14.

pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam. Et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine. Hæc ibi. I Ciuitas profectò parua, erat genus humanum post transgreſsionem: quia Diabolus ex semine Caim, hoc est plurimis infidelibus & sceleratis, fecerat sibi ciuitatem magnam. Ciuitas autem parua relicta est ex Abel, & deinceps ex promiſſo semine Abrahæ. Et in illo paruo numero, pauci erant viri, qui resistere possent. Contra quam venit rex magnus, hoc est Diabolus mundi princeps; & vallauit eam obſidione per circuitum; interius quidem tẽtatione suæ seductionis, tum etiam mundi & carnis illecebris: exterius verò, variis & grauiſsimis persecutionibus & oppreſsionibus, vsq; ad idololatriam redactis. Inuentus est autem in ea vir sapiens & pauper: hoc est, ex ista progenie Abrahæ, Dei filius aſſumpsit carnem, & habitu inuentus est vt homo, & quidem in specie pauperis seu serui, vir tamen & armatus fortis, & liberauit ciuitatem per sapientiam suam: quia, vt dicit S. Leo, cum hoste humani generis, non in sua diuina maiestate, sed in nostra congreſſus est humilitate, & sæuienti Diabolo potentiam suæ maiestatis occultauit, & infirmitatem nostræ humilitatis obiecit. Vnde ipse Dominus postquam ad beatum Iob de sua contra Sathanam potentia multa dixiſſet, addit etiam opus suæ sapientiæ dicens: *In oculis eius quasi hamo capiet eum.* Et rursus: *Nunquid illudes ei sicut aui?*

Ciuitas Diaboli ab initio præualebat Ciuitati Dei.
Gene: 4. ℣ 17.
cap: 11. ℣ 4.
Gene: 19. ℣ 20.
Leo serm: 10. de Paſsione Domini.
Iob. 40. ℣ 19. & 24.

Tertiò: contra nequitiam & inuidiam Diaboli, opposuit Dominus summam charitatem & benignitatem, per quam nobis amicitiam Dei recuperauit. Quod egregiè Apostolus pertractat his verbis: *Commendat autem Deus charitatem suam in nobis: quia cùm adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.* K

Diaboli malitia & inuidia, Christi Charitate sublata.
Rom: 5. ℣ 8.

Quod etiam in beneficio Incarnationis, pro summo mysterio alibi commendat his verbis: *Et manifestè magnũ est pietatis sacramentum. Quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu: Apparuit Angelis, prædicatum est gentibus: creditum est mundo, aſſumptum est in gloria.* In quibus verbis, quia magnum pietatis sacramentum commendat Apostolus, inquirendum est diligentiùs, vt nobis etiam (sicut ipse vult) fiat manifestum. Præmittendum igitur est, Apostolum Timothæo, cui partem Gentilitatis à se conuersæ commendauerat, his verbis inculcare rationem officii pastoralis: eò quòd suscepiſſet curam domus, non œconomicam cuiuspiam hominis, sed Ecclesiæ, quæ est domus

Incarnationis mysteriũ & beneficium mirè S. Paulus expressit.
1. Tim: 3. ℣ 16.

est domus Dei viui, & columna, & firmamentum veritatis. Deinde subinfert aliud multò maius pietatis mysterium, quod nimirum in ipso Deo viuo filio Dei, cuius Ecclesia domus & sponsa est, hominibus supra omnem modum & captum humanum eſſet exhibitum. Vbi Apostolus maximo artificio, posuit tres propoſitiones, in Christo summa mysteria continentes, secundum diuersas in eius persona naturas: ratione quarum in singulis ponit proprias Antitheses. Primò itaque dicit: *Quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu.* L Vbi primò notandum est, in Græco textu, loco relatiui (quod) haberi in omnibus istis propoſitionibus, ipsum Antecedens (Deus) qui intelligitur idem ipse filius Dei incarnatus. Et sic nostra versio includit suum Antecedẽs, hoc est verbum æternum seu filium Dei. Similis locutio est initio primæ Canonicæ S. Ioannis: *Quod erat ab initio &c. de verbo vitæ, quod erat apud Patrem.* Primam igitur oppoſitionẽ Apostolus ponit, inter carnem & spiritum, quæ scripturæ est familiariſsima. Per carnem autem intelligit Christi humanitatem, ex consortio carnis mortalis fragilem, & quasi abiectam, fœno mox exarescenti per Isaiam comparatam. E conuerso etiam, per Spiritum, antonomasticè intelligit Spiritum Diuinum, iuxta Ioan 4. *Spiritus est Deus.* Rursus in aliis duobus terminis, eadem vtitur antithesi. Manifestationem enim in carne, dicit sensibilem in carne humana apparitionem, & cum hominibus conuersationem: Iustificationẽ autem Spiritus, intelligit naturæ spiritualis & diuinæ ex propriis operibus sese prodentem contestationem. Simili sensu phrasi Hæbraica Psalm: 18. dicuntur, *iudicia Domini vera iustificata in semetipsa.* Et Luc. 7. *Publicani cum plebe Iudæorum, dicuntur iustificaſſe Deum*, id est eius naturam & operationem diuinam agnouiſſe, & per conuersionem contestatos fuiſſe. Sicut è conuerso ibidem dicitur: *Sapientia huius sæculi fuiſſe iustificata in filiis suis.* Primum ergo & magnum sacramentum pietatis Dei in hominem extitit illud, quod caro erat, & *quod oculi nostri viderunt, & manus nostræ contrectauerunt*, fuiſſe illud etiam ipsum iustificatum Spiritu, seu operibus diuinis comprobatum, *verbum illud vitæ,* M *quod erat in principio apud Deum, & quidem Deus ipse, per quem omnia facta sunt, & in sese vitam & lucem omnium creaturarum contineret.* Simili distinctione vtitur Apostolus Rom: 1. dicens: *Christum natum esse ex semine Dauid secundum carnem: sed qui prædestinatus eſſet filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis.* Sic Ioan: 10. probat Christus se eſſe verũ Deum, *quem Pater sanctificauit, & misit in mundum.* Cùm enim dicitur sanctificatus, non à Deo, sed à Patre, sanctificatio illa non creata, sed increata, & na-

Quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu.
1. Tim: 3. ℣ 16.
1. Ioan: 1. ℣ 1.
Isa: 40. ℣ 6.
Psal: 18. ℣ 10.
Luc: 7. ℣ 29.
1. Ioan: 1. ℣ 1.
Christi Diuinitatem & humanitatem distinguit scriptura.
Rom: 1. ℣ 3.
Ioan: 10. ℣ 36.

ta, & naturalis ex Deo per generationem procedens, intelligi de-
Rom: 9. ℣ 5. bet: Et Apostolus Rom: *9. Ex quibus, id est Iudæis, est Christus secundum*
Aug: Tract: 48. *carnem, qui est Deus super omnia in sæcula benedictus.* Quamuis enim caro
in Ioannem. Christi fuerit verè ex carne virginis assumpta materialiter: tamen
formaliter & effectiuè, administrata est operatione ipsius verbi di-
Hilarius lib: 10. uina. Quod Hilarius doctissimè ostendit: Quòd virgo quamuis ad
de Trinitate. Christi Natiuitatem carnem ex se daret, non tamen nisi ex Spiritu
genuerit, quod genuit: & quòd Maria corpori Christi non dederit
originem, licet ad partum omne quod sexus sui naturale est, con-
tulerit: quòd caro Christi non aliunde originem sumpsit, quàm ex
verbo & natura Dei. Ipse est corporis sui origo. Virgo ex se genuit
corpus, sed quod conceptum esset è Spiritu. Ipse ille filius homi-
nis est, qui & filius Dei. Quia totus filius hominis, totus filius Dei
est. Natura assũpti corporis nostri, naturæ paternæ est inuecta &c.
Apparuit Angelis, prædicatum est gentibus. Sequitur secundum membrum. *Apparuit Angelis: prædicatum est gentibus.*
Hic similiter facit oppositionem, primò inter Angelos & gentes,
deinde inter apparitionem, & prædicationem. Angeli enim sunt N
1. Tim: 3. ℣ 16. prima creatura, ideoque & nobilissima, tum propter naturam spi-
ritualem & æuiternam Deo proxima: secus natura hominum, quæ
& postrema tempore creaturarum est, & ex luto composita, fragi-
lis atque mortalis, insuper etiam propter peccatum initio maledi-
Humanæ naturæ respectu verbi æterni vilitas. cta & reprobata. Quod attendebat Dauid dicens: *Domine quis est ho-*
mo quòd memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? Minuisti eum paulò minus
ab Angelis. &c. Porrò Gentiles, propter incredulitatem & idolola-
Psal: 8. ℣ 5. triam, erant quasi fæx humani generis, *opprobrium hominum & abiectio*
Matt: 15. ℣ 26. *plebis.* Vnde eos Dominus ipse Matth: *15.* canibus quasi humano cibo
indignos comparabat. Tanti ergo beneficii diuini in genus huma-
num, exaggerationem facit Apostolus: quòd verbum æternum, non
solùm naturam Angelicam, per vnionem non apprehendit, vt alibi
Hebr: 2. ℣ 16. ipsemet loquitur, sed in hoc mysterio incarnationis, Angelis quo-
1. Petr: 1. ℣ 12. dammodo tantum apparuit, per varias figuras, prænuntiationes,
Angeli post incarnationẽ non passi sunt sese ab hominibus adorari. & alios tanti operis apparatus, ac ministeria: non tamen ita ple-
nè communicauit illis ista mysteria, *in quæ* (id est mysteria) *vel in quẽ*
(hoc est filium Dei incarnatum, vt D. Petrus loquitur) *ipsi desiderant*
prospicere. Hac ratione S. Gregorius obseruat, adorationem apparen-
Gregori⁹ super Iob cap: 11. & Cantic: 8. tibus Angelis per homines olim exhibitam, post verbi diuini incar-
nationem, ab ipsis Angelis non fuisse admissam. Sic Augustinus
Aug: lib: 13. de Trinitate ca: 17. ponit etiam causam incarnationis fuisse, ne pseudoangeli seu Dæ- O
mones tantò audaciùs impetant homines, quòd ipsi sine carne &
immorta-

immortales, quasi diuinum quid supra creaturam humanam præ se
ferrent. Tanta igitur mysteria & beneficia, à Deo sunt communi-
cata humano generi, vt non solùm verbum æternum per vnionem
hypostaticam apprehenderet semen Abrahæ electum: sed etiam
reprobatam gentilitatem, ad consortium tantæ dignationis, per
prædicationem, & quasi cõquisitã aduocationem, admitteret. Sicut
dicebat Dominus Apostolis: *Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euange-* Matt: 28. ℣ 19.
lium omni creaturæ. Et alibi: *Docete omnes gentes, baptizantes eos. &c.* Quod Marc: 16. ℣ 15.
etiam Dominus ostendit illa parabola, quando reprobata ingrati- Luc: 14. ℣ 21.
tudine Iudaica, iubet conquiri ex locis etiam & statibus obscuris,
homines defectuosos, immò etiam cum coactione ad conuiuium
gratiæ suæ induci. Et sic, quod Angelis tantùm, quo ad ministerium
salutis humanæ, quasi in apparitione erat ostensum, id hominibus
etiam ex gentilitate fidelibus, palam non solùm consortio assum-
ptæ naturæ, sed etiam reuelatione tantorum mysteriorum, fuit ex-
hibitum: dicente Domino: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos.* Ioan: 15. ℣ 15.
Quia seruus nescit voluntatem Domini sui: Ego autem quæcunq; didici à Patre meo, Ioan: 17. ℣ 25.
nota feci vobis. Et iterum: *Notum feci eis nomen (o Pater) tuum: & notum fa-*
P *ciam: vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.* Tertium membrũ Creditũ est mũdo, assumptum est in gloria.
est: *Creditum est mundo: assumptum est in gloria.* Hîc etiam clarissima est
inter mundum, & gloriam (vtique cœlestem) antiologia. Rursus 1. Tim: 3. ℣ 16.
verò credulitati vel etiam fidei mundanæ, de Christo & mysteriis Ioan: 8. ℣ 28.
salutis, rectè opponitur ipsa assumptio in cœlum. Hæc enim erat Luc: 24. ℣ 26.
fidei & promissionum confirmatio, & veluti sigillum: Sicut ipse Acto: 3. ℣ 13.
Dominus dicebat: *Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego*
sum. Vbi per exaltationem intelligit Dominus passionem suam, per
quam (vt ipse asserit) *oportebat illum intrare in gloriam suam.* Quod etiam
S. Petrus inculcat plebi Iudæorum: quòd qui in crucifixo Domino,
iuxta necessitatem scripturarum, iniustè fuissent scandalizati, in
glorioso saltem & cœlos conscendente, per pœnitentiam, ad fi-
dem & gloriã conuerterentur. In hunc sensum quidam exponunt
illa verba, quando Dominus dicebat Capharnaitis: *Hoc nunc vos scan-* Ioan: 6. ℣ 61.
dalizat? Quid si videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Eadem ra- Marc: 16. ℣ 14.
tione Marci *16.* dicitur Dominus ante ipsam in cœlos ascensionem,
exprobrasse discipulis, quòd cuius gloriam mox essent conspica-
turi, eiusdem resurrectionis fidem mundano prorsus affectu ægrè
admitterent. Potest etiam alius sensus colligi: Ac si dicat Aposto-
lus: Verbum illud diuinum & æternum, erat quidem ad tempus
concreditum mundo, ad conuersationem perficiendæ redempti-
onis hu-

onis humanæ: ſed ſecundum propriam conditionem & locum, debebatur ei ſtatus gloriæ cœleſtis, ad quam ipſum quidẽ virtute propria diuina aſcendit; ſed ratione carnis, dicitur quoq; aſſumptum.

Incarnationis myſteriũ à S. Ioanne & D. Paulo ſimiliter explicatum.
Ioan: 1. ℣ 14.
1. Tim: 3. ℣ 16.
Hebr: 2. ℣ 14.

Et ſic Apoſtolus miro diuini Spiritus artificio, quaſi explicauit, Q
quod S. Ioannes ſua breuitate contraxerat. Quod enim iſte dixit: *Verbum caro factum eſt*: hoc Apoſtolus veluti expoſuit: *Quod* (hoc eſt Deus Verbum, vt ex Græco ſonat) *manifeſtatum eſt in carne: iuſtificatum eſt in Spiritu.* Euangeliſta ſubinfert: *Et habitauit in nobis.* Apoſtolus autẽ magis exaggerat: *Apparuit Angelis: prædicatum eſt gentibus.* Quaſi alludens ad illud, quod alibi ſcribit: *Quia pueri cõmunicauerũt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem. &c. Nuſquã enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Poſtremò, Apoſtolus dicit: *Creditum eſt mundo: aſſumptum eſt in gloria.* Ioannes Euangeliſta in eundem ſenſum: *In mundo erat*: Et, *Quotquot receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Et paulo poſt concludit: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Manifeſtè igitur magnum pietatis & bonitatis ſuæ ſacramentum, oſtendit filius Dei, in ſua ſacratiſsima incarnatione.

Incarnatiõe reſtituit nobis filius Dei, excellentiam, innocentiam, & Dei amicitiam.
Ioan: 1. ℣ 12.
Rom: 8. ℣ 17.

Reſtituit enim humano generi amiſſam excellentiã: quando Euangeliſta dicit: *Quotquot receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri.* Deinde innocentiam, quando ſubiicit: *Qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri.* Poſtremò Dei amicitiam, quando ſubinfert: *Sed ex Deo nati ſunt.* Si enim ex Deo, *ergo filij Dei; ſi filij, ergo hæredes, Dei quidem, & cohæredes Chriſti.* Sed in quo tandem ſtatu nos R
ipſos, qui filii Dei cenſemur, reperiamus, hac reliqua ſermonis parte expendamus.

Secunda pars.

Imago regenerati hominis, ad Chriſtum tanquam prototypon referenda, & ſubinde innouanda.
Athan: lib: de Incarnatione verbi.

Qvemadmodum (inquit magnus ille Athanaſius) forma ſeu imago aliqua, in tabulis depicta, ſordibusq; aliunde ſuperinductis obliterata, inſtaurari nequit, niſi eius præſentia adhibeatur, ad cuius ſpeciem tabula primitus depicta fuit. Illius enim honori datur, cui materia, quæ eius imaginem ſemel ſuſceperat, non abiiciatur, ſed de integro interpoletur. Eodem modo, vndecunq; ille bonus Patris filius, imago & character Patris, ad regiones noſtras profectus eſt, vt hominem ad ſimilitudinem ſui factum denuò reficeret, & perditum condonatione peccatorum recuperaret. Hæc ille. Eo etiam fortaſſe conſilio, & inſtinctu Spiritus ſancti, Eccleſia Catholica renouat memoriã Natalis Domini: vt quod populus Dei ex imagine ſeu charactere diuino (ſuſcepto in baptiſmo, per

ſmo, per quem Chriſtum induit) per totum annum deperdidiſſet, hoc myſterio, tum & ſingulari ſolennitate & deuotione, reſtitueret. Non ſine cauſa enim ſacer Euangeliſta, cùm in ſerie generationis Chriſti præmittere debuiſſet, quòd verbum ſeu filius Dei factus fuerat homo, præmiſit tamen ſpiritualem hominum in filios Dei regenerationem: vt nimirum imago iſta, ad ſuum ſubinde prototypum reuocaretur. Quemadmodum igitur in renouatione depictę imaginis, prototypon ſeu ſpecies ipſa viua, verè & abſque ſuo detrimento, noua quaſi ſpeciei ſuæ communicatione, aufert ſordes
S illas, quæ imaginem deturpauerant: Sic Dei filius propterea factus eſt caro, abſque vllo diuinitatis detrimento, vt homo, non ex carne & ſanguine, ſed ex ſpiritu, perfectè in Dei filium degeneraret.

Filij Dei quomodo ex filiatione humana recognoſcendi.

Quam regenerationis diſcretionem, poſſumus ex modo humano faciliùs percipere: Homines ſiquidem triplici modo acquirunt ſibi filios. Primò quidem naturales tantùm, qui ex veris quidem parentibus, ſed non legitimè coniunctis, progeniti ſunt: Secundò legitimos tantùm, qui non ſunt carne producti, ſed per amicitiam adoptati: Tertiò naturales & legitimos ſimul, qui ex vero & rato matrimonio ſunt procreati: & poſtremis quidem relinquitur verum paternum genus atq; hæreditas.

Eccleſiæ matris fidelium, filij triplices.
Galat: 4. ℣ 27.
Iſa: 30. ℣ 1.
Hebr: 10. ℣ 39.
Cypr: lib: de vnitate Eccleſiæ.
Aug: lib: 4. de Symb: cap: 12.
Ptou: 1. ℣ 8.
Eccli: 3. ℣ 1.

Simili modo, in Eccleſia Dei, quæ eſt mater noſtra, filios Dei diſcernere poſſumus. Filij enim naturales tantùm dici poſſunt, Hæretici, Schiſmatici, Apoſtatæ, & ſimiles filii *ſubtractionis & deſertores*: qui acceperunt quidem titulum filiationis Dei in Baptiſmo, & profeſsionem legis Chriſtianę in ſpecie retinent: ſed ſecundum Cyprianum & Auguſtinũ, non agnoſcentes Eccleſiam matrem, non poſſunt habere Deum Patrem: vt propterea adulterini cenſeantur. Deinde peruerſi Catholici, qui benè quidem credunt, ſed malè viuunt, habent quidem Deum Patrem, & Eccleſiam matrem: ſed quia (vt dicit Sapiens) non *ſeruant legem patris & matris ſuæ*, meritò naturali iure, & hęreditate ſuæ filiationis excidunt. Reſtant probi Catholici, qui & genere, & moribus, profeſsioni ſuæ correſpondentes, filii Dei veri, naturales legitimi, & adoptiui ſimul, quibus hæreditas cœleſtis debeatur, reputantur.
T Maximè igitur intereſt, ô Chriſtiani, vt hanc imaginem, & filiorum formam ac ſtatum, ad imaginẽ Chriſti recens nati, in nobis diſcernamus.

Regenerationis veræ Chriſtianorum Regula.
Ioan: 1.

Sicut enim in præſenti Euangelio, creatura vniuerſalis, in filio Dei, dicitur primò eſſe facta, deinde viuificata, vtiq; ad operandum, poſtremò etiam luce illuſtrata: Ad eundem modum, filios Dei, non ſufficit in Baptiſmo accepiſſe regenerationem, niſi etiã

ſuccedat vita & vigor, ad actus nouos, eidem ſpirituali regenerationi reſpondentes: demum etiam ſubſequatur lux, qua & ignorantes ad fidem illuminentur, & infirmiores ad exemplum pietatis & virtutum accendantur. Et hoc eſt, quòd credentibus & recipientibus filium Dei dicitur data fuiſſe poteſtas, non eſſe, ſed fieri filios Dei. Eſſe enim dicitur, quod eſt in ſtatu: fieri autem, quod eſt in progreſſu. Quocirca datur Chriſtianis per fidem in Baptiſmo gratuita poteſtas filiationis Dei: ſic tamen, vt ſpiritualis illa regeneratio ſemper foueatur, & vigeat actibus nouæ vitæ, & in charitate proficere nunquam deſinat. Secus facientibus, dicitur à Domino, *Apoc: 3. Habes nomen quòd viuas, tu autem mortuus es.* Quod ergo quondam reprehendebat Philoſophus homines delicatulos, quòd omnes quidem cupiant ſenes eſſe, ſed non fieri: id eſt, optabant vitam diuturnam & ſenectutem, ſed ſtatum miſeriorem ſenectutis cum moleſtia excipiebant. Hoc plerisq; Chriſtianis mundo & carni addictis, obiici modò poteſt, quòd volunt quidem filij Dei eſſe, hoc eſt ad titulum, ſtatum, & præmia Chriſtianornm ſeſe reuocant; cæterum vt tales fiant, per pœnitentiam, legis diuinę obſeruantiam, diſciplinam, patientiam, & charitatem, hoc opus, hic labor eſt. Contra tales conuenit illud quod exaggerat Euangeliſta dicẽs: *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Et clariùs Dominus ipſe: *Hoc, inquit, eſt iudicium: quia venit lux in mundum, & homines dilexerunt magis tenebras, quàm lucem, quia erant opera eorum mala.* Quid enim cauſæ eſt, quòd ſuperioribus ſæculis, ab ipſa prædicatione Apoſtolorum vſq; adhuc, quantò magis doctrina Euangelica erat illuſtrata, & inter homines diſſeminata, tantò maiores hæreſes, ſchiſmata, & in Eccleſia Dei ſcandala exercebantur: quòd etiam noſtro hoc infœlici ſæculo, veritate Catholica à tot tãtisq; hæreſibus vindicata, & populo abundantiſsimè proclamata, tamen ſuperabundet iniquitas, & refrigeſcat charitas? Certè cauſa alia non eſt, quàm quia Chriſtiani, dum ſimul Deo, & mundo, atq; carni, ſeruire volunt, fiunt opera eorum mala, ideò diligũt magis tenebras quàm lucem; hoc eſt legem Chriſti, aut negligunt, aut paruiducunt, & deſideriis ſuis poſtponunt: vel (quod multò peius eſt) tenebras cum luce confundunt, aut tenebras in lucem conuertere nituntur, quando nimirum vel (more hæreticorum) prædicatores inducunt, vt ſibi placita loquantur; vel ſi recta moneant, veritate offenduntur, eaq; redduntur deteriores: iuxta illud Auguſtini: Amant homines veritatem lucentẽ, oderunt eandem ſe redarguentem. Deinde reliquæ ingratitu-

Chriſtiani non naſcuntur ſed fiunt: vt ſemper proficiant.

Apoc: 3. ✠ 1.

Chriſtiani delicati notantur.

Seneca epiſt: 26. & alibi.

V

Lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehenderunt.

Ioan: 1. ✠ 8.

Ioan: 3. ✠ 19.

Hominum malitia & corruptio, diuinæ prædicationi quam præualeat.

Veritas quanti ſit malis Chriſtianis.

Aug: confeſ: lib: 10. cap: 23.

X

ingratitudinis notæ, magis nunc Chriſtianos afficiunt, quas ſic Euangeliſta proſequitur: *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt.*

Quamuis enim hæc verba ad literam de mundo hoc Architypo intelligantur, vt alibi expoſuimus: Tamen aptiùs ſecundũ ſua membra, expoſitione myſtica, referri poſſunt ad mundũ minorẽ ſeu Microcoſmum, id eſt genus humanum, ſecundũ quẽ ſenſum *Hebr: 1.* dicitur, *Deus Pater introduxiſſe filium in orbem terrarum.* Deinde mundus per ipſum factus eſt. Siquidẽ per incarnationem, facta eſt reparatio vniuerſi in natura humana, quæ propter vnionem carnis ad verbum, facta eſt ſecundùm Apoſtolum *aliquod initium creaturæ eius, vel ipſius noua in Chriſto creatura.* Si ergo magnum nefas eſt, quòd mundus infidelitate affectus, non cognouit ſuum creatorem: maius profectò eſt, quòd idem mundus luce veritatis illuminatus & gratia renouatus, ſimiliter non cognouit ſuum redemptorem, vel quod peius eſt, cognitum repudiauit. Si magnum piaculum erat, quòd Iudæi Chriſtum ſibi carne coniunctum non receperãt; longè maius eſt, quòd Chriſtiani carne & ſpiritu tam arctè ſibi copulatum & fratrem effectum, non recipiunt, vel receptum tot flagitiis à ſe excludunt.

Talem Chriſtianorum ingratitudinem præuidit longè Iſaias *cap: 9.* quando antequam deſcripſiſſet futuram filii Dei incarnationem, præmiſit de futura illuminatione gentium, dicens: *Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.* Deinde mox addit: *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* Quod idem eſt, quod Saluator ipſe dicebat: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Et rurſus: *Lata eſt via perditionis, arcta verò ſalutis, & pauci ſunt qui inueniunt eam.* Deinde ſubinfert Propheta: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe: ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.* Vbi videtur Propheta perſtringere Chriſtianos, qui cùm ſint genus electũ Dei, & regale ſacerdotium; in beneficiis tamen Deo referendis, imitantur vulgus agricolarum, & gregariorum militum, qui per omne ferè tempus Dei obliti, tum demum quando meſſem colligunt, vel prædam diuidunt, Dei ad gratias agendas recordantur: iuxta illud Pſamiſtæ: *Confitebitur tibi, cùm benè feceris ei.* Alioqui toto tempore, de Deo & pietate parum illis curæ eſt. Quæ Prophetæ verba ſic patheticè & verè exaggerat mellifluus ille Bernardus: Multiplicaſti gentem, Domine Ieſu: ſed non magnificaſti lætitiam. Quoniam multi vocati ſunt, pauci electi. Omnes Chriſtiani, & omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Ipſa quoq; Eccleſiæ dignitatis offi-

Mundus quomodo non cognouit nec recepit Chriſtum.

Ioan: 1. ✠ 10.

Hebr: 1. ✠ 6.

Iacob: 1. ✠ 18.

2. Cor: 5. ✠ 17.

Multitudo Chriſtianorum malorum iam olim deplorata.

Y

Iſa: 9. ✠ 2.

Matt: 20. ✠ 16.

Matt: 7. ✠ 13.

Chriſtiani mercenarij notãtur.

1. Petr: 2. ✠ 9.

Pſal: 48. ✠ 19.

Chriſtianorum primi ſtatus clericalis corruptio.

Bernar: ſerm: 6. in Pſalmum 90.

tatis officia in turpem quæſtum, & tenebrarum negotium tranſiē-
re: nec in his ſalus animarum, ſed luxus quæritur diuitiarū: pro-
pter hoc frequentant Eccleſias, Miſſas celebrant, Pſalmos decan-
tant. Pro Epiſcopatibus & Archidiaconatibus, Abbatiis, aliiſq; di- Z
gnitatibus impudenter hodie decertatur. Eccleſiarum reditus in
ſuperfluitatis & vanitatis vſus diſsipantur. Supereſt vt reueletur
homo peccati, filius perditionis, dæmonium non modo diurnum,
ſed & meridianum, quod non ſolum transfiguratur n Angelum lu-
cis, ſed extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.
Chryſ. hom: 16. in Ioannem. Hactenus Bernardus. Rectè etiam Chryſoſtomus deplorat vicem
ſic corruptorum Chriſtianorum: ſiquidem omnes artes, etiam Me-
chanicæ viliſsimæ, ſuam profeſsionem & ſocietatem promouent,
extollunt, & arctè obſeruant, pro eaque ad extremum vbi opus eſt
1. Ioan: 1. ✝ 3. decertant: Chriſtiani autem, ſocietatem ſuam cum Ieſu Chriſto, &
Hebr: 12. ✝ 22. ciuitate illa cœleſti excellentiſsimam, & ſalutiferam, tantopere ne-
gligunt, parui pendunt, & contrariis prorſus actibus deformant, &
infidelibus, ipſiſq; infernalibus inimicis, deridendam & perſequen-
dam propterea exponūt. Hanc igitur doctrinam & exhortationem
Peroratio festo Natalis Christi accommoda. festo præſenti accōmodam, ſic cum S. Leone cōcludamus: Agno-
ſce, inquit, ô Chriſtiane, dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus
naturæ, noli in veterem malitiam degeneri conuerſatione redire.
Leo ſerm: 1. de Natiuitate Domini. Memento cuius capitis & cuius corporis ſis membrum. Reminiſce-
re, quia erutus de poteſtate tenebrarum, tranſlatus es in Dei lu-
men & regnum, & per Baptiſmatis ſacramentum, Spiritus ſancti fa-
ctus es templum. Noli tantum habitatorem prauis de te actibus
effugare, & te iterum Diaboli ſubiicere ſeruituti: quia pretium tu-
um, ſanguis eſt Chriſti, qui & veritate te iudicabit, qui miſericordia
te redemit. Qui cum Patre & Spiritu ſancto regnat in ſæcula ſæcu-
lorum. Amen.

In feſto Natalis CHRISTI,

SERMO QVARTVS.

In principio erat verbum. etc. Ioan: 1.

Generatio in Deo ſupra omnes creaturas. Eccli: 30. ✝ 4.



TRadit ſacer Eccleſiaſticus, humano generi ad imaginem A
Dei condito, eam perfectionem fuiſſe ingeneratam, vt in
mortuis patribus, ſucceſsio genuinorum filiorum, pater-
nam ſpeciem repræſentaret, & quandam immortalitatem ſui gene-
ris conſer-

ris conſeruaret. Talis perfectio inducit nos, vt ex veſtigio crea-
turæ, in ipſo eius conditore, aliquid multò perfectiùs inquiramus.
Certè apud Iſaiam proteſtatur Creator, quòd *generationis vim creaturis* Iſa: 66. ✝ 9.
tribuens, ipſe abſq; generatione ſterilis eſſe nequeat. Quantò autem Creator
creaturæ, quantò purus Spiritus corpori præſtat, tantò etiam eius
generatio creatam propaginem excellere debet, dicente Chriſto:
Quod natum eſt ex carne, caro eſt; quod autē natū eſt ex ſpiritu, Spiritus eſt. Si igi- Ioan: 3. ✝ 6.
tur (vt ad ſenſum Prophetæ redeamus) Deus tantum poteſt, vt ex
filiis, ſanguine, carne, & voluntate viri progenitis, quamuis etiam
adulti & ſenes fuerint, per aquam & Spiritum ſanctum, filios Dei ad
cœleſtem hæreditatem ſpiritualiter regeneret: quantò magis illi
conuenit, (cùm Patrem ab æterno ſeſe in ſcripturis fuiſſet conte-
ſtatus) habere quoq; filium per omnia naturæ ſuæ diuinæ confor-
mem? Ideò ſuper Chriſtum Deus Pater cœlitus ingeminauit has
voces: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Filius verò Matth: 3. ✝ 17.
ſic de ſe ipſo proteſtatus eſt: *Qui videt me, videt & Patrem meum: quia* & cap: 17. ✝ 5.
ego in Patre. & Pater in me eſt. Et rurſus: *Ego & Pater vnum ſumus.* Et iterū: Ioan: 14. ✝ 10.
Antequam Abraham fieret, ego ſum. Quod myſteriū ab initio, & ipſa mun- cap: 10. ✝ 30.
di conſtitutione, oracula diuina non tacuerunt. Prima enim reue- Principium creationis ex principio diuinę generationis dependet.
latio Moyſi, de creatione vniuerſi facta: immò prima vox diuinitus
homini prolata, ſic incipit, *Geneſ: 1. In principio creauit Deus cœlum &*
terram. Vbi ſi intellexiſſet ſolum ordinem & initium creaturarum,
debuiſſet dicere: Initio, primò, principio, ante omnia, vel aliquid Gene: 1. ✝ 1.
ſimile. Sed principium, inſinuat fuiſſe quiddam diuinum, in natura
Dei exiſtens ab æterno, cui eſſet proprium creaturas producere.
Ideò etiam addit in plurali (vt Hæbraicè ſonat) *Dij, creauit cœlum &*
terram. Hoc principium inſinuat Dauid (vt exponit Apoſtolus) di-
cens: *In principio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt* Pſal: 102. ✝ 26.
cœli. Quibus verbis S. Paulus ad literam, Chriſtum filium Dei natu- Hebr: 1. ✝ 10.
B ralem ab æterno eſſe cōprobat. Sic Chriſtus interrogatus à Iudæis: Ioan: 10. ✝ 25.
Tu qui es? Reſpondit: Principium, qui & loquor vobis. Per quæ verba vide-
tur Dominus explicare, & quaſi comprobare illud, quod longè an-
tehac per Prophetam prædixerat: *Populus meus ſciet in illa die nomen me-* Iſa: 52. ✝ 6.
um: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Et alibi. *Hic* (hoc eſt ſapientia Baruch 3. ✝ 36.
æterna, Dei filius) *inuenit omnem viam diſciplinæ, & dedit illam Iacob puero*
ſuo. Poſthæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Tam inæſti- Verbo incarnato, verbum increatum innotuit.
mabile myſterium, cùm nulla creatura etiam Angelica capere po-
tuiſſet: Verbum ipſum incarnatū illud nobis prodidit, iuxta Ioā: 1.
Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Dei filius, qui eſt in ſinu Patris, enarrauit. Ioan: 1. ✝ 18.

 Chriſtus

Luc: 10. ℣ 22.
2. Cor: 3. ℣ 7.
Exod: 34. ℣ 33.

Chriſtus igitur hauſit hoc, vt homo, ex ſinu, & conſubſtantialitate Patris, & reuelauit nobis. Siquidem *nemo nouit Patrem niſi filius, & cui filius reuelare voluerit.* Sed quemadmodum filii Iſrael non poterant intendere in faciem Moyſis, à conſortio Dei clarificatam: multò minus nos potuiſſemus plenitudinem tanti myſterii conſequi, niſi S. Ioannes dilectiſsimus Dei filio, qui ex ſinu Patris depromſit, viciſſim ex ſinu eius humanitatis, in pectore eius recũbens exhauſiſſet, nobiſq; velut aquila ſupra creaturam euolans, & tanquam filius tonitrui, in hæc verba intonuiſſet: *In principio erat verbum &c. Et verbum caro factum eſt. &c.* vt hodierni feſti refert Euangelium.

Auguſtinus tractatu 3. in Ioan.

Argumẽtum & partitio ſermonis.

Leo hom: 9. de Natiui: Chriſti.

Quod licet ſit myſteriorum Ocæanus inexhauſtus, vt ſecundum S. Leonem, inde oriatur difficultas fandi, vnde adeſt ratio non tacendi: Propoſuimus tamen Deo adiuuante, præſenti ſermone, totum hoc Euangelium, enarratione exegetica, hoc eſt literæ expoſitoria percurrere. Vnde oſtendetur diuina filii Dei ex Patre generatio: primò quidem ex ipſa cauſa, & natura productionum diuinarum: deinde ex effectis creationis, & recreationis ſeu reparationis vniuerſi. Vbi etiam quædam moralia ex textu Euangelico interſerentur.

Generatio diuina quomodo homini perceptibilis.

Quo ad primum. Quemadmodum peritus pictor, imaginẽ primò in animo perfectiſsimè concipit, deinde obſcuris lineis ſecundum artem deſignat, poſtremò vmbris & coloribus, ſpectatorum obtutibus diſcernendam exponit: Simili modo Deus myſterium ineffabile generationis filii ſui, primò in abſtruſo mentis conceptu retinet; qua ratione filius, ſecundum Theologos, ſemper dici- C
tur ex Patre eſſe natus: & hoc myſterium, nulli etiam Angelicæ creaturæ poteſt eſſe cognitum: Sicut ipſe Dominus proteſtatur apud Iſaiam dicens: *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi.* Deinde Deus idipſum quaſi lineis quibuſdam, & notis obſcurioribus adumbrauit, in lege veteris inſtrumenti: Tandem in Euãgelio, hoc ipſum viuis quaſi coloribus fidei humanę repræſentauit, maximè verbis hodierni Euangelij.

Iſa: 24. ℣ 17.

Sapientia æterna dicitur Dei filius.

Quamuis enim in veteri Teſtamento, plurima hoc infandum myſterium adumbrent: præcipuè tamen cum præſenti Euangelio conuenit, quod Salomon in ſuis Prouerbiis pertractat, de æterna Sapientia, quæ ex ſubſtantia, vel potiùs in ſubſtantia Dei promanans, fuit, & eſt ab æterno, ante omnes creaturas: per quam demum omnes creaturæ ſunt conditæ, diſpoſitæ, & conſeruatæ: quam eandem Sapientiam, Apoſtolus aſſerit *eſſe Chriſtum Dei ſapientiam, & virtutem.*

In prĩcipio quomodo verbum erat.

1. Cor: 1. ℣ 24.

Inprimis igitur Salomon deſcribit ortum quendã ſeu originem eiuſdem Sapientiæ: oſtendens eam prodiiſſe, extra, immò ſupra

Eccli 1. ℣ 5.

ſupra omnem curſum creaturæ. Hoc ipſum cùm ſimiliter deſcripſiſſet ſacer Eccleſiaſticus: deinde ſic addit: *Fons ſapientiæ, Verbum Dei in excelſis, & ingreſſus eius mandata æterna.* Ac ſi apertiùs dicatur: Aeterna ſapientia, ex ſubſtãtia Dei producta eſt, per modum verbi, quod eſt filius Dei, per quem via ſalutis hominibus & initio innotuit, & poſtmodum conſummata eſt. Productio igitur filij Dei, qui eſt ſapientia æterna Patris, eſt per modum verbi.

λόγȣ ſeu verbi ſignificata ꝓprie competũt filio Dei etiam incarnato.

Iuſtin: mart: ora: cõ Gentiles.

Tertull: contra Praxæam.

Athan: ſerm: 3. contra Arianos.

Auguſtin: ſerm: 190. de Tẽpore. & de Trinitate lib: 15. cap: 10.

Notandum autem eſt, nomen Græcum (qua lingua Ioannes Euangelium edidit) λόγος, tria præcipuè denotare. Primò imaginem ipſam rei, ſecundum naturam mentis, à qua concepta eſt: Secundò rationem, hoc eſt rei illius conceptæ, ſecundum verum & falſum, in mente quandam diſcretionem. Tertiò ſermonem, qui per ſenſus externos, præſertim loquelam, id quod mente cõceptum, & ratione diſcuſſum eſt, foras producit. Quamuis autem omnia hæc filio Dei poſſent conuenire (ſicut aliqui ex Catholicis expoſuerunt) tamen S. Auguſtinus oſtendit, filio Dei λόγος, vt ſonat verbum, propriiſsimè conuenire: Cuius rei cauſam duplicem aſsignare poſſumus. Nam ratio filio Dei propriiſsimè accommodari non poteſt: Primò, quia non exprimit proceſsionem, quæ eſt in Deo, & magis propriè inuenitur in homine, propter diſcurſum, qui in Deo non reperitur. Se-
D cundò, quia ratio inuenitur in eo, qui actu non intelligit, vt in pueris: Deus autem actus purus eſt. Multo minùs ſermo, filij Dei naturam exprimit. Sermo enim eſt, externus rationis ſeu mentis interpres, & habet compoſitionem: Deus autem omni compoſitione caret, iuxta *Iob 33. Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit.* & *Pſal: 61. Semel locutus eſt Deus: duo hæc audiui. &c.* Vbi tamen videtur in vno filio Dei, inſinuari duplex natura, nobis ad credendum ad ſalutem reuelata.

Iob 33. ℣ 14.
Pſal: 61. ℣ 12.

Reſtat igitur, verbum hîc ſonare conceptum Dei Patris, quo ſeipſum ab æterno intelligit, & perſonam filij à ſe diſtinctam producit. Quem ſenſum S. Ioannes diuino prorſus modo explicat: Dicit enim, hoc *verbum fuiſſe in principio*: id eſt, filium Dei, naturâ productionis, ſemper fuiſſe ab æterno in ſua eſſentia, & perſona, immò & conſequenter eum commune principium cum Patre ſpirationis Spiritus ſancti extitiſſe.

Et verbum erat apud Deum.

Deinde addit: *Et verbum erat apud Deum.* Hîc tria inſinuantur. Primò: verbi iſtius rationem, & deriuationem dirigi ad Deum, cuius natura, cùm creaturis det generationem, ipſam modo perfectiſsimo ad generationem aptam eſſe oportet, vt initio oſtendimus. Secundò: Relationem hanc productionis filii, propriè referri ad perſonam Patris, quem tanquam principium

principium diuinarum productionum, ſacra ſcriptura Deum abſolutè nominare ſolet. Tertiò: Sicut diuerſi termini, *Verbum, & Deus*, diſtinctas perſonas cum ſuis relationibus deſignant, ſic particula *(apud)* denotat filii cum Patre conſubſtantialitatem: vt oſtendatur, filium à Patre, diuerſam quidem perſonam prodiiſſe, vel prodire: ſic tamen, vt ipſa ſubſtantia & natura, maneat vna & indiuiſa. Hoc clariùs paulò poſt expreſsit idem Ioannes dicens: *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius qui eſt in ſinu* (id eſt ſecundum Athanaſium, in vnitate ſubſtantiæ) *Patris, ipſe enarrauit.*

Ioan: 1. ℣ 18. Athana: in decretis Synodi Nicœnę.

Tertium membrum. *Et Deus erat verbum.* Conſtructio quidem ex articulo Græco ſic ſonat: *Et illud verbum, erat Deus.* Sed Latina poſitio, maiorem Emphaſim habet: vt ſit ſenſus: Verbi de quo dictum eſt, natura, tantum abeſt, vt quid minus æſtimetur eo, quòd ex Deo per generationem dependeat, vt etiam ipſum in ſua exiſtentia ſit Deus. Et ſic (vt more humano dicamus) ſicut ſecunda perſona accepit à Patre vt eſſet filius, ſic prima accepit à ſecunda vt eſſet Pater. Nam ſecundum Logicos, & ſaniores Philoſophos, propriè autē ſecundum Theologos, in Deo inuenitur propriè Ens ſummum, & ſubſtantia, tamen habens naturam Relationis, non per modum accidentis, vt in creaturis, ſed per modum ipſius ſubſtantiæ. Sicut igitur in creatura, Relatiua accidentis fiunt ſimul natura, ſed non tempore (quia homini qui generatione factus eſt pater, erat tempus, quando non erat pater: ſicut & filio, quando patre orbatur) ita longè diuerſo, & perfectiori modo, in Deo creatore, Relatio cùm inueniatur in ſubſtantia, immò in ſummo Ente Deo, debet neceſſario eſſe ſimul natura, & æternitate, quæ omnem tēporis menſuram comprehendit, vel potiùs excludit. Ideo cùm Deus dicatur naturâ Pater, & filius ſimiliter naturâ Verbum ſeu filius, neceſſarium eſt, Relationem iſtam ſimul eſſe, & ſemper fuiſſe, natura & quæ omne tempus ſuperat, æternitate. Stulti igitur ſunt Ariani, Samoſatenici, & aliæ fæces talium hæreſum, quæ audent filio Dei obiicere: Erat, quando non erat. Quia S. Ioannes, quaſi occurrens huic blaſphemiæ, in hoc contextu dicit *In principio*; & mox identidem repetit *erat, erat, erat, erat*: nunquam autem dicit non erat. Quem terminū ſeu vocem diuinæ naturę conuenire, ipſemet Deus per Moyſen conteſtatus eſt dicens: *Ego ſum qui ſum.* Et rurſus: *Qui eſt, miſit me ad vos.* Quod ipſum Plato inter alios Philoſophos lumine naturali aſſecutus eſt dicens: Erat & erit, quæ nati temporis ſpecies ſunt, non rectè æternę ſubſtantiæ aſsignamus. Dicimus enim de illa: Eſt,

Et Deus erat verbum. Relatio in diuinis conſubſtantialitatem & æternitatem adſtruit.

E

Hæretici æternitatem filij negantes ſtupidi.

Eſſe vel eſſētia Deo competit. Exod: 3. ℣ 14. Plato in Timęo. Vide Iuſtinum martyrem orat: cōn Gentiles.

illa: Eſt, erat, & erit. Sed illi reuera ſolum eſſe competit: fuiſſe verò & fore deinceps, ad generationem tempore præcedentem referre debemus. Hæc ille. Porrò ne ex hac veluti dependentia Verbi à Patre, aliqua inæqualitas in iſta productione æſtimetur: omnia quæ ſingulariter dicta fuerant, in vnum includit ſanctus Euangeliſta, per quandā recapitulationem ſcripturæ familiarē, dicens: *Hoc erat in principio apud Deum.* Ac ſi dicatur: Hoc totum quod hactenus dictum eſt, operabatur in natura ſua ipſa diuinitas, ſine vlla mutatione vel inæqualitate: vt eadem (ſeruatis modo perſonarum propriis notionibus) æqualis fuiſſet operatio, Verbum fuiſſe, & in ſua perſona ac ſtatu, & apud Deum, & ipſummet Deum, & à principio.

Hoc erat in principio apud Deum.

F Huic æqualitati conſonat quod dicebat Chriſtus: *Sicut nos vnum ſumus, tu Pater in me, & ego in te. &c.* Sic etiam Symbolum Athanaſij canit: In hac Trinitate nihil eſſe prius, vel poſterius, nihil maius aut minus. Quin & Logici ipſi, in ſubſtantia eſſe quid maius vel minus, non admittunt. Hanc clariſsimam doctrinam adumbrauerat ad amuſsim Spiritus S. per Salomonem. Oſtendimus enim ſupra, filiū Dei, quem Ioannes hîc vocat Verbum, Salomonem ibi vocaſſe Sapientiam Dei æternam. Hæc igitur Sapientia de ſeipſa proteſtatur. Primò: quòd à Deo (vtiq; Patre, vt ſupra oſtendimus) emanauerit, *ab initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret.* Vna autem viarum Dei ante creaturas, ſunt opera Dei, quæ Theologi ex doctrina Dionyſij Areopagitę, vocant opera Dei ad intra, hoc eſt emanationes perſonarum Trinitatis. Alia rurſus opera ad extra, ſunt viæ Dei vel operationes, in creatione, prouidentia, iuſtificatione, & glorificatione creaturæ rationalis, exhibita. Initium ergo viarum Dei ad intra vocat, primam emanationem in diuinis, quæ eſt per modum generationis. Ideo illamet ipſa Sapientia, in deſcriptione productionis ſuæ ex Deo, vtitur per Methaphoram terminis, quibus generatio creata exprimi ſolet. Primò enim dicit: *Dominus poſſedit me.* quæ locutio videtur naturalem quandam per productionem prolis proprietatem exprimere. Sic Eua enixo primo homine ſeu filio Caim, dicebat: *Poſſedi hominem per Deum.* Et Deut: 32. *Nonne ipſe eſt Deus, qui fecit, creauit, & poſſedit te?* Deinde addit Salomon, quod ad productionem prolis in ipſo homine naturaliter eſt primum: id autem eſt cōceptio, hoc eſt, principium formationis prolis, ex viri & fœminę carnali congreſſu. De hoc ſimiliter conteſtatur ſuo modo Sapientia, ſic paulò poſt inquiens: *Nondum erant abyſsi, & ego iam concepta eram.* Tertius veluti gradus creatæ generationis eſt

Ioan: 17. ℣ 21.

Quod S. Ioannes de Verbo, idipſum Salomō de Sapiētia æterna aſſerit. Prouer: 8.

Viæ ſeu opera Dei ad intra, & ad extra quæ. Dionyſ: lib: de diuinis nomin: cap: 2. Augu: tract: 20. in Ioan. & lib: 1. de Trinit: ca: 3.

Generationis diuinæ ad humanam analogia.

Gene: 4. ℣ 1. Deut: 32. ℣ 6.

Prou: 8. ℣ 25.
Eccl: 24. ℣ 5.
Psal: 44. ℣ 1.
Iustinus Martyr Dialogo cum Triphone.

parturitio, hoc eſt prolis iam maturę ad genituram apparatus. Hoc etiam mox ſubdit Sapientia dicens: *Ante omnes colles ego parturiebar.* Hanc tamen generationem fuiſſe non carnalem & temporalem, ſed ſpiritualem & æternam, conteſtatur eadem Sapientia, de ſeipſa alibi ſic dicens: *Ego ex ore altiſsimi prodij, primogenita ante omnem creaturam.* Ecce generatio verbi per modum intellectus; ſicut & Pſalmo 44. dicitur: *Eructauit cor meum verbum bonum*

Tertul: contra Praxæam.
Athan: oratione & ſer: 4. contra Arianos.
Filii Dei Epiteta generationē æternam exprimentia.
Sap: 7. ℣ 25.
Coloſ: 1. ℣ 15.
Hebr: 1. ℣ 3.
Verbi æterni operatio ad extra quoad creaturas.
Omnia per ipſū facta ſunt. &c.
Iuſtinus Martyr in confutatione Gentilium.

Nec verò ordinem huius generationis ommiſit oſtēdere ipſa Sapientia dicens: *Prouerb: 8. Ab æterno ordinata ſum.* Ordo enim iſte eſt in- G
telligendus, primò & propriè reſpectu relationum inter patrem & filium, vti diſtinctas perſonas. Quam ordinationem tangit quoq; Spiritus ſanctus: *Sapien: 7.* dicens de ortu Sapientiæ æternæ: *Vapor enim eſt virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſyncera; & ideo nihil inquinatum in illam incurrit. Candor enim eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius.* Ad eundem modū Apoſtolus *Coloſ. 1.* Chriſtum vocat *imaginem Dei inconſpicui*: & *Hebr: 1. Splendorem & characterem,* id eſt viuam expreſsionem ſubſtantiæ diuinæ. Deinde ordinatio iſta verbi, poteſt etiam dici reſpectu creaturarum. Subinfert enim mox Euangeliſta: *Omnia per ipſum* (verbum) *facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.* Vbi oſtenſa verbi eſſentia ab æterno, ſubditur mox eius operatio circa creaturas. Deo ſiquidem naturaliter adeò competit operatio, vt ſecundum Iuſtinum Martyrem, ſi non operaretur, Deus non eſſet. Quod verò addit: *Sine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt,* (hîc enim finit ſententiam) datur intelligi, in operibus quidem ad extra, nihil fuiſſe abſq; verbo in creaturis confectum. Quæ excluſio per negationem & affirmationem ſimul, non dicebatur ſuperiùs in operibus Dei ad intra, circa productionem verbi: quia notiones naturaliter diſtinguunt perſonas diuinas. Sicut enim filio non poteſt competere paternitas, ſic neq; patri filiatio.

Relationum & notionum in diuinis perfectio non defectus.

Vnde tamen nulla ſequitur imperfectio, immò ſumma perfectio & æqualitas: quum naturæ diuinę propria ſit eſſentia, nō accidens, ſecundum quam, Pater ita perfectè pater eſt, vt filius eſſe nequeat, & filius adeò propriè eſt filius, vt paternitas illi communicari non poſsit: quod in homine non ita fieri, ſupra oſtendimus.

Creatio & diſpoſitio vniuerſi, maximè verbo æterno competit.

Conuenientiſsimè autem Patri per filium attribuitur creatio, & diſpoſitio vniuerſi. Sicut enim verbum quod eſt ſecunda perſona in diuinis, aptum eſt, per quod natura ipſa diuina creaturę innoteſcat: ita etiam productio creaturarum à Deo, per idem verbum aptiſsimè perficitur. Hac ratione antiquiſsimi Patres filium Dei vocabāt

δυμι-

Hebr: 11. ℣ 3.
Coloſ: 1. ℣ 16.
Lactantius lib: 4. cap: 6.

δυμιϑργον, καὶ σύμβϑλον, τϖ θεϖ, cuius nimirum ſapientia & manibus Deus Pater creaturas exequeretur: Cui ſenſui conſonant verba, Apoſtoli: *Fide intelligimus ſæcula aptata eſſe verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſi-*
H *bilia fierent.* Quod etiam colligimus alibi ex eodem Apoſtolo. Qui cùm deſcripſiſſet filij Dei naturam ex Patre, quòd ſit imago Dei inuiſibilis, ſtatim ſubinfert eiuſdem verbi proprietatem, ex operatione creaturarum: vocans eum *primogenitum creaturæ,* non paſsiuè, ſed actiuè. Ideo per cauſalem particulam explicat, ſubdens: *Quoniam in ipſo condita ſunt omnia, in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & in ipſo omnia conſtant.* Quæ verba omnia apertiſsimè oppugnant Arianos dicentes: primò, filium Dei non eſſe creatorem, ſed potiùs creaturam. Cùm enim inter creatorem & creaturam, nihil tertium dari poteſt (dicente B. Auguſtino: Omnis ſubſtantia, quæ Deus non eſt, creatura eſt: & quæ creatura non eſt, Deus eſt) Apoſtolus autem aſſeuerat Chriſtum eſſe creatorem omnium. Conſequitur neceſſariò, eum creaturam non eſſe.

Chriſt⁹ non eſt creatura nec creatoris inſtrumētum, ſed ipſe creator.
Iuſti: Martyr in expoſitiōe fidei.
Aug: lib: ſententiarū Proſperi.
Epipha: contra Anomæos.
1. Timot: 1. ℣ 7.
Coloſ: 1. ℣ 17.

Similiter alius error eorum exindę reuincitur: nimirum creaturas fuiſſe factas, per verbum, veluti diuinum quoddam inſtrumentum. Sed primò quidem iſti ſecundum Apoſtolum, *neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, intelligunt.* Si enim daretur inſtrumentum, per quod factæ fuiſſent creaturæ, & ſine quo nulla facta fuiſſet, certè tale inſtrumentum, non creatum, ſed diuinum quid reputaretur. Apoſtolus autem non ſolùm dicit, omnia facta fuiſſe per filium Dei, ſed addit, *ex ipſo, & in ipſo conſtare omnia.* Quod proprium eſſe, non alicui creato inſtrumento, ſed ipſi perfectioni naturæ diuinæ, idem Apoſtolus teſtatur alibi dicens: *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum.* Inſuper *Hebr: 1.* cùm dixiſſet idem Apoſtolus: *Deum per filium feciſſe ſæcula,* poſtea ipſi filio Dei applicat illud Pſalmiſtę: *Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem permanes. &c.*

Rom: 11. ℣ 36.
Hebr: 1. ℣ 10.
Pſal: 101. ℣ 26.
In ipſo vita erat
Vita creaturarū in verbo quæ.
Sap: 8. ℣ 1. & cap: 6. ℣ 8.

Sequitur in textu: *In ipſo vita erat.* Non fuiſſet perfectum Dei opus creationis, niſi ipſis creaturis inditus fuiſſet quidam naturalis vigor, qui earum genera, ſpecies, & indiuidua, in quadam veluti perhennitate conſeruaret: Quod diuinæ vtiq; prouidentię opus proprium eſt, de qua dicit Salomon: *Sapientiam æternam attingere à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponere omnia ſuauiter.* Et cap: *6. Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura illi eſt de omnibus.* Hunc
I vigorem rectiſsimè S. Ioannes hîc appellat vitam. Nam *Geneſ: 1. & 2.* benedictione diuina, ſingulæ creaturæ acceperunt ſuam vitam, vel

G 2 exiſten-

Gene: 1. & 2.

Vitam ex Deo omnes creaturæ participant. Acto: 17. ℣ 28.

exiſtentiæ, vel vegetationis, vel ſentiendi, vel ſupra hæc omnia, homo etiam intelligendi, per ſpiraculum vitæ diuinum, vt Moyſes atteſtatur. Hoc profundiſsimè euincit Paulus Philoſophis Athenienſibus, dicens: *Quærere Deum, ſi forte attrectēt eum, aut inueniant: quamuis non longè ſit ab vnoquoq; noſtrum. In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus, ſicut quidam veſtrorum Pöetarum* (Aratum intelligit) *dixerunt: Ipſius enim & genus ſumus.* Quo argumento Apoſtolus allicit illos Philoſophos ad inquirendum Deum per cognitionem fidei ex diuina reuelatione. Quam ad rem, vel ipſum lumen naturale diuinitus inditum, hominem diſponit: Cùm in creaturis manifeſtè appareat vita exiſtentiæ, vegetationis, & ſenſus, etiam idiotis non obſcura. Inſuper etiã vitam animæ rationalis, homines à primo rerum omnium principio accepiſſe, quidam lumine naturali cognouerunt. Ideo Dionyſius, ad eam Pauli doctrinam conuerſus, ſæpe oſtendit, Deum eſſe vitam creaturarum, maximè verò hominis: præſertim lib: de diuinis nominibus cap: 6. Docet Deum eſſe vitam, quaſi omnium vitarum, ſeu vitam viuificandi. Id etiam alios complures Philoſophos aſſecutos fuiſſe, antiquiſsimus Martyr Iuſtinus comprobat: inter alios Pythagoram inducens ſic loquentem: Sanè quidem Deus vnus eſt: non ille autem, quomodo nonnulli ſunt ſuſpicati, extra hunc mundi ornatum: ſed ipſe in ſe totus, in circulo toto generationes omnes inſpiciens, ſæculorum omnium eſt temperatio, & virtutum operumq; eius omnium opifex: principium omnium, vnum cœli lumen, & parens omnium, mens & animatio vniuerſorum, circulorum omnium motio. Hęc ille Philoſophorũ parens. Huc etiam reſpiciebat Maro, dum in hunc modum cecinit:

Dionyſ: Areopagita, vitã omnium creaturarum, Deum atteſtatur: Lib: de diuinis nominibus cap: 6.

Pythagoræ de productione & vegetatione creaturarũ Theologia.

Iuſtinus contra Gentiles.

Virg: lib: 6. Aeneidos.

Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra,
Spiritus intus alit, totamq; effuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet:
Inde hominum pecudumq; genus. &c.

Chriſtus vita fidelium.

Quamuis autem iſte vigor vitalis, tanquam opus ad extra, cõmunis ſit perſonis Trinitatis: tamen ſingulariter attribuitur perſonæ filij, quæ eſt æterna Sapientia, vt paulò ante ex libro Sapientiæ citauimus: maximè verò propter opus recreationis & reparationis vniuerſi, in humani generis redemptione perfectũ. Idcircò ſicut hîc Ioannes, ſic Chriſtus alibi ſeipſum vitam vocat, dicens: *Ego ſum via, veritas, & vita*: vbi ſimul aſſerit, ſe eſſe vitam, ad quam ex morte aditum patere per viam veritatis. Et idem ipſe Euangeliſta primę

Ioan: 14. ℣ 6.

1. Ioan: 1. ℣ 1. Cap: 5. ℣ 1.

ſuæ Canonicæ cap: 1. poſtquam vocaſſet filium Dei, *vitam æternam, & verbum vitæ, quod erat apud Patrem.* Poſtea cap: 5. dicit: eum *eſſe Deum verum, & vitam æternam* Ibidemq; ſic determinat: *Qui habet filium Dei, habet vitam æternam.* Quod optimè conuenit cũ illo, quod dicebat Moyſes: *Diligas Dominum Deum tuum, & obedias voci eius, eiq; adhæreas: ipſe enim eſt vita tua.* Conſonat & illud quando dicit Saluator: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem tu miſiſti Ieſum Chriſtum.* Et hic ſenſus verborum prædictorum, conuenit vtriq; lectioni diuerſæ; ſiue iſta verba (*in ipſo vita erat*) per ſe ponamus, ſiue illa ſuperioribus connectamus (*quod factum eſt, in ipſo vita erat*) quod tamen aliis expoſitionibus nõ ita facilè correſpondet. Sequitur. *Et vita erat lux hominum.* Senſus horum verborum patet ex ſuperioribus. Vigor enim vegetans, & dans vitam omnibus creatis, in creatura rationali ad imaginem & ſimilitudinem Dei formata, extendit ſe ad quandam lucem ſeu illuminationem ſpiritualem, ſecundum quam capax eſt intelligere & noſſe creatorem, & per voluntatem ei adhærere, & tanquam proprio principio, & vltimo ſuo fini perpetuo inhærere. Hinc illud Ioannis: *Deus eſt lux, & in eo tenebræ non ſunt vllæ.* De hac luce etiam intelligitur, quod poſtea ſequitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quia ab initio, vſq; ad finem mundi, Deus infundit ſingulis hominibus naſcituris, animam puram & innocentem, quamuis coniunctione cum carne, labe peccati inquinetur. Et hoc vult dicere S. Ioannes quod ſubinfert: *Et lux in tenebris lucet.* Vbi lux, ſicut denotat filium Dei, ſic tenebræ homines cœcitate peccati inuolutos, iuxta Eccleſiaſticũ: *Error & tenebræ peccatoribus concreatæ ſunt.* Sicut enim tenebræ nil ſunt per ſe, niſi ratione priuationis lucis: ita peccatum nihil eſt, niſi priuatio ſeu carentia rectitudinis iuſtitiæ ſeu gratię Dei. Et ſic paſsim in ſcriptura præſertim noui teſtamenti, tenebræ vocantur ſtatus peccati, & per Metonymiam, ipſi etiam peccatores. Primi exemplum eſt, quando hîc dicitur: *Lux in tenebris lucet.* Secundi, quando additur: *Et tenebræ eam non comprehenderunt.* Hoc ſenſu Chriſtus profitetur *ſe eſſe lucem mundi*; è conuerſo autem Apoſtolus *Dæmones vocat rectores mundi tenebrarum harum*, id eſt hominum nequam: & Apoſtolus: *Quæ ſocietas (inquit) luci ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial?* Quocirca filius Dei exiſtens verbum, aptum ad reparandam veritatem, ab initio præuaricationis vſque ad finem mundi, non deſtitit in iſtis tenebris lucem ſuam effundere. Primò quidem in lege naturæ, quando homini per peccatum corrupto, reliquit lumen rationis naturale, per quod ex *ve-*

Deut: 30. ℣ 6.

Ioan: 17. ℣ 3.

Et vita erat lux hominum.

Vita creaturarũ extẽditur in homine ad lucem per quam noſcitur creator.

1. Ioan: 1. ℣ 9.

Et lux in tenebris lucet.

Eccli: 11. ℣ 16.

Et tenebræ eam non comprehẽderunt.

Ioan: 8. ℣ 9.

Epheſ: 6. ℣ 12.

2. Cor: 6. ℣ 15.

Lex naturæ, Moſaica, & Euangelica, quomodo hominem illuminant

Sap: 13. ℣ 5. *ſtigio creaturarum poſſet creator illarum inueſtigari, vt dicitur, Sap: 13.* Quod e-
Rom: 1. ℣ 25. tiam oſtendit Apoſtolus *Rom: 1.* In voluntate ſimiliter indidit Syn-
thereſim, quæ ſuadendo bonum, ſi præualere non poteſt, relinquit
tamen conſcientiam malefactorum, quaſi murmurantem *cogitati-*
Rom: 2. ℣ 15. *onum inuicem accuſantium, vel excuſantium*, vt diſertè idem Apoſtolus edo-
Pſal: 18. ℣ 8. cet. Vtrumq; hoc complexus eſt Pſalmiſta dicens: *Lex Domini im-*
maculata, conuertens animas, teſtimonium Domini fidele. &c. Præceptum Domini
lucidum illuminans oculos. De hac illuminatione intelligit Dauid, quan-
Pſalm: 4. ℣ 6. do dicit: *Multi dicunt; quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vul-*
Eccl: 11. ℣ 16. *tus tui Domine, &c.* Quaſi dicat: Contra infinitos errores, *& tenebras im-*
piis concreatas, Deus indidit homini intellectũ ſpeculatiuum, & poſsi-
bilem ſiue practicum, ſecundum quas potentias, poſsit verum à
falſo, bonum à malo diſcernere, & in ipſo vero & bono conquie-
Iob 24. ℣ 13. ſcere. Contra abutentes tali lumine, inuehitur Iob his verbis: *Ipſi*
fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. Et alibi:
Qui dixerũt Deo, recede à nobis, & viam ſcientiarum tuarum nolumus. Talem de-
fectum, vel potius abuſum luminis naturalis, Deus aliquo modo
correxit, reuelando legem ſcriptam ſeu Moſaicam: quæ tamen,
Hebr: 7. ℣ 18. cùm ſecundum Apoſtolum *nihil ad perfectum perduxiſſet*, per lumen lu-
cis & legis Euangelicæ erat conſummanda: vt idem Apoſtolus ex-
plicat. Et ſic quamuis quælibet lex earum quas diximus, à Deo pro-
ceſſerit ad hominem illuminandum: tamen comparando ſecun-
dũ aliquos gradus, lex naturæ peccato obſcurata, erat veluti quod-
dam lucis crepuſculum: lex autem ſcripta, propter apertiora ora-
cula diuina, Prophetias, & mandata digito Dei ſcripta, poteſt dici M
quaſi aurora: Iam verò Euangelica, ſubſecuta eſt quaſi vera lux: vt
2. Cor: 3. ℣ 18. copioſè oſtendit Apoſtolus *2. Corint: 3. & Hebr: 8. 9. & 10.* Et hoc in-
Prou: 6. ℣ 23. tendiſſe videtur Salomon dicens: *Mandatũ lucerna eſt, & lex, lux.* Ad eun-
dem ſenſum, Chriſtus, Ioannẽ qui erat terminus vtriuſq; legis appel-
lauit lucernã, ſeipſum verò lucem originalem. Ratio eſt, quia filius
Dei ſplendor & imago Patris, in carne humana apparuit: in cuius
rei ſignum, nocte profunda, nato Chriſto, *paſtores circumfulſit lux magna:*
& Magos ex longinquis tenebroſis locis, ſtella nouæ lucis deduxit.
Et de hac luce Chriſto, propriè hîc agit Euangeliſta: maximè verò,
Lucem Chriſtũ, tenebræ incredulorũ non cõprehenderunt. quando illam confert cum Ioanne, vt mox explicabimus. Hanc
igitur lucem, non comprehenderunt tenebræ, ſcilicet infideles:
propriè quidem Iudæi, propter quos miſſus fuerat ex eorum car-
ne promiſſus Meſsias, vt dicitur *Math: 15.* Propterea Chriſtus ſæpe
Matt: 15. ℣ 14. inuehitur in cœcitatem Iudæorum, præſertim autem Scribarum, &
legisperi-

legisperitorum, *quòd fuiſſent duces cœci & obſtinati*, qui Magos quidem ex Matt: 15. ℣ 14.
longinquo ad Meſsiam direxerunt, ipſi verò eum in lege & in terra
ſua non agnouerunt. Hoc ipſum tamen dici etiam poteſt de omni-
bus infidelibus, hæreticis, & paganis, qui audientes de veri Dei re-
ligione, ad quam etiam naturalem inſtinctum accepiſſent, eius co-
gnitionem cõtemnunt, vel negligunt, vt oſtendit Apoſtolus, *Rom: 1.* Ioan: 1. ℣ 6.
Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hanc digreſsionem, quaſi Fuit homo miſſus à Deo cui nomen erat Ioannes.
per parentheſim Euangeliſta deſcriptioni vtriuſque generationis
filij Dei inſeruit, propter duas potiſsimùm cauſas. Prima, vt corri-
geret errorem plebis Iudæorum, quæ teſte S. Luca, Ioannem pro- Ioannis Baptiſtæ origo & officium cur generationi Chriſti interſerta.
pter excellentes dotes, Meſsiam reputabat. Quæ quidem opinio
adhæſerat quoq; Principibus ipſis Iudæorum, ſed & diſcipulis ipſius
Ioannis, vt ex legatione, horum quidem ad Chriſtum, illorum verò
ad Ioannem, ſatis conſtat. Altera ratio eſt, vt Euangeliſta, non ſo-
lùm origine productionis diuinæ ab æterno, nec ſolùm productio- Luc: 3. ℣ 15.
ne creaturarum, per ipſum verbũ; ſed etiam perſona ſuper omnes Matt: 11. ℣ 2.
homines, iudicio ipſorum Iudæorum, grauiſsima, oſtenderet filij Ioan: 1. ℣ 19.
Dei excellentiam, per quandam Antitheſim. Initio enim dixerat Chriſti & Ioannis Antitheſis.
N de verbo *(erat)* hîc autem de Ioanne dicit *(fuit)* Ibi dicit *(Verbum erat*
in principio apud Deum.) hîc verò dicit, *hominem* certo tempore *miſſum à*
Deo. Ibidem nominat re ipſa verbum exiſtens: hîc aſſerit, *nomen*
huic homini fuiſſe Ioannes. Chriſtum aſſerit *fuiſſe lucem veram, quæ illuminat*
omnem hominem venientem in hunc mundum: Ioannem verò dicit *non fuiſſe*
iſtam lucem, quin potiùs ad hoc veniſſe, vt *teſtimonium perhiberet de hoc*
lumine. Cùm enim talis tantuſq; fuiſſet S. Ioannes, vt à quibuſdam
Meſsias reputaretur, ab ipſo autem Domino, ſupra omnes natos Matt: 11. ℣ 11.
mulierum (ſeſe nimirum ex virgine nato, excepto) *Propheta, & plus-*
quam Propheta, vel potius *Angelus* (non natura ſed officio) commen-
daretur: tamen reſpectu Chriſti, veræ, æternæ & naturalis lucis, e-
rat (teſtante Domino) *lucerna ardens & lucens*, vel, vt pater eius Zacha-
rias expreſsiùs prædicebat, inquiens: *Tu puer Propheta altiſsimi vocabe-* Ioan: 5. ℣ 35.
ris, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et paulò poſt: *Illumi-* Luc: 2. ℣ 76.
nare his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, &c. Et ſic Ioannes, ſicut re-
ſpectu verbi æterni erat vox: ſic reſpectu lucis æternæ, eiusq; lu-
minis, quæ veritas eſt, erat lucerna prælucens doctrina, & ardens
exemplo. Poſtquam igitur Euangeliſta hac veluti parentheſi, no-
biliſsimam licet creaturam ab ipſo creatore Chriſto diſcreuiſſet,
eiuſque teſtimonium de luce totius mundi induxiſſet: pergit enar-
rare reliqua illius geſta, dicens: *In mundo erat, & mundus per ipſum factus*
eſt, &

In mundo erat, & mundus per ipſum fact⁹ eſt, & mundus eum non cognouit. Iſa: 66. ℣ 1.

eſt, & mundus eum non cognouit. In quibus verbis videtur eſſe ænigma. Si enim filius Dei in mundo erat: quomodo demũ mundus, in quo primùm exiſteret, potuit per ipſum eſſe factus? Rurſus, ſi per eum mundus factus eſt: quomodo in mundo erat, vt mundus ſuum caperet conditorem? Cùm dicatur *Iſaiæ 66. Cœlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum.* Inſuper quomodo poſsibile eſt, vt mundus ſi non incolam, certè factorem vel creatorem ſuum non recognoſceret? Duo igitur hîc præmittenda ſunt. Primum: Pronomen *(per ipſum)* denotare non ſolùm lumen verũ vel lucem, de qua Euangeliſta loquebatur, ſed ex articulo Græco maſculino, referri etiam ad Verbum, de quo ab initio hucuſq; continuabat ſermonem S. Ioannes, nimirum ad ipſum filium Dei, quem paulatim perducit ad ipſa opera diuina, quæ poſtmodum in carne aſſumpta exhibebat; vt ea coniungendo iis, quæ ab æterno extra carnem patrabat, duarum naturarum in vna perſona vnionem confirmaret.

Mundus trifariam à S. Ioanne accipitur.

Secundò notandum: Mundum quidem vnum eſſe: Sed hoc loco Metonymicè trifariam accipi. In ſecundo quidem membro, propriè pro toto vniuerſo: In primo autem pro natura humana, quæ etiam in

Homo Microcoſmos cur.

ſuo indiuiduo, ex quadam præcipua ad mundum archetypum conformitate, à priſcis Philoſophis Microcoſmos, quaſi minor mundus, fuit appellata. In tertio deniq; membro, pro hominibus, magis mundi illecebris, quàm legi diuinæ, & ipſi rationi addictis. Poſita igiur hac diſtinctione, patet ſenſus exaggerationis, quam hoc lo-

Hominum in recipiendo Chriſto ingratitudo.

co facit Euangeliſta: quaſi dicat: Verbum illud æternum, quamuis per creationẽ autor mundi ſeu totius vniuerſi extitiſſet, (ſicut antea dixerat, *omnia per ipſum facta ſunt*) qua ratione profectò creatura, maximè verò rationalis, propter quã reliqua facta ſunt, creatorem ſuum maximè recognoſcere debebat:

Deus, non Pater ſed Filius mundo apparebat. Clemens Romanus conſt: Apo: lib: 5. cap: 19. Iuſtin⁹ Dialogo cum Triphone. Iren: li: 4. ca: 23. Tertul: contra Praxæam. Cyril: Ieroſol: Catech: illum: 10. & 14. Ioan: 3. ℣ 19.

Quamuis etiam poſt lapſum humani generis, apparitiones in ſpecie humana (vt antiquiſsimi Patres atteſtantur) ab initio mundi, illud ipſum Verbum æternum, per ſe vel per Angelos, ad denotandam futuram ſuam veram in carne comparitionem peregiſſet: quamuis deniq; idem ipſum Verbum, naturam humanam, ad eius reparationem ſuſcepiſſet, & Creator creaturæ, Deus homini, Dominus ſeruo, hypoſtaticè ſeſe vniuiſſet: Tantum tamen potuit amatorum mundi per Sathanam peccato inquinati, ingratitudo & proteruitas, vt idem Verbum incarnatum, tot oraculis ab initio mundi proclamatum, per fidem recipere noluiſſet. Quod ipſe Chriſtus alibi conqueritur: *Hoc eſt iudicium, quia lux venit in mundum, & homines dilexerunt magis tenebras quàm lucem:*

Deo proprium creare & implere mundum. Pythagoras apud Iuſt: lib: de Monarchia Dei

lucem: erant enim opera eorum mala. Hac occaſione non videtur omittenda ſententia Pythagoræ, quem Deum verum à falſis ſic recognouiſſe annotauit Iuſtinus Martyr.

Extra vnum ſi fors iactet ſua numina quiſquam,
Debet & is meritò talem ſibi condere mundum:
Hic meus eſt rectè tum dicat: & incolat orbem
Ipſe ſuum, teſtans quo ſit factore creatus.
Et qua de cauſa.

Iudaica contra proprium Meſſiam obſtinatio. 1. Cor: 15. ℣ 45. Matt: 1. ℣ 1. Matt: 15. ℣ 24.

In propria venit & ſui eum non receperunt. Proſequitur Euangeliſta maiorem exaggerationem. Quamuis enim Dei filius veluti ſecundus Adam cœleſtis, ad reparandum vniuerſum genus humanũ per primum Adam perditum, in carne veniſſet: peculiariter tamẽ & propriè promiſſus erat Iudæis ex ſemine Abrahæ, ex quo etiam carnem delegiſſet. Ideo in ipſo exortu, filium ſeſe Abrahæ & Dauidis conteſtatur: & exinde profitetur dicens: *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael.* Poſtquam ergo Meſſias per primam & ſingularem populi Iudaici electionem, dignationem, adoptionem, & carnis veluti conſanguinitatem, in propria veniſſet: cùm alioqui

Eccli: 13. ℣ 19.

naturæ ipſius inſtinctu *omne animal diligat ſibi ſimile.* Tanta tamen Iudæorum extitit cœcitas & obſtinatio, vt tot ſæculis exoptatũ Meſſiam, in propria venientem, & tot ſigna & beneficia ſibi exhibentem, non recepiſſent. Vbi etiam non omittendum; in priori membro, argui humanum intellectum, qui Chriſtum non agnoſceret: in altero voluntatem, quæ etiam agnitum, proteruitate ſua non reciperet. Hanc cœcitatem & obſtinationem, quo ad Iudæos, perſtringit ipſe Chriſtus in parabola de vinea, cuius incolæ Dominum in

Lucæ 20. ℣ 14. Ioan: 19. ℣ 15.

ſeruis agnoſcere noluerunt: tandem verò ipſum hæredem occiderunt. Idem facit Apoſtolus tam de Iudæis quàm Gentilibus *Rom: 10 & 11.* Et alibi dicit, *Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem eſſe ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.* Iudæi autem ad tantam præuaricationem etiam poſteritatem ſuam obſtrinxerunt, vt non ſolùm ipſi dicerent; *Nolumus hunc regnare ſuper nos: Non habemus Regem niſi Cæſarem:* Sed etiam turmatim clamarent: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Vide autem immenſam Dei benignitatem: Non enim exprobrat Euangeliſta, quòd Chriſtum crucifixerunt, ſed quia non receperunt: quaſi diceret: Crucifixiſſent ſanè ipſum Dominum gloriæ, expoſcente ſic redemptione mundi, modo in crucifixum, poſt tot prodigia, exemplo totius mundi credidiſſent. vt fuſè oſtendit S. Petrus *Act: 2. & 3.* Nam ſecundum D. Auguſtinum, non attendebat quòd ab ipſis moriebatur,

Aug: tract: 31. in Ioan. riebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur. Quocirca quaſi in pœnam
ſeu æmulationem tantæ ingratitudinis, ſubiiciuntur verba ſequen-
Gentium plenitudo poſt cæcitatem Iudæorū admiſſa. tia : *Quotquot autem receperunt eum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri : his qui*
credunt in nomine eius. Vbi per particulam *Quotquot*, abiecta ſingulari-
tate ſynagogæ, transfertur regnum Dei ad vniuerſitatem gentium,
ſine vlla acceptione perſonarum. Quòd enim dicebat Dominus
Apoſtolis : *In viam gentium non abieritis* : hoc poſt ſuam aſcenſionem im-
Matt: 10. ℣ 5. Cap: 28. ℣ 19. mutauit dicens : *Euntes docete omnes gentes , &c.* Et alibi : *Euntes in mun-*
Marc: 16. ℣ 15. *dum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Quod etiam Chriſtus
Matt: 22. ℣ 10. ipſe declarat illis parabolis : quando poſt reprobationem vocato-
rum ad nuptias (qui Iudæos deſignabant) dicuntur introducti fuiſ-
ſe , quicunque reperti fuerunt boni & mali : Vbi additur , etiam ex
viis, & inter ſepes conquiſitos, compulſos fuiſſe intrare, vt imple-
rentur nuptiæ. Sicut ergo in illis parabolis , ſic hoc loco notantur
Iudæi, per eos qui Meſsiam recipere noluerunt. Particula autem
(*Quotquot*) exprimit promiſcuam vocationē etiam Gentilium , quo-
rum plenitudo intrare debebat , antequam in fine mundi reliquiæ
Rom: 9. ℣ 25. Iudæorum ad ſalutem admitterentur : vt oſtendit Apoſtolus ex Iſa-
Iuſtificationis Euāgelicæ gradus ſeu cauſæ. ia, & Oſea Prophetis. Ex prædicto contextu poſſunt etiam colligi
gradus, ſeu cauſæ iuſtificationis Euangelicæ. Talem enim filiatio-
nem Dei , ante omnia præcedit lux illuminans omnem hominem,
de qua initio dictum eſt, internè hominem illuminās, & vitam ſpi-
ritualem inſpirans : per quod intelligitur miſericordia Dei , ex eius
occulta prædeſtinatione , quam Apoſtolus cum ſtupore expendit,
Rom: 11. ℣ 33. *Rom: 11.* tum & ipſa gratia præueniens , quam nulla merita humana
præcedere potuerunt. Hanc gratiam ſequitur receptio, de qua hîc
eſt ſermo, hoc eſt, primus motus liberi arbitrij , & quidam ſtimu-
lus veritatis , vt intellectus , fidei ſupra rationem locum relinquat.
Tertiò , ſuccedit poteſtas quædam & vis diuina , quando homini
aſſentienti, infunditur per Baptiſmum fides ſpe ſubnixa, & charita-
Hieron: in cap: 5. Matth. te formata , per ſacerdotis miniſterium. Si enim (inquit Hierony-
mus) Dei præcepta cuſtodiens , filius quis efficitur Dei : ergo non
eſt natura filius , ſed arbitrio ſuo. Hæc ille. Et ſic homo , mundo
mortuus & ſepultus , renaſcitur ſpiritualiter , tanquam noua cre-
atura, & tanquam membrum & corpus noui Adæ cœleſtis , id eſt,
Chriſti in carnē aduentus effectus triplex. Chriſti cum actibus ſuis, ad opera ſpiritualia , gratiæ, vitæ & gloriæ
meritoria. Quartò & vltimo in iuſtificatione ſequitur ipſe effe-
ctus, hoc eſt filiatio Dei. Nam cùm ſecundum Cyrillum , tres ſint
Cyril: Alex: in Ioā: li: 9. ca: 47. effectus aduentus filij Dei in carnem : Primò, peccatum abolere :

Secundò, mortem deſtruere : Tertiò filios adoptare. Euangeliſta
in vltimo , duo etiam prîora includit. Ex quibus confutantur om- Errores circa iuſtificationē refelluntur.
nes ferè errores, & hæreſes , circa hunc articulum iuſtificationis :
præſertim verò Pelagij, qui aſſerebat, poſſe hominem proprio arbi-
trio ſalutem conſequi. Secundò Lutheri & ſequatium oppoſitus 1.
error : gratiam Dei per fidem ſolam, eſſe cauſam ſalutis : quaſi libe- 2.
rum arbitrium, tanquam ſeruum & inane, gratiam Dei magis impe-
diat. Tertius, error modernorum paſsim hæreticorum, qui negant 3.
ſacerdotes cùm ſint homines , aliquam poteſtatem in homine iuſti-
ficando obtinere. Quartus eſt Anabaptiſtarum eiſq; adhærentiū : 4.
qui negant Baptiſmum eiuſq; regenerationem, habere vim iuſtifi-
candi, ſed eſſe quoddam ſymbolum Chriſtianæ perfectionis, & ple-
nitudinis Spiritus ſancti : ideoq; abſq; illo, poſſe etiam per fidem
ſaluari. Quinta Caluiniſtarum, aſſerentium fidelium infantes, etiā 5.
antequam naſcātur vel baptiſentur, eſſe ſanctos. Cùm ex hoc loco
clariſsimum ſit, quod pridem dixerat Hieronymus : Chriſtianos Chriſtiani non naſcuntur ſed fiunt.
non naſci, ſed fieri, per generationem ſpiritualem , quam vtiq; ge-
neratio carnalis præcedere debet : vt ſatis Chriſtus expoſuit Nico- Hieron: Epiſt: ad Lætam.
demo. Sextò confutatur hæreſis Arianorum : quando in hoc tex-
tu dicitur : *Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine* (vel vt 6.
Græcè ſonat) *in nomen eius.* Cùm enim *Math : 26.* Baptiſmus fuerit for- Ioan: 1. ℣ 12.
maliter inſtitutus, in vno & communi nomine, virtute, & inuoca-
tione Patris, & Filij, & Spiritus ſancti , neceſſariò exinde conſequi-
tur Filij cum Patre & Spiritu ſancto conſubſtantialitas. Hac ratio- Acto: cap: 19.
ne quoq; Apoſtoli nonnunquam baptizabant in nomine Ieſu, vt S. ℣ 5. ca: 22. ℣ 16.
Lucas diſertè atteſtatur. *Qui non ex ſanguinibus , neq; ex voluntate carnis,* Regeneratio ſpiritualis quomodo non ex ſanguinibꝰ, nec ex volūtate carnis, & viri.
neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Variè hæc verba exponuntur.
Sed ad eorum verum ſenſum, exploranda eſt intentio Euangeliſtæ:
quæ eſt, vt diſcernat eam perfectionem regenerationis ſpiritualis
quæ ex Deo eſt, à generatione carnali & inquinata humana. Quod
& Chriſtus faciebat dicens Nicodemo : *Quod natum eſt ex carne, caro eſt :* Ioan: 1. ℣ 13.
quod natum eſt ex ſpiritu , ſpiritus eſt. Tale eſt illud : *Qui adhæret meretrici,* 1. Cor: 6. ℣ 16.
vna caro efficitur ; qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Hac ergo ex-
cluſione inquinatæ carnalis generationis , voluit Euangeliſta velu-
ti reuocare in mentem, quæ ſuperiùs dixerat , de illa puriſsima , &
quæ nil carnalis, vel terreni admitteret, æterna Verbi ex Patre ge-
neratione . Deinde quaſi per quandam inductionem , intendebat,
generationem Dei, quamuis ſeſe ad homines cum defectu carnali
natos extenderet, nihil tamen inquinationis ſecum trahere potu-

iſſe. Tertiò hæc excluſio, eſt quidam veluti apparatus ad captum ſequentis ſententiæ: *Et Verbum caro factum eſt.* Corruptio enim carnis, tantum abeſt, vt impediret ſpiritualem hominis ex Deo regenerationem, & in filios adoptionem, vt etiam verbi æterni vnione, ipſa quoq; à corruptione vindicaretur, & ſpiritus renouationẽ acquireret. Voluntas ergo carnis & voluntas viri, intelligitur ipſa concupiſcentia, in qua homines naſcuntur. De qua Pſalmiſta: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti, &c.* Vbi ſimiliter eſt quædam comparatio infirmitatis ortus humani cum diuina potentia, quæ hũc defectum tollere poſsit. Denique additur: *Libera me de ſanguinibus.* Vbi ſanguines, intelligit effectus vitioſæ generationis in ipſa malitia homini innata, ad varia illicita perpetranda: iuxta illud Oſeæ: *Homicidium, furtum &c. inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.* Ex tali expoſitione poteſt etiam ſolui obſcura quæſtio, quæ expoſitores maximè exagitauit: Quòd S. Ioannes, quaſi præpoſterè dixerit: *Verbum carnem eſſe factum.* Cùm antea dixiſſet, *veniſſe Ioannem Baptiſtam, vt teſtimonium perhiberet de lumine,* id eſt de Chriſto incarnato. Et addit: *In mundo erat: mundus autem eum non cognouit: in propria venit, & ſui eum nõ receperunt.* & reliqua, quæ de adoptione in filios Dei adduntur, quæ de Chriſto iam incarnato accipi dubium non eſt. Soluitur igitur hæc difficultas ordine quem ſeruauit Euangeliſta. Cùm enim captui difficile fuiſſet, Verbum à principio apud Deum manens, & quod ipſe Deus eſſet, hominem factum eſſe: voluit Euangeliſta fidem hominis ad capiendum hoc myſterium, quaſi manu ducere, per demonſtrationem (Quia eſt) à Logicis dictam, hoc eſt, quæ rei naturam, non ex cauſis, ſed ex effectibus oſtendit. Ideo poſuit primò Verbi operationes ſecundum ipſam diuinam naturam: deinde addidit opera eiuſdem, vt vocat Dionyſius, Theandrica, hoc eſt, quæ diuinitas in carne & per carnẽ operabatur: Poſtmodum ſubtexuit opus ſtupendum; nimirum illud ipſum Verbum, eos qui ex humana corruptione nati eſſent, effeciſſe, vt extra omnem corruptionem regenerentur in filios Dei, & cohæredes cœleſtes. Tum demum ſubinfert rem ſuper omnem captum etiam Angelicum, quòd ipſe quoq; Deus, homo fieret, & habitaret in hominibus, homineſq; viciſsim filios Dei factos, ad habitationem gloriæ cœleſtis transferret. Hæc auxiliante Domino pro noſtra tenuitate expoſuiſſe, in tantis myſteriis ſufficiat. Incarnationis autem doctrinam, cùm in propium locum ex induſtria reſeruemus, ea quæ ad mores dicenda reſtant, proſequamur.

S

Pſal: 58. ℣ 6.

Oſeæ 4. ℣ 2.

Ordo deſcriptionis vtriuſq; generationis Filij Dei notandus.

Opera Chriſti alia purè diuina alia Theandrica

T

Secunda pars.


Eliquum eſt, vt aliquam textus Euangelici partem, reformationi noſtræ accommodemus, per quatuor ſequentia documenta. Primum eſt, quod dicitur: vitam creaturarum, eſſe inſuper vitam lucis: lucem autem illam eſſe Deum, propriè autem Verbum, ſeu Dei filium. Iſta autem lux naturaliter cõſiſtebat in imagine & ſimilitudine Dei: quam donec primi parentes retinerent, erant & in intellectu illuminatiſsimi, & in voluntate ordinatiſsimi. Statim autem poſt præuaricationem, mirum eſt, quanta illos cœcitas in mente, & prauitas in voluntate occupârit. Vt enim facta illorum breuiter excutiamus. Stultitia prorſus cœca erat, hominem horto concluſum, velle ſe à Deo qui cœlum & terram impleret, abſcondere: deinde in ſtatu lucis meridiano, contra Deum qui lux eſſet, latebras quærere: Contra illud Pſalmiſtæ: *Quò ibo à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es. &c.* Tertiò, velle latitatione corporali, euadere vocem diuinam, quæ mortem ob tranſgreſsionem iam ante hac animis etiam ipſis determinabat. Quartò, Nuditatem ſuam à conſpectu Dei velare foliis arboris, quæ vmbram ſolidam non faciunt. In voluntate autem quanta mutatio? Non enim fatebantur & accuſabant delictum, ſed potiùs excuſabant, & in alium transferebant. Mulier (dicebat Adam) perſuaſit mihi: Serpens (ſubinfert mulier) decepit me. Rectè igitur dicit Euangeliſta, Lucem in tenebris luxiſſe, *ſed tenebras illam non comprehendiſſe.* Iſtas tenebras depellendo, dedit Deus populo ſuo Iſraelitico *legem igneam.* Cùm tamen & ſic ſui illam non recepiſſent: venit ipſa lux in tenebris veriſsimè lucens, hoc eſt Verbum carnem aſſumens, vt reliquias tenebrarum prorſus depelleret. Ideò Chriſto nato lux affulget, tum baptizato & transfigurato, teſtimoniũ in luce cœlitus impenditur. & *Pſal: 18. In ſole dicitur poſuiſſe tabernaculum ſuum, vt veluti gigas fortis decurrendo, omnia colluſtraret.* Sic ipſemet proteſtatur, *ſe lucem eſſe mundi, donec eſt in mundo.* Cùm autem ipſe ſit vera & viua imago Dei, venit deperditam imaginem illum, dum nos ad Dei ſimilitudinem reuocat, corrigere. De qua doctè & ſimul piè ſic Baſilius: Cùm condebamur (inquit) hoc nobis inditum eſt, quòd ad imaginem Dei facti ſumus: ex propoſito autem nobis acquiritur, vt ſimiles Deo reddamur. Illud verò ſecundum propoſitum potentialiter nobis ineſt: effectualiter autem nos ipſos impellimus. Et niſi præueniens nos dixiſſet, qui fecit nos

Vitæ & lucis de ordinatio in primis parentibus.

Gene: 3. ℣ 5.

Hominis in paradiſo lapſum quanta cœcitas conſecuta.

Pſal: 138. ℣ 6.

Tenebræ ex Adam contractæ lege illuſtrari cœptæ, ſed Euangelio ſublatæ.

Deut: 33. ℣ 2.

Pſal: 18. ℣ 5.

V

Ioan: 8. ℣ 12. & 9. ℣ 5.

Imaginem Dei in homine Filius Dei incarnatus recognoſcit.

Baſilius in Exameron.

Dominus, *Faciamus & ad similitudinem nostram*; nisi ad hoc vt ad si-
militudinem Dei efficeremur, potentiam nobis largitus esset, ex
nostra vtiq; potestate similitudinem Dei non fuissemus adepti. Ha-
bes igitur ex creatione, illud ad imaginem: fit autem ex proposito
illud, ad similitudinem. Gratia illa, propter quam tibi corona ces-
sit, partim tua est. Si enim totum tibi dedisset opifex, quonam pa-
cto apertum tibi fuisset regnum cœlorum? Nunc autem hoc qui-
dem datum, illud autem imperfectum relictum est: vt postquam
te ipsum consummatum reddidisti, dignus habeare, qui mercedem
retributionis accipias. Hæc ille. Ex quibus verbis elucidatur ma-
gis illud, quod hîc dicitur: *Dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui cre-
dunt in nomine eius.* Quia ista potestas consistit in augmento *charitatis,
quæ nunquam excidit, sed semper in hac vita debitum relinquit.* Hoc vult Apo-
1. Cor: 13. ✠ 8. 2. Cor: 3. ✠ 18. stolus dicens: *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in e-
andem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spi-
1. Ioan: 3. ✠ 1. ritu.* Sic *1. Ioan: 3.* exclamat Apostolus: *Videte qualem charitatem dedit no-
bis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparu-
Vita vera in bene viuendo cōsistit. it quod erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus.* Confundatur
igitur vulgus Christianorum, quod putat, Baptismo & titulo Christi-
anitatis, satis ad filiationem Dei iuris se acquisiuisse: cùm actus iste
filiationis Dei, magis peragatur secundum fieri, quàm secundum es-
Aristo: libro magnorum moralium. se. Nam & Philosophus docet, aliud esse animam, aliud esse vim &
operationem animæ. In anima enim est viuere: in vi autem eius
est, bene viuere. Quod Apostolus latè pertractat, *Rom: 8.* quomo-
Rom: 8. ✠ 13. do spiritus hominis viuat ex Spiritu Dei: Et rursus, quomodo car-
nis opera mortificantur spiritu à Deo inspirato, vt post spiritum in
æternum reuiuiscant. Vbi tandem concludit: *Debitores ergo sumus, nō* X
*carni & sanguini, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis,
moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Super quæ
August: ser: 13. de verbis Apostoli cap: 6. verba Augustinus. Vna quæq; res (inquit) secundum id viuat, vnde
viuit. Caro tua de anima tua. Vnde viuit anima tua? de Deo tuo. Vna
quæq; harum secundum vitam humanam viuat. Caro sibi non est
vita, sed anima carnis est vita. Anima sibi non est vita: sed Deus est
animæ vita: debet ergo secundum Deum viuere. Hæc ille. Sicut
autem vita corporalis, semel vegetata, persistit quidem in vita, non
aliter tamen, nisi alimento cibi identidem sustentetur. Simili mo-
do animæ vita, quamuis semel Spiritu in regeneratione vegetata,
nequaquam tamen subsistit, nisi alimento vitæ quæ Christus est, per
eius mandatorum exercitia sustentetur. Verè igitur Christus dici-
tur esse

tur esse lux hominum: sicut & Apostolus hortatur: *Hora est iam nos* Rom: 13. ✠ 11.
de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm credidimus. (vbi
contra Fideistas hæreticos, ad habitum fidei, requirit etiam actum
per bona opera.) *Nox præcessit, dies autem appropinquauit* (non dicit: ab-
soluta, vel peracta est, vt proficere non desinamus.) *Abijciamus ergo o-* Opera Christianorum ad lucē dirigenda, mala autem abijcienda.
pera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic, vt in die honestè ambulemus. Deinde
subinfert, quę opponūtur operibus lucis: *non in comessationibus & ebrie-
tatibus: nō in cubilibus & impudicitiis: nō in contentione & æmulatione: Sed indui-
mini Dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desideriis.* Vbi etiā
apparet Christum dici lucem Christianorū, & vitam quam induere
debent, vel potiùs Baptismo indutam, conseruare sine macula, &
ampliùs charitate dealbare. Huic autem luci & vitæ, esse contraria
opera tenebrarum carnis & mortis. Videtur autem Apostolus per- 1. Ioan: 2. ✠ 16.
strinxisse tres summas concupiscentias, à S. Ioanne enumeratas.
Aemulationem enim possumus dicere superbiam vitæ: Contenti-
onem autem, Auaritiam, iuxta illud Iacobi: *Vnde bella & lites in vobis?* Iacob: 4. ✠ 1.
Nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? Opera autem
carnis, distinguit in comessationes, ebrietates, & luxurias carnalesq;
illecebras. Sed ô bone Deus: Quid magis agit populus Christia- Opera tenebrarum peraguntur in celebratione lucis.
nus, quàm sese in talibus occupat: vt iam non in crimen, sed in no-
Y men ista abiisse videantur. Quin potiùs, quantò maior deuotio ab
Ecclesia indicitur, tantò indigniora passim talibus festis perpetrā-
tur. Hæccine est spiritualis hominis, sicut diximus, regenerati pro-
fessio? Equidem qui talia agunt, videntur nati non ex Deo: sed par- Ex sanguinibus & voluntate carnis aut viri qui nati censentur.
tim ex sanguinibus, quando conuenticula etiam sacratissimorum
dierum, respectu amicorum, propinquorum, vel aliorum hominū,
in Bachanalia conuertunt. Deinde ex voluntate carnis nati æsti-
mantur, qui cura carnis, ventris, & voluptatum, ita distinentur, vt
primarum etiam in anno solēnitatum deuotionem in Ecclesia pro-
pterea quietè transiere nequeant. Iam verò voluntas viri iis præ-
dominatur, qui rebus vxoriis, œconomicis, & politicis, ita immersi
sunt, vt vix horulam Dei gloriæ & propriæ saluti relinquant. De- Hæretici filij Belial sine iugo Christi.
niq; Hæretici, iam *non ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis aut viri, nec ex
Deo nati esse dignoscuntur,* sed potius *filij Belial, id est absq; iugo, nescientes Domi-
num, neq; honorantes:* sed potiùs tanta eius beneficia in blasphemias 1. Reg: 2. ✠ 12.
conuertentes. Et sic gaudium & gratulatio illa Angelica: *Gloria in* Matt: 11. ✠ 29.
excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, in talibus peruersis Gratulatio Angelica in maledictionem inuersa.
hominibus præposterè etiam accidit: vt videantur nefarij spiritus,
Angelis tantam felicitatem nobis gratulātibus, contrariam vocem
occinere,

occinere, dicendo: Iniuria Deo in excelſis, & in terra bellum & vindicta, hominibus prauæ voluntatis. Propriè ergo talibus Hæreticis ſeu Pſeudochriſtianis conuenit, quod dicitur in textu Euangelico: *In propria venit, & ſui eum non receperunt.*

Chriſtum qui non receperũt.

Grauis querela eſt contra Gentiles, quòd Verbum æternũ, per quod facta ſunt & vigent omnia, quamuis (vt ſupra explicatum eſt) naturaliter cognitum,

Rom: 1. ℣ 25.

non recepiſſent, ſed ſecundum Apoſtolum, *creaturæ non creatori ſeruiendo*, ad turpiſsimam fœdiſsimarum creaturarum adorationem ſeſe conuertiſſent. Grauior verò contra Iudæos, qui Meſsiam ſibi propriè promiſſum, & ex genere ſuo exortum, non receperunt: quin potiùs reprobauerunt, & crucifixerunt.

Chriſtianorum ſupra gẽtiles & Iudęos in Chriſtum ingratitudo.

Sed omnium grauiſsima querela eſt contra Chriſtianos, qui poſt tantam illuminationem, & in filios Dei adoptionem, arctiſsimè capiti Chriſto tanquam membra colligati: tamen dum ſolo nomine creatorem profitentur, opere & veritate turpiùs, quàm gentiles deſerunt, & viliſsimæ creaturæ, hoc eſt propriis deſideriis carnalibus mancipantur. Excedunt etiam tales diſſoluti Chriſtiani, ſua ingratitudine Iudæos: Hi namq; Chriſtum vt promiſſum in vmbris Meſsiam, carne ſibi cognatum reprobauerunt, & in corpore crucifixerunt: Illi verò redemptorem ſuum in veritate acceptum, & Spiritu adoptionis ſibi copulatum, cũ in Baptiſmi profeſsione recepiſſent, poſtmodum vel Hæretici præuaricatione, vel mali Catholici morum diſſolutione renegant: maiori ſane iniuria quàm Gentiles, vel Iudæi, iuxta vulgarem verſiculum: *Turpiùs eiicitur, quàm non recipitur hoſpes.* Z

1. Cor: 2. ℣ 8.
Acto: 3. ℣ 17.
Hebr: 6. ℣ 10.

Inſuper, quem Iudæi in infirmitate carnis, per ignorantiam, teſte Apoſtolo crucifixerunt, eundem iſti iam Dominũ gloriæ in ſemetipſis, tanquam membris denuo Sathanæ dicatis, crucifigũt, & oſtentui habentes, filium Dei conculcant, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt, vt dicitur *Hebr: 6. & 10.*

Chriſtianorum vanę excuſationes in feſtorum cõtaminatione.

Quòd autem multi ſolent, excuſando excuſationes in peccatis, inferre impedimenta coniugalia, liberorum, domeſtica, vel amicorum: meminiſſe debent, contra hoc apertè excluſiſſe Euangeliſtam, iura ſanguinum, voluntatem carnis, & voluntatem viri. Fruſtra etiam incuſant mundum in maligno poſitum: quia mundus per filium Dei factus eſt vtiq; bonus, modò tu illo non abutaris. Deinde non obeſt neceſſaria cum mundo conuerſatio. Quia Chriſtus erat in mundo, ſimiliter & plurimi Sancti, abſque vlla tamen mundana inquinatione.

1. Cor: 5. ℣ 10.

Chriſtiani enim *debebant, iuxta Apoſtolum, exiiſſe ex hoc mundo*, ſed affectibus, non pedibus. Poſtremò nec valet illa excuſatio, totum ferè mun-

ferè mundum in talibus ſęcularibus moribus conuenire: vt hac ratione vix aliquis ſaluari poſsit. Contra quod dicitur: Quia talis mundus Deum non cognouit: Alioqui clamat Saluator: *Lata eſt via perditionis: & arcta ſalutis, & pauci ſunt qui inueniunt eam.* Et iterum: *Multi ſunt vocati: pauci verò electi.*

Matt: 7. ℣ 13.
cap: 20. ℣ 16.
Epilogus exhortatorius.

Recognoſcamus igitur, ô Chriſtiani, Chriſtum ducem noſtrum, qui quamuis carni & ſanguini noſtro communicaſſet: tamen carne impollutus extitit: quamuis in mundo, & quidem cum peccatoribus conuerſabatur: à mundo tamen non eſt inquinatus: Ad quod poteſtatem dedit etiam nobis: modo ipſi filij Dei fieri velimus, vt tandem illi in cœleſti hæreditate aſſociemur. Amen.

In feſto Natiuitatis CHRISTI,

SERMO QVINTVS.

De Verbo æterno, rerum omnium principio, tandem incarnato.

S. Ioannis Euangelii excellẽtia.
Matth: 13. ℣ 52.

A Ptimum in regno ſuo ſcribam ſeu doctorem, reputauit Saluator noſter eum, qui *more boni patrisfamiliâs, de theſauro ſuo, proferat noua & vetera.* Hoc profecto inter omnes ſcriptores ſacros aſſecutus eſt B. Ioannes Euangeliſta, qui de theſauro, non tam ſuo, quàm pectoris ſapientiæ æternę cui incubuerat, protulit nobis rem omnium antiquiſsimam, hoc eſt *Verbum quod fuiſſet à principio*, hoc eſt ab æterno, & quidem apud Deum in vnitate eſſentiæ; & nihilominus ſine vlla immutatione extitiſſet verus Deus.

Noua & vetera in incarnatione maximè exhibita.

Aſſerit etiam, Verbum illud, non ſolùm fuiſſe ante omnes creaturas: ſed *omnia per ipſum fuiſſe facta, & ſine ipſo nihil fuiſſe factũ, ſeu creatum eſſe.* Inſuper vitam, quæ creaturas perpetuò vegetat, & lucem, quæ eaſdem dirigit & conſeruat, illud ipſum Verbum extitiſſe. Deinde profert nobis ſacratiſsimus Euangeliſta rem maximè nouam, & quaſi poſtremam, hoc eſt carnem vel potiùs naturam humanam: vt pote, quæ & nouiſsimè poſt alias creaturas condita fuiſſet, & creatione ac infuſione ſimul nouarum animarum, ſubinde quaſi renouetur.

Iſaiæ 40. ℣ 6.

Hoc viſus eſt conclamare Iſaias: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Verè fœnum eſt populus: exſiccatum eſt fœnum, & flos eius cecidit: Verbum autem Domini noſtri manet in æternum.* Hoc certè euenit humano generi, initio ſuæ creationis. Erat enim in ſtatu innocentiæ

nocentiæ quaſi fœnum florentiſsimum, & aliquando vſque ad cœ-
los ipſos fructificãdum. Sed poſtmodum, ſicut illud afflauit ſpiritus
malignus ad tranſgreſsionem, ſic Spiritus diuinus ad maledictionẽ
& damnationem, vt amiſſo flore, & omni vigore ſeu gloria, experi-
Gen: 2. & 3. ℣ 19. retur illud : *Morte morieris* : & rurſus : *Puluis es, & in puluerem reuerteris.*
Carne igitur ſic quaſi annihilata, tamen manſit Verbum illud ipſum
æternum, in quo vita reſidebat, ad viuificandam humanam natu-
ram : ſecundum illam promiſsionem: Semen mulieris conteret ca-
put ſerpentis, calcaneo hominis per mortem corporis ſimul & ani-
mæ inſidiantis. Iſtam rem valde nouam, per quam nouus Adam
1. Cor: 15. ℣ 47. de cœlo cum homine omnia renouaret, quæ vetus Adam antiqua-
uerat, demum ſubinfert Euangeliſta dicens : *Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum*
Apoc: 1. ℣ 8. cap: 22. ℣ 13. *gratiæ & veritatis.* Hac ratione Chriſtus vocat ſeipſum α & ω. id eſt B
primũ & nouiſsimum : primum quidem ſecundum naturam diuinã:
nouiſsimum ſecundum naturam humanam. Cùm igitur menti hu-
manæ tanquam æuiternæ, quaſi innatum ſit, non tam præſentia mo-
re brutorum conſiderare, ſed quæ vel antiquiſsima vel recentiſsi-
Argumẽtum & partitio ſermonis. ma ſunt, inprimis exquirere. Nos ſuperno freti auxilio, in præſenti
ſermone oſtendemus, iſtam vtriuſq; Natiuitatis Chriſti deſcriptio-
nem, eſſe veluti fontem & principium eorum, quæ tam Moyſes de
principio creationis mundi tradidit, quàm quæ Philoſophi vel di-
uinitus aſpirati, vel ex libris ſacris (quamuis non ſatis intelligen-
tes) mutuati ſcripſerunt. Secundò : Verbi æterni myſteria, & opera-
tiones expendemus. Tertiò : ad mores noſtros aliquid ex eodem
Moyſis cum Ioanne in deſcriptione principiorum elegans collatio. textu accommodabimus. Quantum ad primum. Chryſoſtomus,
& qui eum ſequi ſolet Theophilactus in hunc locum, notant, S. Io-
annem in deſcribendo omnium rerum principio, quodam modo
reſpexiſſe ad deſcriptionem principii creaturarum per Moyſen fa-
ctam. Nos verò inſuper conſiderabimus, Moyſem deſcripſiſſe cre-
Gene: 1. ℣ 1. Ioan: 1. ℣ 1. aturam eiuſq; principium : Ioannem autem quaſi ſuppleuiſſe (quod
Chryſ: & Theophil: ſuper 1. cap: Ioan. nouæ legi conueniebat reſeruatumq; fuit) & deſcripſiſſe principiũ
principiorum, hoc eſt ipſum creatorem, in eoq; perfectiones rerũ
creatarum, veluti Idæas quaſi digito demonſtraſſe. Quod ſic bre-
uiter declaramus. Moyſes ſuæ deſcriptionis ſubiectum ſtatuit, cœ-
lum & terram, hoc eſt mundum hunc Archetypum : Ioannes poſu-
it ſcribendi ſubiectum, ipſum creatorem, dicendo : *In principio erat Verbum* : & exinde Microcoſmum, hoc eſt hominem, qui erat ſcopus
totius creationis : & hoc, quãdo opera creationis deriuat ad ipſum
hominem,

hominem, dicens : *Et vita erat lux hominum.* Moyſes principium intel-
ligit inchoationem creaturarum : Ioannes principium ponit, rem
omni principio carentem, ſed æternam : quæ à nullo quidem facta
ſit, per illam autem omnia facta eſſent, & in ipſo conſtarent. Moy-
ſes dicit : Deus creauit : Ioannes autem : Verbum erat ab æterno
apud Deum ; & idem ipſemet Deus. Ibi dicitur, creatum fuiſſe cœ-
lum & terram, & alia viſibilia, quæ in illis continentur, vt ſecun-
dum Apoſtolum *ex inuiſibilibus viſibilia fierent* : hîc autem dicitur per Hebr: 11. ℣ 3.
Verbum, omne *factum eſſe quod factum eſt : & ſine ipſo factum eſſe nihil* : vt in-
cludantur non ſolum opera creationis viſibilia, ſed (vt explicat A- Coloſ: 1. ℣ 16.
C poſtolus *Coloſ: 1.*) *etiam inuiſibilia in cœlo & in terra* ; immò etiam *omnis* 2. Cor: 1. ℣ 17.
noua creatura, per reparationem hominis facta, ipſaq; adeo gratia &
gloria : excepto hoc, quod nihil eſt, id eſt malo culpæ ſiue pecca-
to. Apud Moyſem dicitur, terram creatam, initio fuiſſe *inanem & va-
cuam* : Ioannes autem atteſtatur, omnium eorum quę per filium Dei
facta eſſent, *vitam in ipſo conſtitiſſe.* Ibi dicuntur *tenebræ fuiſſe ſuper faciem
abyſsi* : hîc autem, vitam in verbo exiſtentem, fuiſſe quoq; diffuſiuam
perfectiſsimæ lucis omnes homines illuminantis. Illic dictum eſt,
fiat lux : & facta eſt lux : hîc verò, Verbum ipſum æternum, erat vera
lux, quæ ipſa Deus eſt, non habens in ſe tenebras vllas. Ibi lux primò inter om- 1. Ioan: 1. ℣ 5.
nes creaturas approbata eſt tanquam bona : hîc lux eſt, Verbũ, De- 1. Tim: 6. ℣ 16.
us, qui ſolus bonitatem eſſentialem obtinet. *Eſt etiam candor lucis æter-* Sap: 7. ℣ 27.
næ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Illic diuiſa
eſt lux, quæ appellata eſt dies, & tenebræ quæ vocatæ ſunt nox. Hîc dicitur : *Lux
in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Siquidem filius Dei Ioan: 9. ℣ 39.
diſtinxit lucem gratiæ ſuæ, quam vocauit diem, à tenebris, hoc eſt Epheſ: 5. ℣ 8.
ſtatu peccati, quas appellauit noctem. Ibi per lucem in dies reda- 1. Theſ: 5. ℣ 5.
ctam, conſtituitur & diſtinguitur ſeries reliquarum creaturarum :
hîc poſt aſſertam veram lucem, diſtinguũtur operationes lucis ſpi-
ritualis, ſeu gratiæ : vt aliæ ſint propriæ ipſi creatori, aliæ commu-
nicatiuæ ad alios illuminandos : ſicut Ioanni Baptiſtæ, & aliis in Ec-
cleſia Dei Doctoribus. Ibi dicitur, Creatorem ſex diebus opera
creationis exercuiſſe, & tandem ab illis quieſcendo, vltimam diem
ſanctificaſſe. Hîc conformiter (vt Apoſtolus oſtendit) *Filius quoq; Dei* Hebr: 4. ℣ 8.
requieuit ab operibus ſuis, & populo ſuo Sabbatiſmum reliquit, quando nimi-
rum poſt tot tantaq; opera creationis & recreationis, per Verbum
æternum facta, quæ Euangeliſta recenſet, tandem credentibus in
ſe, dedit poteſtatem filios Dei fieri, & quidem ex Deo natis ad gra-
tiam, & gloriæ æternæ hæreditatem conſequendam. Moyſes de-

ſcribit, quomodo complementum, & veluti ſigillũ totius creaturæ ſubſecutum eſt, quando ex limo terræ, & ſpiraculo diuino, duabus naturis & ſubſtãtiis diſtinctis & oppoſitis, eſt factus vnus in ſua perſona homo: Hîc Euangeliſta enarrat, quòd nouiſsimis diebus, quã- D do venit plenitudo tẽporis, Spiritus diuinus, hoc eſt Verbum æternum, & caro hominis animata, quam ipſe ſibi in vtero Virginis fabricaſſet, *factus eſt vnus homo de cœlo cœleſtis, & quidem non ſolùm in animam viuentem, ſed & in ſpiritum alios viuificantem.* Moyſes enarrat, quomodo ex Adæ terreni in extaſim rapti oſſe ſeu latere, producta eſſet ſua ſponſa Eua: vt fieret Adæ caro ex carne, & os ex oſsibus, in vinculum inſolubile: Hoc myſterium magis propriè Apoſtolus deriuat ad Chriſtum & Eccleſiam, totamq́; naturam humanam, quam longè arctiori, quàm olim Adam vinculo, hoc eſt in vnam perſonam, cœleſtis ille Adam ſibi ſic adſciuit, vt (ſecundùm quod Eccleſia ex Doctoribus canit) quod ſemel aſſumpſit, nunquam ſit relicturus. Non enim Adam Eua factus eſt, ſed Verbum caro factum eſt. Et certè verba illa, quæ adducit Apoſtolus, veriùs completa ſunt in Adam ſecundo, quàm in primo. Adam enim terrenus, ſi præuaricatione, adhęrendo vxori, ad tempus, dereliquit Deum Patrem, certè matrem quam deſereret non habebat. Chriſtus autem in thalamo crucis, per diuinitatis exinanitionem, habebat quodam modo derelictum Deum Patrem, quando clamabat: *Deus Deus meus quare me dereliquiſti?* Simul etiam per humanam exinanitionem in forma ſerui, & cum ſceleratis deputari, ſeipſum etiam matre orbari voluit, dicens ad matrem: *Mulier, ecce filius tuus*: & ad Ioannem: *Fili, ecce mater tua.* Similiter, Adam terreſtris, per vnius coſtæ communicationem, factus eſt quidem cum Eua in carnem vnam: at non in ſpecie ſeu toto genere humano, ſed in indiuiduo tantùm: quia Caim, Abel, Seth, & reliqui eius poſteri, cum integris coſtis hucuſq; generantur. Sed veriùs Adam cœleſtis, primò quidem arctiſsima vnione perſonali, copulauit ſibi in perpetuum, non indiuiduam ſolùm perſonam, ſed ipſam naturam humanam; poſtmodum verò in cruce, morte ſoporatus, latere lancea tranſuerberato, per ſanguinis & aquæ ſimul emiſsionem, non ex vnica coſta, ſed ex toto corpore, ſponſam ſibi dilectiſsimam Eccleſiam acquiſiuit: propter quam (vt diximus) in morte patrem & matrem relinquere non dubitauit. Quod videtur E exaggerare Pſalmiſta in perſona Chriſti ſubiiciens: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Hoc etiam atteſtatus eſt ipſe Ioannes Baptiſta, quando interrogatus de baptiſmate Chri-

Adæ terreni & cœleſtis formationis myſteriũ.
Geneſ: 2. ℣ 7.
1. Cor: 15. ℣ 45.

Vetus Adã produxit Euam, nouus Adam Eccleſiam ex proprio latere.
Geneſ: 2. ℣ 23.
Epheſ: 5. ℣ 32.

Chriſtus adhærendo ſponſę Eccleſiæ, veri⁹ quã Adã reliquit Patrem & matrem.
Geneſ: 2. ℣ 24.
Pſalm: 21. ℣ 1.

Ioan: 19. ℣ 26.

Chriſtus arctiùs vnitus naturę humanæ quàm Adam Euæ.

Ioan: 19. ℣ 34.

Pſalm: 21. ℣ 18.

ſti, quo ille ſibi (ſecundum Apoſtolum) parabat *ſponſam Eccleſiam ſine ruga & macula*, vocauit Chriſtum *ſponſum, qui habeat ſponſam*, ſe autem tantum *amicum ſponſi* proteſtatus eſt. Et diſcipuli eius fortaſſe à magiſtro edocti dicebant: *Quem ſcripſit Moyſes, inuenimus Ieſum à Nazareth.*

Ex his quæ dicta ſunt, manifeſtè apparet illud, quod Dauid de filio Dei prædixerat: *In capite libri ſcriptum eſt de me*: & quod ipſe Dominus de ſeipſo aduerſariis obiicit, *Ioan: 5. Si crederetis Moyſi, forſitan & mihi crederetis, quia ille ſcripſit de me.* Cæterùm nec ſcriptores prophani antiquiſsimi, huius rerum omnium principij prorſus ignari extiterũt. Siquidem vetuſtiſsimi Doctores Græci & Latini, multa ex illis teſtimonia ea de re adducunt, præſertim Clemens Alexandrinus, Iuſtinus Martyr, Irenæus, Tertullianus, Lactantius, Euſebius Cæſarienſis, Cyrillus Alexandrinus, & alii. Ex quibus colligere licet, Sibyllas, & primos illos Græcorum ſapientes, quamuis cõmuniter plures Deos ſtatuerent, tamen peculiariter vnum eſſe rerum principium, ipſumq́; eſſe λόγον, quod à Deo ab æterno proceſsiſſet. Multa ad eam rem iidem & ſimiles autores adducunt: præſertim ex Sibyllinis oraculis, quarum etſi non omnia fuiſſent ſcripta, eò quòd illæ quæſita oracula ore depromerent: In iis tamen quæ extant, F multa de Chriſto eiuſq́; regno, ita clarè expreſſa ſunt: vt cùm omnium antiquiſsima ſint, poſt promulgationem nouæ legis, ex ipſis Euangeliſtis deſumpta eſſe videantur. Plurima talia à priſcis patribus adducuntur. Sufficiat modo commemorare Auguſtinum, qui ex aliis antiquioribus, adducit verſus Sibyllæ Erithrę́æ de Chriſto Meſsia, quorum verſuum literę initiales conſtituunt iſtum titulum, IESVS Chriſtus, Dei filius, Seruator, cruci. Dubium igitur non eſt, iſtos, & alios ſimiles Aethnicos vates, ad talia myſteria aſſequenda, fuiſſe diuinitus afflatos, vt alibi quoq; oſtendimus. Addunt Doctores ſupra citati, Philoſophos illos antiquiores, multa talia didiciſſe ab Aegyptiis, apud quos populus Dei captiuus detinebatur, ea etiam inter alias de cauſa, vt Gentilitas ex illius conuerſatione, ad capiendam agnitionem veri Dei prępararetur. Peculiariter autẽ pleraq; talia ex libris Moyſi fuerunt aſſecuti: & poſtmodum ex aliis libris ſacris, ipſoq́; nouæ legis Euangelio. Vnde Auguſtinus affirmat, ſeſe cùm adhuc lectioni prophanæ addictus eſſet, ſæpius apud Platonicos Philoſophos eadem ferè verba legiſſe: *In principio erat Verbum &c.* Idem alibi certũ teſtimonium affert, quendam Platonicum ſæpius aſſeruiſſe, verba initij Euangelij S. Ioannis tanti eſſe ponderis, vt non ſolùm in Eccleſiis, ſed etiam in eminentiſsimis

Ioan: 3. ℣ 29.
Epheſ: 5. ℣ 26.
Ioan: 1. ℣ 45.

Moyſis ſcripta ĩ Chriſto cõpleta
Pſalm: 39. ℣ 9.
Ioan: 5. ℣ 46.

Gentilium ſapientũ de filio Dei rerum principio teſtimonia.

Clemens Alex: lib: 6. Stromat.
Iuſtin⁹ ad Gentiles, & Antonin.
Irenæus lib: 3. contra hær.
Tertul: in Apol.
Lact: de ve: ſap.
Euſeb: de pręparat: Euang.
Cyrillus contra Iulianum.

Sibyllarum de Chriſto Verbo ęterno oracula.
Aug: de ciuitate Dei. lib: 18. cap: 23.

Euangeli S. Ioãnis initium quãtopere etiã Philoſophis admirandum, & quãtæ ſit virtutis.
Aug: lib: 7. Cõfeſ: cap: 9.
Idem lib: 10. de ciuit: cap: 29.

quibuſuis locis, aureis literis ea oculis omnium exponi conueniat. Inde etiam fortaſſe priſcis Chriſtianis mos erat, verba illa in ſchedula complicata in collo appenſa geſtare. Quare ſuperſtitio quidem in hoc eſſet repræhendenda, qua excluſa, nihil prohibet, quin non minùs, quàm nomen IESVS, vel ſignum Crucis per literam Tau adumbratum, à fidelibus, veluti teſſera fidei, & ſacrum amuletum, atque interioris fidei externum ſignaculum reuerenter

Euſe: Cæſar: de præpa: Euang: lib: 11. cap: 10.
Ioannes barbarus ſed qualis?

deferatur. Refert quoq; Euſebius Cæſarienſis, Platonicum recentiorem Amelium, aſſeruiſſe, per verbum æternum à Deo procedens omnia fuiſſe facta. Quod confirmat teſtimonio antiquioris Philoſophi Heracliti. Deinde ſubiicit teſtimonium S. Ioannis, quem ſupreſſo nomine vocat Barbarum, hoc eſt nec Grçcum, nec Philoſophum, qui tamen λόγον, ſeu Verbum æternum, putat in ordine principij atq; dignitate conſtitutum, apud Deum eſſe, & Deum eſſe, per quod vniuerſa ad eſſe producta ſunt, in quo quæ viuunt, vitam ha-

Hilarius lib: 2. de Trinitate.

bent. Huc quaſi reſpiciens Hilarius ſic ſcriptum reliquit: Aeſtuo, G
differor, hæbeſco, & vnde incipiam neſcio. Neſcio enim quando natus ſit filius, & nefas eſt mihi neſcire quòd natus ſit. Quem imprecer? quem implorem? ex quibus libris ad tantarum difficultatum enarrationem verba præſumam? Euoluam omnem Græcię

Iſaiæ 33. ℣ 18.
1. Cor: 1. ℣ 20.
1. Cor: 1. ℣ 23.

ſcholam? ſed legi: *Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor huius ſæculi?* In hoc ergo Sophiſtæ mundi & ſapientes ſæculi muti ſunt, ſapientiā enim Dei reprobauerunt. Scribam ergo legis cōſulam? ſed ignorat, quia ei Crux Chriſti ſcandalū eſt. Et quibuſdam interiectis: Piſcator, inquit ægens, ignotus, indoctus, manibus lino occupatis, veſte vuida, pedibus limo oblitis, totus è naui. Quærite & intelligite, circumſpicite, vtrum mirabiliùs fuerit mortuum excitaſſe, an imperito ſcientiam doctrinæ iſtius intimaſſe. Ait enim: *In principio erat Verbū, &c.* Hæc Hilarius. Et cùm induxiſſet ad propoſitum, principium creaturarum per Moyſen traditum, ſic rurſus ſubinfert: Meus autem piſcator illiteratus, indoctus, liber à tempore, eſt ſolutus à ſæculis, vicit omne principium. Erat enim quod eſt, neq; ab aliquo tempore concluditur vt cœperit, quod erat in principio potiùs quàm fiebat. Hæc Hilarius maximè ad propoſitum noſtrum. His præmiſsis, verba Euangelica, quamuis antehac vtcunq; expoſita, ſed ſemper inexhauſta, breuiter expendamus.

Secunda Pars.

λόγος variè ſignificat, ſed propriè Verbum æternum.



TAntæ doctrinę ſubiectum, ſacer Euangeliſta poſuit λόγον. Quod antiquiores Latini Doctores, primò quidem indifferenter,

ferenter, tam verbum quàm ſermonem exponebant. Sed poſtmodum, quia verbum, non ſolùm externam prolationem vel prolocutionem, (ſicut ſermo, qui in àërem euolat) ſed magis propriè interiorem etiā rei conceptæ imaginē, & quaſi idæam deſignat (quod vtriq; in Chriſto naturæ potiùs conuenit) magis vſitatè λόγον, Verbum expoſuerunt. Exinde tamen Eraſmus nouitatis ſtudioſus, & plus nimio Græciſans, expoſuit ſermonem. Vnde noua reputreſcēs fœx Arianorum, datam ſibi putauit occaſionem, vt filium Dei, non verbum ſed ſermonem, hoc eſt, natura, non Deum, ſed hominem, qui ſermones ſeu promiſſa diuina conſummaret, tum creaturam, &
H quidem Maria poſteriorē, deblatraret. Quod certè nullus (quod ſciā) Arianorum antiquorum, qui tanquam doctiores, verbi vim ac energiā magis intelligerent, negare fuit auſus, vt filium Dei λόγον tanquam Verbum ex Deo prolatum diffiteretur: quamuis generationem æternam, & conſubſtantialem æqualitatē pernegabant. Ideo contra iſtos poſteriores diuinę naturæ & veritatis impoſtores, in

Plato de Verbo æterno diuinè philoſophatus.
Clemens Alexādrinus libro 5. Stromatum.

extremo diuino iudicio conſurget (vt interim alios reticeam) Plato, in hunc ſenſum naturaliter (vt habet Clemens Alexandrinus) philoſophatus. Veritas & ſermo, ſola mente ſpectabilis eſt: Ideę autem, imaginatio, ſeu cogitatio, eſt Dei, quam Barbari λόγον, ſeu verbum dixêre Dei: veri Philoſophi veritatis ſtudioſi ſpectatores. Progreſſum autem verbum, creationis author, poſtea quoque ſeipſum gignet, cùm verbum caro extiterit. In his enim verbis, diuinus iſte Philoſophus conſiderat, æternum Dei filium ſemper in mente Dei Patris fuiſſe genitum; diciq; veritatem reſpectu identitatis naturę: Idęam verò & verbum, reſpectu perſonæ, quæ creaturis eſſet communicabilis. Hoc autem ſupra omnes Philoſophos, aſſecutos fuiſſe Barbaros, hoc eſt ex idiotis Apoſtolos, ſed ſingulari Dei contemplatione illuminatos. Exinde verò hoc Verbum, exacto opere creationis omnium rerum, per incarnationem propria virtute operandæ, mundo fore appariturum. Adeò vt hæc ſententia, initiū

Verbum cur maluit dicere S. Ioannes quā filiū.

Euangelii S. Ioannis ſatis expreſsiſſe videatur. Porrò maluit Euangeliſta ſecundam perſonam diuinitatis vocare verbum, quàm filiū, propter quatuor rationes. Prima: Quia cùm Deus ſit mens, faciliùs humana fides apprehendit, eum produxiſſe verbum, quàm filium, quòd carnalem potiùs conſiderationem importat. Secundò: quia productio creaturarum, quæ huic ſecundæ perſonæ erat attribuenda, magis correſpondet verbo, quàm filio. Moyſes enim dicebat, *Verbo Dei facta fuiſſe omnia.* Quod ipſum explicat Dauid dicens:

Verbo

Pſalm: 32. ✠ 6.

Verbo Domini cœli firmati ſunt.&c. Tertiò: Vt maior eſſet proprietas & emphaſis myſterij incarnationis. Si enim dictum fuiſſet: Filius caro factus eſt: ſequeretur quædam implicatio, ad naturarum vel perſonarum confuſionem. Iam verò quando dicitur, *Verbum caro factum eſt*: perinde ſonat, ac ſi diceretur, Deus homo factus eſt. Quartam rationem ponunt, S. Baſilius, Theophilactus, & Eutymius, vt omnem cogitationem carnalis vel creatæ generationis interciperet, quæ Arianis maximi erroris cauſam ſubminiſtrabat. Non verebantur enim viri illuſores in talia dicta prorumpere: Si filius eſt, neceſſe eſt vt & fœmina ſit, & colloquium ſermonis, & coniunctio coniugalis verbi, & blandimentum, & poſtremum ad generandum naturalis machinula. Hæc ibi. Cuiuſmodi ſtrophas infernali cauterio dignas, plurimas, proh dolor, à compluribus annis legimus, ad noſtrum iſtud regnum, tanquam omnium Hæreſum aſylum, introductas, ex Tranſyluania præſertim, quæ tanti ſceleris miſerabiles hucuſq; pœnas excipere non deſinit: nobis in exemplum & quaſi in ſpeculum vicinum, quid nos quoque, niſi talia monſtra aliquando tandē excuſſerimus, expectare oporteat. Omnino *homines animales, & quæ non intelligunt blaſphemantes*, volunt Deum creaturis, quin etiā Deum ſummam intelligentiam, ſenſibus ſuis brutalibus componere: contra illud quod Dominus proteſtatur per Prophetam: *Putas ne, Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus: & non Deus de longe?* Tria igitur ſecundum D. Thomam, S. Ioannes, optima methodo, aſſerit de hoc Verbo. Primùm, quando erat: Secundò, vbi erat: Tertiò, quid erat: Quartò (vt nos reliqua proſequamur) quid in ſua proprietate (vt Verbum æternum eſt) in creaturis operabatur: Quintò, quomodo demum imaginem & ſimilitudinem Dei in homine ſic reſtituerit, vt non ſolùm ad imaginem Dei perfectus fuerit homo, ſed ad imaginem hominis factus fuerit Deus. Porrò aſſertio S. Ioannis, quatuor iſtis terminis perficitur: *Verbum, Deus, In principio erat: & apud Deū.* De quibus cùm antehac plura dixiſſemus, pauca quæ Dominus inſpirauerit addemus. Verbi Etymon explicuit S. Hieronymus, ſic ſcribens: Ioannes ruſticus, piſcator, indoctus: & vnde illa vox obſecro: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum?* λόγος enim Græcè multa ſignificat. Nam & verbum eſt, & ratio, & ſupputatio, & cauſa vnius cuiuſq; rei, per quam ſunt ſingula, quæ ſubſiſtunt: quæ vniuerſa rectè intelligimus in Chriſto. Hæc ille. Iſtæ autem denominationes etiam textui præſenti Euangelico applicari poſſunt: Vt rationem intelligamus, internum in mente Dei conceptum,

Hæretici terreni & carnales, generationem filii Dei ſpiritualem & cœleſtem carpebant.

Baſilius.

Theophilactus.

Eutymius in hunc locum.

Iſaiæ 28. ✠ 14.

Iudæ 1. ✠ 10.

Iſaiæ 23. ✠ 23.

Methodus S. Ioannis in deſcribendo Verbo æterno.

S. Thomas lect: 1. in Ioannem.

Verbi ſignificata filio Dei correſpondent.

Hieron: epiſtola ad Paulinum Bibliis præliminari.

conceptum, quo ſe ipſum ab æterno cognoſcit: ſupputationem verò reſpectu relationis inter Deum & Verbum, hoc eſt Patrem & filium: Verbum autem, perſonam filij Dei; Verbum inquam in-

K ternū ſecundum generationem diuinam ab æterno, quod apud Deum & in ſinu Patris exiſtens, erat naturalis Dei Patris & imago, & character: Verbum autem externum, quando aſſumpta carne, Deum in ſua natura & ſpecie inconſpicuū, nobis reuelauit, & ſenſibus etiam per verbum vitalis doctrinæ expoſuit, iuxta illud: *Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Cauſam autem omnium rerum, & quidem primam, ipſumq; principium, eundem intelligimus, quia *omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil: & in ipſo vita erat.* Secundus in hac ſententia terminus eſt, *Deus*, qui miro Spiritus diuini artificio, cum Verbo inuicem de ſe prædicantur. Quando enim dicitur: *Verbum erat apud Deum*: per Deum deſignatur perſona Patris, ex ſua ſubſtantia filium generantis. Quando additur: *Et Deus erat Verbum*: explicatur, illud ipſum Verbum eſſe ſecunda perſona diuinitatis, à Patre quidem perſona diſtincta, ſed naturâ non minùs, quàm ipſe Pater, Deus. Deniq; dum concluditur: *Hoc erat in principio apud Deum*: Primùm quidem inſinuatur tertia perſona Spiritus ſancti, quæ quidem procedat, non ſolùm à Verbo quod erat in principio, ſed etiam à Deo apud quem erat Verbum, hoc eſt à perſona Patris. Porrò *In principio*, notat ipſam æternitatem. Quod vel ipſe Ioannes explicat initio primæ ſuæ Canonicæ dicēs: *Quod erat ab initio, &c. de verbo vitæ, &c. teſtamur & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Vbi idem dicit Euangeliſta, quod initio Euangelij dixerat, Verbū fuiſſe ab initio, ſeu à principio, quod erat apud Patrem, & quidem Verbum vitæ, ſeu in quo vita erat, immò (vt in fine Epiſtolæ addit) *Deum verum, & ipſam vitam æternam*: & idem Verbum nobis in carne ſic apparuiſſe, vt Apoſtoli illud *ipſum viderint, oculis perſpexerint, & manibus contrectauerint.* Eidem termino (*In principio*) conuenit quoq; particula (*erat*) denotat enim temporis antiquitatem, quam mens humana poteſt comprehendere maximam, atq; adeò ipſam æternitatē. Ideo Ambroſius hanc ſententiam inferens dicit: *Erat, inquit, apud Deum: Erat, erat, erat, erat.* Ecce quater erat: Vbi impius dicit, quando non erat? Alibi quoq; Ioan-

L nes in Epiſtola ſua dicit: *Quod erat in principio*, indefinitè tenditur, erat. Quidquid cogitaueris: erat filius. Et poſtea: Arius dicit: Erat quādo non erat: Sed ſcriptura dicit, *erat*: non dicit, non erat. Denique Ioannes ſcripſit: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus*

Ioan: 1. ✠ 18.

Verbū, & Deus, quomodo de ſe inuicem prædicantur.

Verbum erat apud Deum in principio quomodo.

1. Ioan: 5. ✠ 20.

Eſſe à pricipio, Diuinæ naturæ proprium, ſic etiam Chriſto.

Ambroſius de fide lib: 1. cap: 5. ✠ 9.

erat Verbum: Hoc erat in principio apud Deum. Ecce quotiens erat,& nunquam dixit, quòd non erat. Cui ergo credimus, Ioanni in Christi pectore recumbenti, an Ario inter effusa se sua viscera volutanti? Hæc ille. Deinde Verbum *(erat)* Græcè ἦν, deriuatur ab esse, quod denotat ipsam diuinam essentiam, iuxta illud, quando Deus dicebat
Exod: 3. ℣ 14. Moysi, *Exod: 3. Ego sum qui sum.* Et rursus: *Qui est, misit me ad vos.* Ne autem quis ex ista præteriti temporis nota, filij Dei naturam tempore metiatur, additur alibi totum temporis cõplementum, ipsam æter-
Apoc: 1. ℣ 4. 8. nitatem designans. Nam *Apocalip: 1.* postquam dixisset idem Apo-
Nota Christi cũ patre æqualitatem. stolus de Deo absolutè, vtiq; de Deo Patre, hæc verba: *Gratia vobis & pax à Deo, qui est, qui erat, & qui venturus est*: deinde eadem verba filius Dei in carne de seipso dicit: *Ego sum α & ω, principiũ & finis, dicit Dominus Deus, qui est, qui erat, & qui venturus est, omnipotẽs.* Quartus terminus in ista sententia est *(apud Deum)* quod simul denotat & distinctionem personę, quando dicit, non in Deo, sed apud Deum: & ipsam naturæ vnitatẽ,
Ioan: 1. ℣ 1. & 18. quãdo idem ipse Euangelista declarat, idem fuisse filio apud Deum, quod semper esse in sinu Patris. Et ipse filius apertiùs idipsum con-
Ioan: 10. ℣ 30. testatur: *Ego & Pater vnum sumus.* Et alibi: *Ego in Patre, & Pater in me. Ideo*
Ioan: 14. ℣ 10. *qui videt me, videt & Patrem meum.* Ad hoc propositum Lactantius ci-
Lactan: de vera Sapient: cap: 6. tat versiculum Sibyllæ, in hunc sensum canentis:

Ipsum cognosce Deum, filium Dei existentem.

Hoc erat in principio apud Deum: qualis assertionũ congeries. Cæterùm hanc assertionem Euangelista concludit artificiosa recapitulatione, dicens: *Hoc erat in principio apud Deum.* Primùm quidem ideo, vt quæ de personis diuinis distinctè dixisset, in vnius indiuisæ essentiæ naturam congereret. De quo præclarè Hilarius: Sed tre-
Hilarius lib: 2. de Trinit: pido (inquit) in dicto, & me insolens sermo commouit. Audio: *Et Deus erat Verbum*: cùm vnum Deum Prophetæ enuntiauerint. Sed ne quò vltra trepidatio mea progredi posſit, reddit Sacramenti tanti piscator meus dispensationem, & refert ad vnum omnia, sine contumelia, sine abolitione, sine tempore. Ait enim: *Hoc erat in princi-* M
pio apud Deum. Cùm, hoc erat in principio, non tenetur in tempore: Cùm Deus est, non refertur ad vocem: Cùm est apud Deum, nihil nec confunditur, nec confertur. Nam nec aboletur in alterutrum,
Basilius homil: in 1. cap: Ioan. & apud vnum ingenitum Deum, quo ipse vnus vnigenitus est, Deus prædicatur. Similiter Basilius: Sic rursus (inquit) paucis verbis
Hæreses longas S. Ioannes breuiter cõfutauit. omnem suam Theologiam in summã redegit. *Hoc, inquit, erat in principio apud Deum. &c.* Atq; ita (dicit S. Ambrosius) omnes Hæreses, hoc capitulo breui piscator noster exclusit. Quod enim erat in
Ambros: lib: 1. de fide cap: 5. principio, non excluditur tempore, nõ principio præuenitur: ergo

Arius conticescat. Quod autem erat apud Deum, non commixtione confunditur, sed manentis Verbi apud Patrem solida perfectione distinguitur, vt Sabellius obmutescat. Et Deus erat Verbũ. Non ergo in prolatione sermonis hoc Verbũ est, sed in illa cœlestis designatione virtutis, vt confutetur Photinus. Quòd verò erat in principio apud Deum, sempiternę diuinitatis in Patre, & filio inseparabilis vnitas edocetur, vt erubescat Eudoxius, & Eunomius. Postremò, cùm omnia per ipsum facta dicuntur, ipse conditor noui vtiq; testamenti & veteris designatur, vt Manichæus locum tentationis habere non posſit. Ita piscator bonus, intra vnum omnes rete conclusit, vt faceret inhabiles fraudi, quamuis essent inutiles captioni. Hucusq; Ambrosius. His de æterna generatione quamuis balbutiendo enarratis, consimili humilitate, ad generationem temporalem quàm breuisſimè transeamus: his verbis expressam:
Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ordinem istum quem in e- Incarnationis filij Dei ordinẽ & modum Euãgelista conformat Prophetis.
narranda vtraque Christi generatione secutus est S. Ioannes, longè ante prædixerat Baruch Propheta. Postquam enim enumerasset summam Dei potentiam in productione et conseruatione creaturarum: sic prosequitur: *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus* Baruch 3. ℣ 36.
eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Posthæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Cùm enim Euangelista descriptionem Verbi æterni concludit: *Hoc erat in principio apud Deum*: ostendit ea quæ initio trifariam de Verbo & Deo
N dixerat, vnitatem vnius & eiusdem diuinæ essentiæ afficere non
potuisse, quin vnus Deus permaneret, & (vt ipse per Isaiam prote- Isaiæ 43. ℣ 10.
statur) nullus aduersus eum (quamuis personæ diuersis relationibus discernerentur) æstimaretur. Deinde dicitur adinuenisse omnem viam disciplinæ, hoc est ad reparandam humanam conditionem. Quod quidem effectum est, quando dicit Euangelista: *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Et postea: *Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum.* Quod autem subinfert Propheta in particulari: inuentam omnẽ viam disciplinæ, tradidisse Iacob puero suo, & Israel electo suo: hoc referri potest, ad illud quod Euangelista dicit: *Quotquot receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Verbum enim æternum, etiam ante susceptam carnem, erat in mundo, per fidem futuræ incarnationis, Abrahæ seminiq; eius singulariter applicatam, filiis nimirum Abrahæ, non tam secundum carnem, quàm secundum spiritum & fidem:

Siquidem *non omnes ex Israel, sunt Israelitæ, sed qui sunt filij fidei & promissionũ,* vt Apostolus deducit. Postremò, quod dicit Propheta in prænotione spiritus: *Posthæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est:* hoc Euangelista præstitum re ipsa demonstrat dicens: *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. &c.* Eundem ordinẽ indicat Dominus ipse per Isaiam dicens: Accedite ad me, & audite hoc: *Non à principio in abscondito locutus sum, & ex tempore antequã fieret, ibi eram. Et nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius.* Quod qui rectè expenderit, idem ex hac sententia percipiet, quod clariùs expressit S. Ioannes: In principio fuisse Verbum, quod esset quasi interpres & imago Dei Patris & totius diuinitatis, idemq; extitisse in sua essentia ab æterno, priùs quàm creaturę per illud fierent, seu factæ essent: postmodũ verò missum esse, hoc est suscepisse carnem humanam, opera seu virtute, non solùm Verbi propria, sed totius diuinitatis, nimirum Patris, virtute sua (quæ secundum Apostolum filius est) Mariæ obumbrantis, & Spiritus sancti, Mariam ad hoc opus singulariter fœcundantis.

Rom: 9. ✠ 7.

Isaiæ 48. ✠ 16.

Incarnatio opus totius Trinitatis in solum filium deriuans Lucæ 1. ✠ 35. 1. Cor: 1. ✠. 24.

Cyprianus in expositiõe Symboli.

1. Cor: 1. ✠ 24.

Eundem dicendi ordinẽ postulabat ratio humani intellectus. Cùm enim dicente Domino, *quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est:* duriusculum videretur, hominem, carnem & ex carne, & secundùm carnem natum, explosa quasi imperfectione carnis & sanguinis, ex Deo renasci, & filium Dei fieri. Propterea subinfert S. Ioannes longè maius Dei opus, quòd etiam ipse Deus factus fuerit homo: quo quidem cum natura humana commertio, hoc quoq; effectum est, vt homines renascantur filii Dei. Præclarè Athanasius: Sicut (inquit) non liberati fuissemus à peccato & maledicto, nisi verè ea naturaliterq; humana caro fuisset, quam induit Verbum (nihil enim commune nobis esset cum re aliena) sic quoque non deificatus foret homo, nisi naturaliter ex patre verum propriumq; eius esset Verbum, quod caro factum est. Propterea namq; huiusmodi facta est vnio, vt Deitas vera, & vt sic dicam, naturalis, verum & naturalem hominem sibi conseret, & stabilis efficeretur hominis salus & deificatio ipsius. Et alibi. Vt enim (inquit) Dominus induto corpore factus est homo: ita & nos homines ex Verbo Dei deificamur: eò quòd illud receptũ sit in carne, & iam inde vitam æternam adipiscimur. Hactenus Athanasius. Porrò in hac propositione, tres termini sunt considerandi. Primus, verbum: secundus, caro: tertius, factum est. De verbo non est difficultas, quòd intelligatur secunda persona Diuinitatis: quia tota cohærentia textus S. Ioannis, per particulas relatiuas, ad illud ipsum Verbum, quod

Deus filius hominis factus, vt homo fieret filius Dei.

August: Serm: 9. & 12. de Natiuit: Domini.

Bernar: Serm: 1. in vigilia Natiuit: Domini.

Athanasius sermone 3. & 4. contra Arianos.

Verbum caro quomodo factũ, & quomodo vim incarnationis magis exprimit.

Has phrases explicat satis Epiphanius contra Dimærit: & in Ancoratu.

bum, quod initio proposuerat, refertur. Sed quòd Euangelista posuerit Verbum non autem filium, aut Deum: & rursus carnem, non autem naturam humanam, vel ipsum hominem: varias causas inferunt sacri Doctores, quas retuli superiùs. Præcipua tamen est, quia tantũ mysteriũ & in homines beneficiũ, magis propriè & magis emphaticè exprimitur, sicut per Verbum ex parte Dei, sic per carnem ex parte hominis. Dixi magis propriè: Quia si dixisset: Filius factus est caro, videretur quasi identica, neq; supra naturam humanã elocutio: cùm filiationem homines secũdùm carnem apprehendant: fuissetq; exinde maior occasio Nestorianis, duplicẽ in Christo constituere personam. Si etiã dixisset: Et Deus homo factus est (quod tamen verè Ioannis elocutio sonat) potuisset confirmari error Sabellianorum, qui etiam in opere incarnationis personas confundebant. Iam verò ex parte Dei ponitur Verbum, non solùm quia (vt dixi) de illo eodem sermo continuatur: sed etiam, quia sicut Verbum ex natura sua exprimit generationem ex Deo in mente, & est interpres ad cognitionem ipsius mentis: sic etiam natura sua aptum est ad generationem secundum carnem, & in ipsa carne Diuinitatis inconspicuæ ostensionem. In quem sensum præclarè Augustinus: Verbũ (inquit) quod foris sonat, signũ est verbi quod intus latet, cui magis verbi competit nomen. Nam illud quod profertur carnis ore, vox verbi est, verbumq; & ipsum dicitur propter illud, à quo vt foris appareret, assumptum est. Ita enim verbum nostrum vox quodam modo corporis fit, assumendo eam in qua manifestetur sensibus hominum. Sicut Verbum Dei caro factum est, assumendo eam, in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum. Et sicut verbum nostrum fit vox, nec mutatur in vocem: ita Verbum Dei caro quidem factum est, sed absit vt mutaretur in carnem. Assumendo quippè illã non in eam se confundẽdo, & nostra vox fit, & illud caro factum est. Hæc ille. Dixi secundò: tantum incarnationis opus, magis emphaticè expressum fuisse per Verbum & carnem. Sicut enim alibi ostẽdimus, Apostolum hoc idem mysterium exaggerasse per terminos sibi maximè oppositos, nimirum carnis, & spiritus, gentium, & angelorum, mundi, & gloriæ: eodem modo Euangelista in describenda incarnatione, ex parte Dei posuit rem omnium altissimam, hoc est Verbum, quod (vt congerit Ambrosius) erat, erat, erat, atque erat à principio, hoc est ab æterno, & quidem apud Deum, & Deus ipse: per quod etiam omnia facta sint, viuant, & conseruentur. Huic autem ex parte hominis

Theodoret' in Epithome Diuinorũ dogmatum.

Verbo maximè Diuinitas innotescit in propria & humana natura.

Verbi Diuini ad humanum analogia.

Aug: de Trinit: lib: 15. cap: 11.

Sermõe nostro 3. de Nat: Dñi sup ✠ba Apost. 1. Timoth: 3.

Verbi æterni ad carnem humanam aptissima oppositio.

Gene: 6. ℣ 3.

opposuit rem fragilissimam, nimirũ carnem. Nam in Genesi cùm dicitur, omnem carnem, id est genus humanum, corrupisse viam suam, introducitur Deus sic dicens: *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* Idipsum proclamari iubetur Isaias. *Clama: Omnis caro fœnum &c. decidit & exsiccatum est: Verbum autem Domini nostri manet in æternum.*

Isaiæ 40. ℣ 6.

Generatio humana carnalis virtute Verbi æterni in spirituale regeneratur. Ioan: 1. ℣ 13.

Nec illud vacat mysterio, quòd antequam Euangelista diceret: *Verbum caro factum est,* præmisit humanam generationẽ vitiatam peccato, ex sanguinibus, voluntate carnis, & volũtate viri, vt istud generationis vitiũ excluderetur à spirituali regeneratione in filios Dei, idque virtute subsequentis vnionis Diuinæ naturæ cũ humana. Siquidem filius Dei factus est homo, non ex sanguinibus congressus carnalis, sed ex sanguine virginali purissimo ex carne quidem Mariæ, sed non ex voluntate, id est concupiscentia, carnis: neque ex voluntate viri, sed potius vir ipse tanquam ὁ ἀρχιτέχνας seu archiopifex (vt loquitur Epiphanius) ex sua ipsius volũtate hãc ipsam sibi in vtero virginis domum corporis fabricauit.

Sapientia æterna ædificauit sibi domũ in corpus humanum. Prouer: 9. ℣ 1. Epiph: contra Sabellianos.

Ideo cùm dicit Apostolus: *Hebr. 2 quòd pueri communicassent carni & sanguini;* non dicit filium Dei communicasse se eidem carni & sanguini, sed *illis seipsum similiter communicasse,* hoc est in naturæ statu, nõ autẽ in defectu.

Quomodo filius Dei cõmunicauit pueris, carni & sanguini cõmunicantibus. Hebr: 2. ℣ 14.

Subit & alia ratio, quòd Verbo maluerit Euangelista iungere carnem quàm hominem, vel naturam humanam. Quia si dixisset, naturam humanam verbum factum: dubitari potuisset, an Christus fuerit in sua persona verus & singularis homo, verus inquam hominis, id est Mariæ, filius. Rursus si dixisset, Verbum homo factum est: cùm homo sine propria hypostasi seu persona non dicitur propriè homo, sequeretur Christum, vt in natura diuina, sic etiam in humana, singularem retinuisse personam, vt aliqui hæretici hallucinabantur.

Christi natura duplex in vna persona efficit cõmunicationẽ idiomatum.

Cùm veritas Catholica firmissimè teneat, personam diuinam fuisse sibi sufficiẽtem, ad vtramq; naturam sustinendam. Ideoq; ad vnionem veri Dei simul & hominis, sufficiebat sola persona, non humana finita, quæ diuinitatem infinitam sustinere non potuisset, sed diuina, quæ ad perficiendum hoc opus erat sufficiens. Ista vnitas personæ in duabus distinctis naturis, elucidat illas propositiones scripturæ, in quas multi hæretici impegerunt: quando dicitur Dei filius, ex muliere factus seu natus, circumcisus, passus, & Dominus gloriæ crucifixus, atq; mortuus: Econuerso autem, quando asseritur filius hominis descendisse de cœlo, simulq; ibidem esse, ex mortuis sepulchro intacto resurrexisse, & cœlos visibiliter penetrasse, atq; conscendisse. Hæc enim verissimè dicuntur (vt antiquiores

Galat: 4. ℣ 4. Matth: 20. ℣ 18. 1. Cor: 2. ℣ 8. & 15. ℣ 3. Ioan: 3. ℣ 12. & 6. ℣ 62. Actor: 1. ℣ 9. Hebr: 4. ℣ 14.

quiores Theologi dicebant) œconomicè, vel theologicè, hoc est secundum recentiores, per communicationem Idiomatum: hoc est, quando propter vnitatem personæ in Christo, attributa essentialia diuinitatis & humanitatis de se inuicem prædicantur.

Theodoretus Dialogo 2. ἀσυγχύτως.

Quod inter alios S. Augustinus, sic doctissimè expressit: Ita caro verbo in Christo counita est, vt non minus caro cum verbo, ad dexteram Patris considens, quàm ipsum Verbum adoretur. Nam & qui suscepit, & quod suscepit, vna est in Trinitate persona. Hæc ille. Quod quia hæretici ignorant, vel temerè negant, ex infinitis erroribus sese explicare non possunt.

Augustinus de Trinitate lib: 1. cap: 13. Vide D. Thomam 3. parte, quæst: 16. arti: 4.

Tertius terminus in ista propositione est (*Factum est*) Vbi primo meminisse oportet, Euangelistam de Verbo æterno præmisisse, quòd *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Et hoc igitur quod modo factum esse subinfert, sine illo fieri non potuisse: hoc est, quamuis Verbum verè factum esset caro, tamen Verbum æternum tanquam immutabile, idem ipsum in se manet quale descripserat S. Ioannes, quod ab æterno erat in sua propria subsistentia, & quidem in substantia indiuidua apud Patrem, & ipsemet Deus. Quod autem dicitur factum, mutatio illa facta fuit in assumpta humanitate.

Verbum caro factũ absq; sui mutatione.

Qualem modum loquẽdi obseruauit Athanasius, quando Apostolus dicit, *Christum pro nobis factum fuisse execrationem & peccatum.* Sic etiam *Genes: 2.* primus homo post acceptum spiraculum vitæ, dicitur *factus fuisse in animam viuentem:* cùm tamen corporis priorem formam per hoc non amiserit. Sed istum loquendi modum sufficienter elucidauit Apostolus, quando dicit, *Christum factum esse ex semine Dauid secundum carnem: sed secundum Spiritum sanctificationis, prædestinatum fuisse filium Dei in virtute.* Et ad *Philip: 2.* dicitur *Christus fuisse in forma Dei, non rapina,* ergo natura: per exinanitionem autem assumptæ carnis factum *esse in similitudinem & habitum hominis.*

Athan: epist: ad Epictetum, & serm: 3. contra Arianos. Galat: 3. ℣ 13. 2. Cor: 5. ℣ 21. Gene: 2. ℣ 8. Rom: 1. ℣ 3. Philip: 2. ℣ 7.

Ad eundem sensum, Ecclesia ex antiquis Doctoribus profitetur, quòd Verbum æternum id quod erat permansit, & quod non erat assumpsit.

Athan: Grego: Nazian: ora: 38.

Doctissima huius vnionis ratio Gregorij Theologi, extat apud Nicephorum. Cùm enim Monophysitæ hæretici ex Philoponi Tritheitæ perplexitatibus Aristotelicis ratiocinarentur: Verbum, peracta cum carne vnione, proprietatem & distinctionẽ naturarum seruare non potuisse, sed in vnam naturam transiisse: Sicut anima & corpus humanum, cùm sint separatæ naturę, vnione tamen per generationem, vnam hominis naturã constituunt. Gregorius acutissimè respõdet: Naturarum considerationem expendi oportere, ex quibus scilicet; in quibus; & quæ sint. Nam (ex quibus) pro-

bus) propterea posuit, vt ex diuinitate & humanitate naturam declararet:(in quibus) vt naturas per vnionem seruaret,neq; eas propter mutuam vnionem cõfunderet : (quę sint autem)ne quis alium Christum,post naturarum vnionem factum esse existimaret. Porrò aduersariorum similitudini, declarando suam veritatem,opponit aliam ex compositione hominis ductam. Quãdo enim corpus humanum sit compactum ex quatuor elementis, vtiq; natura non solùm diuersis, sed etiam contrariis ; igne videlicet, aëre,aqua,& terra,in cõfesso est,in quibus etiã consistit. Atq; in corpore ea ex quibus, & in quibus est, conseruantur. Quæ autem sint, non itidem. Siquidem post elementorum vnionem, corpus nostrum, sicut & singulæ illius partes, non purè ignis est,neq; incorruptè aqua,neq; germanè terra,sed aliud quiddam, quã quatuor ista. Secus fit in vnione diuina : vbi nihil aliud,quàm hoc ipsum quod est, nimirũ Deus,& homo, remanere potuit. In hunc sensũ Theologorũ ille apex.

Leo epist: 11. ad Iulianum.

Eadem Leo Papa sic pulcherrimè pertractat: Quod (inquit) Deitatis est, caro non minuit : quod carnis est,Deitas non peremit.Idem enim & sempiternus ex Patre, & tẽporalis ex matre in sua virtute inuiolabilis,in nostra infirmitate passibilis, in Deitate Trinitatis cũ Patre,& cum Spiritu sancto,vnius eiusdemq; naturę.In susceptione autẽ hominis,non vnius substantiæ, sed vnius eiusdẽq; personę : vt idẽ esset diues in paupertate,omnipotẽs in abiectione, impassibilis in supplicio, in morte immortalis. Nec enim Verbum,aut in carnẽ, aut in animam, vel aliquã sui partem conuersum est, cùm simplex & incõmutabilis natura Deitatis,tota sit semper in sua essentia,nec damnum sui recipiens,nec augmentum ; & sic assumptam naturam beatificans, vt glorificata in glorificante permaneat. Cur autem inconueniens aut impossibile videatur, vt videlicet Verbum & caro, & anima,vnus IESVS Christus, & vnus Dei hominisq; sit filius, si caro & anima,quæ dissimilium naturarum sunt,vnam faciunt etiam sine Verbi incarnatione personam : cùm multò facilius sit, vt hanc vnitatem sui atq; hominis, Deitatis præstet potestas,quàm vt eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec Verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est, sed vtrumq; in vno manet,& vnus in vtroq; est ; non diuersitate diuisus, non permixtione confusus, nec alter ex Patre, alter ex matre, sed idem aliter ex Patre ante omne principium,aliter de matre in fine sæculorum : vt esset *mediator Dei & hominum homo Christus IESVS, in quo inhabitaret plenitudo Deitatis corporaliter*. Quia assumpti non assumentis prouectio

Christi Dei & hominis simul Catholica & aurea confessio.

Incarnatio vnioni animæ ad corpus humanũ comparata.

prouectio est. Hæc ibi. Notandum quoq; est,incarnationem seu natiuitatem temporalem Christi, bifariam accipi. Incarnatio enim propriè dicitur,vnio seu assumptio naturæ humanæ cum diuina,in vnitate personæ filii Dei, quam modo explicauimus. Quam vnionem & humanitatis assumptionem, potuisset Verbum omnipotens alio modo perficere,sine generatione ex virgine : sed eo modo non fuisset verè filius hominis,qualem exigebat ratio redemptionis humanæ. Ideo voluit humanę naturæ vniri in vtero virginali,per cõceptionem, in ipso vtero demorationẽ, augmentũ, & ipsam deniq; natiuitatem: vt sicut ab æterno verè & naturaliter erat filius Dei,sic etiam in tempore,verè & re ipsa fieret filius hominis : & vt generatio humana,in primo Adam in rectitudine quidem condita,sed peccato vitiata, productione immaculata & innocenti, secundi Adæ, ad futuram spiritualem regenerationem corrigeretur. Quod Lactantius pulchra ratione sic comprobat : Summus, inquit, Deus ac parens omnium, cùm religionem transferre voluisset, doctorem misit è cœlo, vt nouis cultoribus, nouam legem in eo, vel per eum daret : non sicut ante fecerat per hominem. Sed tamen nasci eum voluit tanquam hominem, vt per omnia summo Patri similis existeret. Ipse enim Pater, Deus, & origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ (sine patre) atq; ἀμήτωρ (sine matre) à Trismægisto verissimè nominatur, quòd ex nullo sit procreatus. Idcirco etiam filium bis nasci oportuit, vt ipse etiam fieret ἀπάτωρ, atq; ἀμήτωρ. In prima enim natiuitate spirituali ἀμήτωρ fuit, quia sine officio matris, à solo Deo Patre progeneratus est : In secunda verò carnali ἀπάτωρ fuit, quoniã sine Patris officio,virginali vtero procreatus est; vt mediã inter Deum & hominem substãtiam gerens, nostram hanc imbecillamq; naturã,quasi manu ad immortalitatem posset educere.Factus est & Dei filius per Spiritum,& hominis per carnẽ, id est Deus & homo : interim & Deum fuisse, & hominem ex vtroq; genere permixtum, Prophetis vaticinantibus discimus.Hucusq; Lactantius. Hoc mysteriũ non penitus quoq; latuisse Gentilicos vates,præsertim Sibyllas,vaticinia hæc attestãtur.

Incarnari Deũ non sufficiebat, sed verè nasci ex homine.

Christus exẽplo Dei Patris, quo modo ἀπάτωρ & ἀμήτωρ, hoc est sine Patre & sine matre. Hebr: 7. 3.

Lact: de vera Sapiẽtia li: 4. c.13. Augu: serm: 18. de Tempore.

Christ⁹ bis natus,in cœlis quidem sine matre, in terris sine patre.

Christus qua ratione mediator Dei & hominũ.

Sibylla Erithræa lib: 1. Oraculorũ.

Tunc ad mortales veniet mortalibus ipsis
In terris similis, natus Patris omnipotentis,
Corpore vestitus.

Sibylla Europ.

Virginis æternum veniet de corpore Verbum.

Sibylla Agripp.

Summus erit sub carne satus,charißimus atq;
Virginis & terræ complebit viscera, Sanctum
Verbum, consilio, sine noxa Spiritus almi.

Sibyllarum de Christi incarnatione oracula. Apud Thomam Beuxamis 1 Harmoniam Euangelicam.

Plato veritatẽ ad filium Dei incarnandum reuocat.

Cœlius Rodiginus in fine libri sui de Antiq. ...t.

Sed maximè admiranda est Platonis de hoc sententia, vel potiùs prædictio, propter quam vel solam, diuini Philosophi nomen meruerit: Tantisper (inquit ille) meis acquiescendum doctrinis cohortationibusque, donec homine augustior quispiam, sacratiorq; sese in terrarum ostendat orbe, veritates, adyta, fontesq; arcanos reclusurus, quem veluti ducem ineffabilem sequantur omnes. Cui debetur, laus, decus, & gloria in æuum sempiternum. Vbi satis clara est allusio ad Prophetiam illam Isaiæ dicentis: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: Et dicetis in illa die: Confitemini Domino, & annunciate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius. Mementote quoniam excelsum est nomen eius.* Hoc experta est Samaritana illa, quando ad fontem terrenum, agnouit fontem cœlestem, ex ore viri Messiæ ad salutem suam effusissimè promanantem. Triplicem enim veluti riuum diuinæ cognitionis, ibi manifestauit Christus. Primò quidem Gentilium: qui cùm secundum Apostolum, Deum etiam per reuelationem cognouissent, tamen cultũ creatoris, ad creaturã transtulerunt. Deinde Iudæorum, ex quibus quidem (teste ibidem Saluatore) salus est: sed qui agnitionem & adorationem Dei, in vno tantum monte siue templo, in corpore tantum & vmbra, non autem in spiritu & veritate, percepissent. Solos ergo tertios esse Christianos, qui tanquam veri adoratores, in omni loco adoraturi essent Patrem (tanquam Trinitatis principium) in spiritu & veritate. Hæc est illa politia Platonica: ad quam respiciens Clemens Alexandrinus, citat ex S. Petri Apostoli libro prædicationum (quamuis nunc Apocrypho) similem doctrinam; quam tandem sic cõcludit: Quapropter & vos sanctè & iustè, quæ vobis tradidimus edocti, seruate: nouè Deum per Christum colentes. Inuenimus enim in scripturis, quomodo Dominus dicat: Ecce dispono vobis testamentum nouum: non sicut disposui patribus vestris in monte Horeb. Nouum disposui vobis: Græcorum enim & Iudæorum vetera sunt: nos autem ipsum nouè tertio genere colimus Christiani. Apertè (vt opinor) significauit Petrus, vnum & solum Deum à Græcis gentiliter, à Iudæis verò Iudaicè, nouè autem à nobis & spiritualiter cognosci. Hæc Clemens.

Isaiæ 12. ℣ 3.

Dei cognitio & adoratio gentilibus elongata, Iudæis adumbrata, Christianis reuelata.

X

Ioan: 4.

Rom: 1. ℣ 21.

Clemens Alex: lib: 6. Stromatũ.

Tertia Pars.

Incarnationis Christi sũmaria confessio.

EX his igitur quæ dicta sunt, veritatem Catholicam, sic breuiter concludimus. Deus verus, non quidem Pater, nec Spiritus sanctus, sed solum Verbum seu filius, essentia quidem diuinitatis vnus, sed persona distinctus, in eadem sua persona factus est homo: ita tamen, vt verus & immutabilis ab æterno permanens Deus, per istam vnionem & natiuitatem, inceperit & in æternum permansurus sit etiam verus homo: naturam & personam diuinam non immutans, & naturam humanã assumens, in vera carne & anima: proptereaq; sicut corpus isto diuinitatis consortio, nõ amisit naturales suas proprietates, absq; defectu peccati: sic etiam anima, non est priuata sua voluntate, quin in vno eodemq; indiuiso Dei & hominis filio, & diuina & humana voluntas remaneret: sicut Ecclesia in Concilio quidem Nicœno contra Nestorium, & in Laodicensi contra Eutichem iam pridem definiuit. Ista etiam toties iam conuicta veritas, explodit varias circa istum articulũ hæreses, quas S. Thomas breuiter recolligit inquiens: Eutichiani sic Verbũ carnem interpretati sunt, vt naturę commiscerentur: quasi vna eademq; natura fuerit Dei & hominis, & Verbum vel eius aliquid, in carnem conuersum sit. Ariani rursus hærent in dictione carnis, quasi solam carnem, non animam etiam, filius assumpserit. Nestorius ita Verbum carnem factum intelligit, vt quia duæ naturæ sunt Verbi & hominis, duas in Christo personas esse concluderet, & duos esse filios: Inde negabat Mariam esse Deiparam. Hactenus Thomas. Non defuerunt plures etiam circa hunc articulum antiquæ hæreses, ab Ecclesia iam pridem profligatæ, & quasi sepultæ, quas tamen nostris temporibus, secundũ prædictionem Apostoli, & ipsius Saluatoris, noua Sathanę soboles, diuersis similiter vt olim Arianorum sectis dissectis, ab orco suscitauit: quarũ blasphemiis etiam publicè editis, plena sunt omnia: præsertim in Hungaria, Morauia, nostra Polonia, Lithuania. In quibus inter alias horrendas blasphemias, non verentur ore impudico sic asserere: Non Deus factus est homo, sed homo factus est Deus. Christum nimirum ex Maria post Mariam exortum hominem, successiuè diuinitatis, non naturam, sed notionem & quandam dignationem successiuam à Patre accepisse. Sed quid hoc est aliud, *quàm conuertere Euangelium Christi*, & verba tam clara S. Ioannis, spiritu Diabolico peruertere, & penitus euertere? vt quod ille dixit: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: illi sic sensu peruertant: Et caro Verbum fictum est, & exulauit à nobis. O linguam cauteriis etiam infernalibus exurendam. O vocem & blasphemiam omnibus suppliciis vindicandam. O Catholicorũ, qui talia tolerant, conniuentiam deplorandam. Siccine creatura obtrectat

Christus sicut duas habet naturas: sic etiam voluntates.

Y

Hæreses circa Incarnationem Dñi explosæ.

S. Thom: lect: 7. in Ioannem.

Fœdissimę hæreses in Polonia ab orco reuocatæ.

1. Tim: 4. ℣ 1.

2. Tim: 3. ℣ 1.

Matt: 24. ℣ 5. 24

2. Petr: 2. ℣ 1.

Iudæ 1. ℣ 7. 16.

Vide Cacodæmonem Euangelium Christi per Hæreticos subuertentem.

Galat: 1. ℣ 7.

Isa: 29. ℣ 16. Rom: 9. ℣ 20. Iust: mart: cõtẽtiles de fide. Chrysost: super Hebr: cap: 2.

obtrectat creatori, & lutum factori suo? Christus (dicebat quondam Iustinus Martyr) inuexit hominem cœlo, tu (impium os) de terra protrudis? Ad eundem modum Chrysostomus: Dominus tuus in cœlum adduxit hominem: quid autem dico in cœlum? Consedere eum fecit in throno regio: tu illi nec forum concedis, tu vrbe eum exigis? Sic ille. Hoc sanè est, Christum ad propria venientem, non solùm non recipere, sed receptum, & in cœlis triumphantem expellere, & solio cœlesti deturbatum denuo (vt dicit Apostolus) quasi extra portam Christianitatis eiectum, & improperiis affectum, sibimet ipsis crucifigere, & ostentui habere. Tales profectò nõ sunt filij Dei, sed filij diaboli, cuius desideria faciunt, dum exemplo Luciferi, filium Dei ex throno suo deturbare conantur. Digna profectò talis hominum eluuies, ante præparatam sibi gehennam, temporali illo probroso exterminio, quod sacer præscribit Ecclesiasticus: *Oculum eius, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & aquilæ pulli deuorent.* Catholicis rursus, qui vel propter humanos respectus, vel propter magis licentiosam vitam, hæreses fouent, conuenit illud quod dixit idem Sapiens: *Gloria hominis ex honore patris est, & dedecus filij pater sine honore.* Et ipse Dominus dicit: *Si Abrahæ filij estis, opera Abrahæ facite.* Ita Christianis verendũ est, quando abiurato per Baptismum Diabolo, eiusq; operibus, seu peccatis, adultiores facti, ad eadem reuertuntur, ne tantæ filiationis Dei nomen tantum in illis remaneat, & character, ad maiorem confusionem atq; damnationem; vita autem ipsa ex sanguinibus & voluntate carnis, & voluntate viri dependeat. Contra quos Princeps Apostolorum sic intonat: *Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum reuerti ab eo, quod illis traditũ est, sancto mandato.* Cõtigit enim eis illud veri Prouerbii: *Canis reuersus ad suũ vomitum: & sus lota in volutabro luti.* Si ergo ô Christiani (inquit vester gentium Apostolus) *secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Quod nobis præstare dignetur, qui hodie natus est nobis Deus verus, & vita æterna, vt per eum vitam immortalem assequamur. Amen.

Z

Hebr: 6. ℣ 6. cap: 13. ℣ 12.

Christũ eiiciũt & denuo crucifigũt, mali Christiani moribus, Hæretici insuper erroribus.

Ioan: 8. ℣ 44.

Eccli 30. ℣ 17. & 3. ℣ 12.

Eccli 3. ℣ 12.

Ioan: 8. ℣ 39.

2. Petr: 2. ℣ 20.

Prouer: 2. ℣ 11.

Rom: 8. ℣ 13.

Ioan: 5. ℣ 20.

In festo Natalis Domini,

SERMO SEXTVS.

De Verbo æterno, eiusq; diuinis operationibus, antiquissima testimonia.

Natiuitas Christi figuris & prophetijs antiquis accommodata.

Isaiæ 7. ℣ 14.

Isaiæ 9. ℣ 5.

A 

PEr totum Aduentum frequentabatur in Ecclesia illud *Isaiæ 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Hæc promissio præstatur hodie, quando tertia Missa generationẽ æternam filij Dei designans, incipit à verbis eiusdem Isaiæ: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Cùm enim dicitur: Paruulus natus, exprimitur eius suscepta humanitas: quandò verò additur, Filius, denotatur æterna ex Deo Patre generatio: dum autem vtrumq; nobis applicatur, apertè exprimitur proprietas nominis *Emmanuel,* id est, verus Deus, in carne nostra nobiscum conuersans. Impleta est figura *Gene: 28.* quando Iacob habens promissionem Messiæ ex semine suo exoriundi, dum quærit matrimonium condignum, ex quo esset hoc semen producendum, in visione considerat scalam, à loco capitis sui ad cœlos pertingentem, cui incumbebat Dominus: per medium autem eius Angeli ascendebant, & descendebant: quo figurabatur commertium istud diuinitatis cum humanitate. Deus enim summitati scalę incumbens, denotat verum & æternum Dei filium: Iacob autem, cum ipso loco & lapide super quem decumbebat, exprimit humanitatem ex lumbis suis producendam, secundum quam Christus dicitur *lapis angularis, & caput corporis sui, id est Ecclesiæ.* Scala rursus re-

B presentabat nexum & vnionem hypostaticam vtriusq; naturæ: per quam vnionem factum est illud commertium, quo Deus factus est homo, vt homo fieret Deus. Cui mysterio consonat illud Psalmistę: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* Similiter & illud Psalmistæ: *Descendet sicut pluuia in vellus. &c.* Quæ verba Chrysologus sic expendit: Posteaquam Dei filius, sicut pluuia in vellus, toto diuinitatis vnguento, nostram se fudit in carnem, ab vnguento nuncupatus est *CHRISTVS;* & huius nominis extitit solus auctor, qui sic Deo superfusus est, & infusus, vt homo Deusque, esset vnus Deus. Sic ille. Hoc re ipsa exhibitum fuisse humano generi, testantur verba præsentis

Scala Iacob Incarnationi filij Dei applicata.

Gene: 28. ℣ 12.

1. Petr: 2. ℣ 5.

Colos: 1. ℣ 18.

Psal: 84. ℣ 11.

Psalm: 71. ℣ 6.

Thema & partitio sermonis.

Euangelij: Ex quibus nos, pro nostra tenuitate, ostendemus æternam filij Dei generationem; Primò ex sua origine, deinde ex operatione creaturæ veteris, tam in productione & prouidentia, quàm etiam in nouæ creaturę reparatione. Deinde Hæreticorum curiositatem & incredulam blasphemiam huic fidei cōtrariam perstringemus. Postremò aliquid addemus de regeneratione gratuita, secundum quam Verbum incarnatum in nobis habitans, gratiæ suæ plenitudinem in nobis operatur.

S. Ioannes exactiùs cæteris Euāgelistis vtrāq; Christi generationem tradit.

Hier: in 1. cap: Matth.

Quo ad primum. Sicut tres alij Euangelistæ, ex humanitate Christi eius diuinitatem describūt, (vt nimirum secundum D. Hieronymum, per hominem, Deum discere incipiamus) sic è conuerso, & longè perfectiùs, S. Ioannes, ex generatione diuina eiusq; operibus, humanitatem Christi eiusq; redemptionem ostendit. C

Verbum intelligi filium Dei æternum, probatur.

Primò ergo quasi subiectum diuinę istius doctrinæ, ponit *VERBVM*: per quod eum intelligere filium Dei æternum, patet sequentibus rationibus. Primò: quia id ipsum Verbum paulò post dicit factum esse carnem, & habitasse in nobis, & exhibuisse nobis gloriam, quasi vnigeniti à Patre: per quæ & sequentia, apertè describitur Christus, eiusq; Euangelica historia exinde suam sumit continuationem.

1. Ioan: 1. ✠ 1.

1. Ioan: 5. ✠ 20. & ✠ 5.

Secundò, quia idem Ioannes initio Epistolæ suæ, eisdem ferè verbis paulò mutatis, describit filium Dei incarnatum. Tertiò: in eadem Epistola *1. Ioan: 5.* appellat eum verum Deum, & vitam æternam. Quartò: ibidem hoc ipsum Verbum, ponit mediam personam Trinitatis, dicens: *Tres sunt testificantes in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.* Quintò

Apoc: 19. ✠ 13.

Apoc: 19. Eundem filium Dei, quamuis iam glorificatum & triumphatorem, *Regem regum, & Dominum dominantium*, sicut & in carne mortali per communicationem idiomatum, vocat idem Apostolus, *VERBVM DEI*: vt mirandum sit, & non tàm humano, quàm Diabolico sensui imputandum, veteres & nouos Arianos, potuisse in animum inducere, vt Verbum hoc loco prolatiuum intelligant, quatenus nimirum antiquas Dei locutiones & promissa in opus & effectum reducat. D

Verbi æterni diuini ad humanū analogia.

Vide Gregor: Nazian: in ora: Paschali.

Dicitur autem Verbum, vt ex similitudine, quæ in homine maximè propria inueniri potest, diuinam generationem, Angelis etiā incomprehēsibilem, vtcunq; assequamur. Homo enim habet mentem immortalem, quæ mens nunquā est sine verbo seu conceptu suo: sed qui propter discursum seu prolationem externā, valde est imperfectus & transitorius. Apud Angelos rursus, quamuis talis conceptus simplicior sit, quia sine sensu, phantasmate, & discursu: tamen in Deo, qui est ipsa mens, per se, & in se existens, absolutis-

solutis-

solutissima est eiusmodi verbi imago, nō trāsitoria & finita, sed seipsam ita vt verè est cōprehendens.

Iustin⁹ dialogo cum Triphone. Idem in expositione fidei.

Lactan: lib: 4. cap: 6. & 29.

Isaiæ 62. ✠ 1.

Filij Dei epiteta naturam eius declarantia.

Quòd antiquissima professione sic expressit Iustinus Martyr: Verbum aliquod proferentes, verbū gignimus, non per resectionem, ita quod in nobis proferentibus est, imminuatur verbum. Et quomodo in igne videmus, alium fieri, non decrescente illo, vnde facta est alterius accensio, sed in eodem statu permanente, quippe qui ex ipso incenditur, & ipse apparet, non imminuens illum, vnde ipse accensus est. Quibus verbis Iustini apprimè correspondent illa Isaiæ: *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.* Hoc sensu *Sap: 7.* de filio Dei dicitur. *Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula, & imago bonitatis Dei.*

Candor lucis æternę.

Sap: 7. ✠ 26.

Hebr: 1. ✠ 2.

Tertul: lib: contra Praxæam.

Aug: ser: 8. in appēdice de diuersis, & epist: 66.

Christ⁹ speculū sine macula, Sapiētia & virtus Dei, Imago Dei inuisibilis, Splēdor gloriæ Patris, Figura substantiæ eius.

1. Cor: 1. ✠ 25.

Colos: 1. ✠ 15.

Hebr: 1. ✠ 2.

Ioan: 1. ✠ 18.

1. Tim: 6. ✠ 15.

Ioan: 14. ✠ 9.

Cyril: Alex: li: 7. Thesauri, & Dialo: 2. de Trinit.

Cyrill: Ierosol: Cathe: 2. 10. 11.

De his nōinib⁹ vide Epiph: in Ancoratu, & contra Ebionęos.

Candorem vocat lucis æternæ, quod *Hebr: 1.* dicitur, *Splendor gloriæ Patris.* E Sicut enim sol cum suis radiis, licet realiter distinguatur, tamen ipsa substantia non separantur. Simili modo filius Dei à Patre. Quas similitudines pulchrè & breuiter complexus est, antiquissimus Tertullianus dicens: Protulit Deus sermonem: sicut radix fructum, & fons fluuium, & sol radium. Nec frutex à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à sole, discernitur: sicut nec à Deo sermo. Similiter Augustinus: Separa (inquit) hæretice, si potes, radium à sole, & ego separabo tibi filium à patre. Dicitur etiam, *Speculum sine macula, & imago bonitatis Dei.* Quia Christus *1. Cor: 1. est Sapientia & virtus Dei*, sine quarum vtraque, Deus Pater, vtiq; nunquam esse potuit, & ipsa tanquā eius essentialia, nunquam ab eo separari potuerunt. Et *Colos: 1.* dicitur *Christus imago Dei inuisibilis, & Hebr: 1. figura substantiæ Patris.* Quibus similitudinibus propriè exprimitur natura Verbi æterni, quod nimirū proprietate personę suæ quæ Verbum est, deinde assumptione carnis visibilis, est perfectissimum speculum, imago, & character Dei Patris, & totius inconspicuæ diuinitatis, vt dicitur *Ioan: 1. & 1. Tim: 6.* Ideo Christus dicebat: *Qui me videt, videt & Patrem meum, quia ego in Patre, & Pater in me.* Pulchrè hanc Verbi æterni rationem explicant, S. Cyrillus Alexandrinus, eoq; antiquior Cyrillus Ierosolymitanus: quorum posteriorem, deberent hæretici meritò amplecti, tum propter antiquitatem, tum etiam propter authoritatem sedis Hierosolymitanæ, ad quam ipsi (vt modo Romanam effugiant) suos errores reuocare solent: F ad quos ne simus longiores, in locis in margine signatis, lectorem remittimus. Hoc etiam mysterium de Verbo æterno, quamuis in ænigmatibus, non latuit vetustiores & grauiores Philosophos. Omittamus Mercurium illum Trismegistum, qui

sæpiùs

Antiquorũ Sapiẽtũ de verbo æterno sententia. Mercurius Trismegistus in suo Pymandro comentatore Anibale Roselli. Iustin⁹ martyr orat: coñ gentil. & lib: de Monarchia Dei. Lact li: 4. ca: 9. Eusebi⁹ Cæsar. Philo. Plato. Photinus. Orphæus. Homærus. Hæsiodus. Palladis & Mineruæ fabulosa propago, in verbo æterno verè exhibita. Orphei de ṽbo æterno, eiusq; prouidẽtia, doctrina secreta.

sæpiùs in libris suis, vt pleraq; alia religionis nostræ, sic verbi increati mysteria, nõ tam Philosophicè, quàm Theologicè pertractat: Multa etiam talia adducit Iustinus Martyr, & Lactantius. Sic Zeno omnium opificem, λόγον vocauit. Eusebius Cæsariensis præparationis Euangelicę lib: *11*. cap: *10*. citat Philonem, Platonem, Photinũ, qui Verbum diuinum omnium causam statuebant. Alij rursus inter quos Orphæus in Hymnis, Homęrus, Plutarchus de Iside & Osiride, Hæsiodus in Theogonia, tantum mysterium partim non intelligentes, partim aliis inuidentes, fabulis obtexerunt: tradentes Iouem, qui summus Deus esset, solam Palladem ex vertice vel cerebro suo genuisse: cum hac autem rursus propagasse Mineruam: quarũ vtramq; illi, industriæ & sapientiæ, ad producẽdas res, ducem statuebant. Sic Orphæus insignis plurium Deorũ assertor, tandem filio aliisq; intimis, sic veritatem ipsam communicat:

Solis canto piis: omnes procul este prophani, G
Tu Musææ audi, Luna prognate silenti,
Pernitiosa priùs, vitæq; infesta futuræ
Ex me cognosti: sed nunc te vera docebo.
Respectans Verbum diuinum, huic totus inhære.
Pectoris hoc mentem sacri, gressusq; guberna,
Incedens recta, Regemq; hunc orbis adora.
Vnicus est, per se existens, qui cuncta creauit,
In quæ his ipse extat, nulli è mortalibus vnquam.
Lumine conspectus, mortales conspicit omnes,
Hic bonus, exundansq; bonis, generi mala nostro
Et bellum horrendum, & luctum immittit acerbum.

Apud Iustinum Martyrem ora: coñ Gentiles.

In quo carmine satis elucet Verbi æterni natura, à S. Ioanne descripta, eiusque in creatura operatio, bonorumque & malorum diuersa retributio. Idem in iuramentis sic loquitur:

Cœlum, iuro, Deo à magno, & sapiente creatum:
Vocem iuro Patris, primum quam prodidit ore,
Consilio ipse suo mundum cùm conderet omnem.

Vbi obseruat S. Iustinus Orphæum αὐδὴν, id est vocem, ponere pro λόγῳ, id est Verbo, quod apud Græcos breuem habet syllabam, propter carminis cohærentiam. Quod ipsum etiam de Platone, & præcipuis Philosophis, ostendit copiosè Iustinus antiquissimus Martyr. Sed nec Iudæorum Rabbini illud ipsum mysterium, etiam nolentes tacuerunt. Inter quos Rabbi Beniohai, exponens illud, *Gen: 1.* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, H dicit: Vultus de vultu, imago de imagine, manu ducit in cognitionem facie-

Rabbini cuiusdã ad Verbum ętenum allusio Gene: 1. ỽ 26.

nem facierum; vult dicere, imaginem de imagine, esse λόγον, seu Verbum, Dei Patris imaginem sic continens & proferens, vt ex illa, tum reliquarum personarum diuinarum, tum creaturarum cognitio dependeat. Consequenter ab Euangelista dicitur, hoc Verbum fuisse, id est subsistentiam propriam diuinam habuisse, iuxta illud *Exod: 3.* Ego sum, qui sum. & *Apoc: 1.* Qui est, qui erat, & qui venturus est. Erat autem in principio, hoc est, ab æterno, ante omnem creaturam, vt dicitur *Prouerbiorum 8.* Vbi sapientia, id est filius Dei, de se loquitur: ***Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.*** Sapientissimè hoc ipsum edocuit Gregorius Theologus, sic scribens: Deus erat, & est, & erit semper. Nam erat & erit, temporis nostri, & naturæ fluxæ sunt partes: Deus verò semper existit: & nomine tali se existentem videlicet, in mõte oraculum Moysi edens, appellauit. Totum enim in seipso complexus habet esse, quod neq; ortum habuerit, neq; exitum sit habiturus, quasi quoddam essentiæ infinitum & indeterminatum pelagus, quod omnem excepit temporis & naturæ cogitationem, atq; intelligentiam, & sola mentis conceptione adumbratur: idq; oppidò quàm tenuiter & mediocriter, non ex eis quæ in ipso, sed quæ circa ipsum sunt rebus, dum alia ex alia imaginatio, in vnam quandam veritatis colligitur imaginem: quæ quidem imago, prius no-
I bis quàm comprehendatur effugit, & priusquam intelligatur, euanescit: Hactenus illa in nobis & quidem purificatis, principem mẽtem illustrans, quatenus fulguris non consistentis, oculis nostris celeritas affulget: vt eo quidem quod comprehensibile est, quomodo mihi videtur, ad seipsum pertrahat: vt enim perfectè cõprehendatur, fieri non potest: neq; id à nobis vel sperandum, vel conandũ est. Eò autem quòd percipi non potest, in admirationem sui nos adducat: ac proinde huiusmodi admirationem sui excitet prolixiùs, expetitum verè purificet; dum purificat autem, Deo similes efficiat. Deinceps porrò, eiusmodi vbi facti sumus, nobiscum tanquã cum vernaculis iam (iuueniliter quiddam oratio mea proloqui audet) familiariter consuescat, deos deis coadunando & noscendo; idq; fortasse imitandum, in quantum cognitos noscit. Itaq; Deus infinitus est, quem mentis acumine, contemplari nefas sit. Atq; id quod in ipso comprehendi queat, ipsa tãtùm infinitas est. Hæc ille. Secundum membrum est, quando dicit S. Ioannes: ***Verbum erat apud Deum.*** Deum hoc loco, etiam aduersarij intelligunt Patrem. Sicut ergo in priori sententia exprimitur filij Dei distincta persona, cum

Verbo æterno proprium est esse, vel existere à principio. Exod: 3. ỽ 14. Apoc: 1. ỽ 8. Prouer: 8. ỽ 22. Deo eiusq; filio proprium est esse, & quomodo homini comunicatiuum. Greg: Nazian: ora: Pasch.

Verbum erat apud Deum.

ratione Verbi per ſe ſubſiſtens: ita hîc exprimitur eius relatio, &
ſimul conſubſtantialitas erga Patrem, & cum Patre. Siquidem ab K
æterno Verbum apud Deum non poterat ſic eſſe, vt aliquando non
eſſet, vel aliud extra ipſum eſſet. Ideo placuit Euangeliſtæ potiùs
dicere *apud Deum*, exprimendo naturam & eſſentiam: ſicut poſtea
1. Ioan: 1. ✝ 2. *1.Ioan:1.* dixit: Verbum fuiſſe apud Patrem, exprimendo relationem
& diſtinctam perſonam, tum etiam productionem eiuſdem Verbi
Et Deus erat Verbum. per modum generationis. Tertium membrum eſt: *Et Deus erat Verbum.* Vbi Verbum, eſt ſubiectum, Deus verò prædicatum, vt Græcus
Ioan: 4. ✝ 24. articulus indicat: Sicut ſimilis elocutio eſt *Ioan: 4. Spiritus eſt Deus:*
cùm articulus legendum inſinuet: Deus eſt Spiritus. Per quod oc-
curritur alicui dubio, ſi fortè ex præmiſsis, putaretur Verbum non
fuiſſe verè Deus, ſed aliquid à Deo alienum, ex aliqua dependentia
finita: ideo his verbis elucidatur, Verbum ex ipſa ſua natura, non
minùs quàm Patrem, fuiſſe Deum. Ne autem rurſus alicui in men-
tem veniret, iſtas emanationes diuinas, in tempore extitiſſe, vel
aliquod inſtans, aut inæquale inter Patrem & filium dari poſſe, cō-
Hoc erat in prĩcipio apud Deũ. cludit atq; connectit prædictos terminos, dicendo: *Hoc erat in principio apud Deum:* hoc eſt, non ſolùm Verbum, ſed etiam ipſam ema-
nationem à Patre, fuiſſe ab æterno. Et ſic illa deſcriptio Ioannis,
tanquā filij Boanerges, hoc eſt tonitrui, confringit & deuaſtat om-
nes hæreſes, quæcunq; contra diuinitatem filij Dei fuerunt, ſunt,
vel excogitari poſſunt. Porrò filium Dei Verbum, virtutem & ſa- L
pientiam, non fuiſſe otioſam in operibus ad extra, id eſt, in crea-
turis, pergit oſtendere Euangeliſta dicens: quaſi occurrendo il-
li obiecto, *Ieremiæ 10. Dij qui non fecerunt cœlum & terram, diſpereant.*
Omnia p ipſum facta ſunt. &c. Ideo mox ſubinfert: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.*
Quibus oſtenditur, omnium rerum creationem, quæ Deo propriè
Creatio cõuincit Verbum eſſe Deum. competit, eſſe factam per filium, qui eſt æterni Patris Verbum & ſa-
pientia, & virtus, vt etiam in operibus ad extra relinquatur reſpe-
Ierem: 10. ✝ 11. ctus communis operationis filij ad Patrem & Spiritum ſanctum,
Pſal: 33. ✝ 6. iuxta illud *Pſal: 33. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnis*
Coloſ: 1. ✝ 16. *virtus eorum.* Alioqui Apoſtolus dicit, non ſolùm per filium Dei ab-
Hebr: 1. ✝ 2. 10. ſolutè, & in ipſo, & cum ipſo, facta eſſe omnia in cœlis & in terra,
tam viſibilia, quàm inuiſibilia, & in ipſo conſtare omnia: Sed eti-
Cælius Rodiginus lib: vlt: antiquitatum ex Platone de Legibus. am, *Hebr: 1.* Omiſsis iſtis particulis (per, in, cum,) aſſeritur filius
Dei omnia creaſſe & fundaſſe. Agnouit hoc ipſum diuinus Plato,
inquiens: Deum eſſe menſuram rerum omnium: in primis verò ſi
Deus quādoq; hominem induat. Addit autem Euangeliſta: *Sine ipſo*
factum

factum eſt nihil, quod factū eſt. vt excludat increatas & ęternas notiones, Sine ipſo factũ eſt nihil, quod factum eſt.
paternitatis, & ingeniti, ſimulq; ſpirationē & proceſsionē in perſo-
na Patris & Spiritus ſancti: quia hęc tanquā non facta nec creata, ſed
Deo æterno creaturarū principio propria, ad proprietatē & perfe-
ctionem ſingularum perſonarum per ſe exiſtunt. Secundò, opera-
M tionem veri filij Dei, pergit Euangeliſta oſtendere, prouidentia to-
tius vniuerſi, quando ſubinfert: *In ipſo vita erat.* Fruſtra enim facta In ipſo vita erat.
fuiſſent omnia, niſi vita quadam perenni vegetarentur: iuxta *Pſal:* Pſal: 103. ✝ 30.
103. Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Omnia e-
nim elementa, & corpora mixta, ipſaq; eſſentia orbium cœleſtium,
habent vitam dependentem, & quaſi concatenatam à primo prin-
cipio, quod eſt Verbum æternum. Sicut in Horologio, rotas quæ Similitudo, quomodo in Verbo æterno omnia creata vitam recognoſcant.
longiùs motum accipiunt, magis moueri cernimus, & è conuerſo:
adeò vt prima quaſi immobilis eſſe videatur, cùm tamen in illa to-
tum libramentum, & initium motus conſiſtat. Similiter Deus in cre
aturis conſpicitur, eoq; faciliùs quò nobis licet minùs perfectè per
ſenſus notiores ſunt. Reuera autem, tota prouidentia & conſerua-
tionis rerum principium & cauſa, in Deo ſolo inhæret, propriè au-
tem in Verbo, & æterna illa ſapientia, quæ *attingit à fine ad finem* Sapien: 8. ✝ 1.
fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Porrò cùm propter hominem o-
mnia facta ſint: ipſe autem homo, ex diuina inſpiratione, ad eius
imaginem vitam accepiſſet: magis propriè hæc vita dicitur de ge-
nere humano. Vnde Apoſtolus *Act: 17.* conuincens idololatriam Actor: 17. ✝ 28.
Philoſophorum Athenienſium, adducit verba eorum Poëtæ Pin- Pindarus.
N dari: In *Deo viuimus, mouemur & ſumus.* Vbi videtur exprimere vi-
tam vegetatiuam in plantis, ſenſitiuam in brutis, & rationalem,
quam inſuper ſolus homo ad imaginem Dei obtinet, quæ magis
propriè vita eſſe dicitur. Deinde ſuperaddit Aratum alterum Po- Aratus in principio Phœnom.
etam, *Dei enim genus ſumus.* Per quod etiam innuitur anima hu-
mana, quæ ex Deo originem habet. Magis autem hoc verum eſt
in carne, poſtquam Deus homo factus eſt, & habitauit in nobis.

Tertia comprobatio operationis filij Dei circa veterem creatu-
ram ſequitur, quando dicit S. Ioannes: *Et vita erat lux hominum.* Et vita erat lux hominum.
Refert Apoſtolus *Hebræorum 11. Aptata fuiſſe ſæcula Verbo Dei, vt ex in-* Hebr: 11. ✝ 3.
uiſibilibus viſibilia fierent. Quodquidem in mundo iſto Archetypo fa-
ctum erat, quando *Gene: 1.* poſt creationem cœli & terræ, dicitur
ſtatim fuiſſe facta lux, & quam Deus primam omnium bonam con- Lux creaturarũ maximè in homine enituit p Chriſtum.
teſtatus, etiam à tenebris diſtinxit. Idipſum fecit creator in Micro-
coſmo: cui poſt formationem ex limo, cùm ſpiritum ad imaginem
M 2 ſuam

ſuam indidiſſet, ſimulq; vitæ vegetationem (vt modo diximus) quæ ſeſe ad æternitatem extenderet, oportebat talem vitam manifeſtari per lucem: [Ephe: 5. ℣ 23.] iuxta illud *Epheſ: 5. Omne quod manifeſtatur,* (vel manifeſtat) *lux eſt.* Igitur illud ipſum Verbum æternum, in quo, vel quod potiùs, vita erat, ſimul quoq; erat lux vera, illuminans omnẽ hominem venientem in hunc mundum: primò quidem lumine naturali, [Pſal: 4. ℣ 5.] quod Theologi Syntherеſim appellant, de quo *Pſalm: 4. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo. &c.* O Quaſi dicat Propheta: Veri & ſummi boni, quod homines naturaliter appetunt, diſcretionem, non poteſt facere ſenſualitas; ſed recurrendum eſt ad lumen naturaliter à Deo in anima inditum, quod recognoſcendo verum principium ſuum, in illo conquieſcit. Hac ratione, [Rom: 1. ℣ 19.] ſecundum eundem Apoſtolum, etiam Gentiles intellectu poſſibili, [Rom: 2. ℣ 14.] cognouerunt Deum eiuſque virtutem: practico autem intellectu, quamuis legem traditam non habeant, *ipſi ſibi ſunt lex, conſcientiæ accuſantis, vel excuſantis*, nimirum circa diſcretionem boni & mali. Hoc lumen, auxit, reparauit, immò ad finem perfecit idem Verbum incarnatum. [Ephe: 6. ℣ 12.] Sicut enim, ſecundum Apoſtolum, rector tenebrarum harum, [2. Cor: 4. ℣ 4.] & Deus huius ſæculi Diabolus, præuaricatione *excæcauerat mentes hominum, ne fulgeret illis illuminatio veritatis.* [Iſa: 9. ℣ 6.] Sic è conuerſo, Deus & Pater futuri ſæculi Chriſtus lux æterna, [Luc: 1. ℣ 79.] in carne manifeſtata, venit in mundum, illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, [Iſa: 42. ℣ 6.] iuxta illud *Iſa: 42. Dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum. &c.* [Ioan: 8. ℣ 12.] [Ioan: 9. ℣ 5.] Ideò ipſe Dominus proteſtatur, *Ioan: 8. Ego ſum lux mundi: Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. &c.* P Rurſus autem *Capite 9. Quamdiu ſum in mundo,* (hoc eſt per Euangelij prædicationem) *lux ſum mundi.*

[Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.]

Sequitur in textu: *Et lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt.* Sicut initio creationis, lux cum tenebris confuſa erat, donec iuſſu creatoris ſepararentur: & lux quidem dies vocata, bonitate commendaretur: tenebræ verò ex defectu, noctis nomen ſortirentur. Sic in hominis reparatione, filius Dei cùm lucem naturalem hominum, tenebris infernalibus obfuſcatam, inueniſſet, nouo lumine gratiæ diuiſit à tenebris: [2. Cor: 4. ℣ 6.] De quo Apoſtolus: *Deus*, inquit, *qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei.* [Coloſ: 1. ℣ 13.] Et alibi: *Qui* (filius Dei) *dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum. &c.* Et S. Ioannes

quaſi explicans hoc, quod initio ſui Euangelij dixerat, in principio ſuæ primæ Canonicæ, poſtquam explicuiſſet Verbi ab æterno apud Patrem exiſtentiam: mox ſubiicit: [1. Ioan: 1. ℣ 5.] Et *hæc eſt annuntiatio, quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis: Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo,* (id eſt Verbo, Q filio Dei, vt paulò ante dixerat) *& in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus adinuicem.* [1. Ioan: 2. ℣ 8.] Et *Capite 2. Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt & in ipſo & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet.*

Secunda Pars.

HÆC doctrina, veluti baſis & fundamentum fidei & ſalutis noſtræ, quamuis tot tantiſq; oraculis diuinis fuerit firmata, & in Eccleſia Dei arctiſsimè, firmiſsimeq; ſemper cuſtodita: non defuit tamen antiquus ille ſerpens infernalis, quin per inſtrumenta ſua, varios hæreticos, veneni ſui aculeos, eius non ſolum calcaneo, ſed etiam vertici, hoc eſt ipſius diuinæ naturæ infigeret. Quod quandoquidem extremo hoc mundi decurſu, ex alligatione ſolutus, maioribus blaſphemiis proſequatur: Videamus quomodo inter alios vetuſtiores Scriptores, Petrus ille verè Chryſologus, tantam audaciam & impietatem perſtringat. [Generatiõis diuinę mod' quãtum humanos capt' excedat. Chryſol: ſer: 58.] Qui (inquit ille) fidem quærit, rationem non quærit: qui diuinam poſtulat, ſeponit humanam: qui Deo genitore naſcitur, tranſcendit naturam; & tempori nil debet, qui temporis meretur auctorem. [Idem ſerm: 60.] Qui credit Patrem eſſe, Filium confitetur: qui credit Patrem & Filium, ætates non ſentiat, gradus non cogitet, non tempora ſuſpicetur, non conceptum quærat, neſciat partum: qui Deum credit, diuina confeſſus eſt, non humana. R Sed dicit hæreticus: quomodo Pater, ſi non præcedit? [Pater non præcedit filium in diuinis.] quomodo filius, ſi nõ ſequitur? quomodo nõ dat initium, qui generat? quomodo quod generatur, principium à generatione non ſumit? Hoc ratio docet, hoc natura probat. Erras hæretice: hoc habet humana ratio, non habet hoc diuina: hoc accipit natura mundi, Deitatis non recipit hoc natura: fragilitas humana concipitur, & concipit, parturitur & parturit, generatur & generat, accipit initium, & dat finem, mortem ſuſcipit, & refundit: & reſeruat in ſobole quidquid ſuæ conditionis eſt, & naturæ. [Aeternitas filio Dei naturalis.] Deus verò Pater non genuit in tempore, quia tempus ignorat: non dedit initium, qui

tium, qui initium nescit: non transfudit finem, qui non habet finem; sed sic genuit ex se filium, vt totum, quod in se erat, esset: & maneret in filio. Honor geniti, generantis honor est: perfectio geniti, generantis forma est: minoratio geniti reuolat ad generãtis iniuriam. Sed hæc audiens, hæretice, non dicas quomodo ista sint: dixisti Deum: credidisti Patrem: Omnipotentem confessus es; si dubitas, mentitus es: Credo si dicis, quomodo non credis, sed discutis? si putas imposſibile, omnipotentiam quam confessus es, sustulisti. Inest Deo pietas, est in Deo semper affectio, paternitas per- S manet apud illum: semper ergo filiũ fuisse credas, ne Patrem semper non fuisse blasphemes. Sed dicis: si genuit, quomodo semper habuit? quomodo genuit? Qui interrogas, fidem denegas, quam fateris. Credo dixisti: si credis, vnde venit quomodo? quomodo, sermo dubitantis est, non credentis. Credo, dixisti, in Deum Patrẽ omnipotentem: si est quod non potest, omnipotens non est: sed tu illum genuisse ex aliquo filium putas, quem totum fecisse confiteris ex nihilo: ex alio vtiq;, si ex tempore, quòd si Pater tempus non capit, filius initium nescit. Sed quàm miserum, vt tu illum facias temporalem, qui te præstitit sempiternum. Non ergo conceptione temporum, nõ pasſione viscerum, sed Pater filium generat, nobis dum reuelat. Attende homo, qua reuerentia tibi fides insinuatur, & traditur: audi Patrem, vt sentias, intelligas, credas, non discutias filium: & quia est, confitearis: non vnde, & quando, & quomodo sit, temerarius perscrutator inquiras. Verbum caro factum est, vt hominis caro promoueretur in gloriam Dei, non vt Deus in carnis verteretur iniuriam, sicut dicit Apostolus: *Qui se iungit Domino, vnus spiritus est.* Et quomodo non, quando se iungit Deus homini, vnus est Deus? Humanę leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quæstiones, & Christus circa quingentos annos natiuitatis suæ causas præstat, ortus sui lites patitur, status sui susti- T net quæstiones? Hæretice, desine iudicare iudicem tuum, & adora in cœlis Deum, quem Deum Magus adorauit in terris. Hactenus ille.

Fides excludit sensum & quæstionem.

Omnipotẽti nihil imposſibile.

Chrysol: ser: 62.

Quomodo sermo est dubitantis, nõ credẽtis.

Christũ faciunt temporalẽ quos ille reddidisset æternos.

Deus hõini nascitur, dum fide reuelatur, quia est nõ quomodo est.

Prescriptionem æternam diuinitatis heretici minus quã ad temporalẽ coarctãt

Idem serm: 145.

Chrysologi ætas.

Tertia Pars.

QVI dignè volunt participare præsentem memoriam Christi Natalis, nõ sufficit nosse, quę de veritate filij Dei eiusq; virtute circa salutem humanam iam dicta sunt: Sed etiam oportet expendere, vtrum modum filiationis Dei per gratiam hoc loco descriptum teneant. Sequitur ergo textus: *Qui non ex sanguini-*

bus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Ex quibus verbis expendemus sex rationes, vel potiùs notiones, quibus veram regenerationẽ in nobis comprobemus. Primò quidem hæc regeneratio supponit generationẽ & natiuitatem carnalem: vt Christus *Ioan: 3.* dicit: *Oportet vos nasci denuò.* Rursus verò, eam regenerationem, prorsus contrariam esse generationi carnali, immò multò nobiliorem & expeditiorem, vt ibidem *Ioan: 3.* Christus explicat. Excluditur ergo ab hac regeneratione spirituali, illa imperfectio humana, & terrena propensio, quæ carnali propagationi peccato vitiatæ adnata est. Ideo in Christianis regeneratio spiritualis habet eam vim, vt dicitur *Ioan: 3. Spiritus vbi vult spirat,* vt contra voluntatem eorum Spiritu Dei roboratam, non præualeat impetus sangui- V num, neq; voluntas carnis & viri, hoc est naturæ quondam corruptæ ad malum, & non ad bonum, impetuosa quædam propensio, de qua initio mundi Deus ipse dixerat; quòd *cuncta cogitatio cordis humani intenta esset ad malum in omni tempore.* Et Apostolus *Romanorum 7. Sentio in membris meis aliam legem repugnantem legi mentis meæ, &c.* Omnia enim hæc, (fomite mali tantùm ad exercitium reseruato) per fidem in Baptismo, non solùm cum Pharaone demersa sunt in profundum, sed etiam cum Adamo vetere mortua atq; sepulta: modò homo, Dei gratia auxiliante, à talibus sibi temperare studeat. Frustra igitur delicati Christiani conantur peccata sua eorumq; habitum excusare, infirmitatibus naturæ, fragilitate corporis, & conuersatione communi mundana. Quin potiùs tales excusationes & conniuentiæ, aggrauant, non excusant peccata. Exemplo sit ebrietas, quæ tantum abest, vt excuset delicta in ea commissa: sed potiùs aggrauat magis punienda: Siquidem ebrietas deformat imaginẽ Dei in homine, & rationem si non aufert, certè perturbat, ad rectè discernendum: deinde voluntatem & facultates inflammat ad illicita quæq; audenda: iuxta illud *Prouerb: 23. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* Ideo extrema stultitia est, quando in reconciliationibus iniuriarum & facinorum, publicis deprecationibus Politicis, grauisſimarum offensarum, potisſima & vtrinq; acceptabilis reddi soleat ratio: quod ebrius quis talia com- X misisset. Illud siquidem nil aliud est, quàm in ipsum eam ignominiam trahere, quasi deposito rationali homine, beluam aliquam tunc temporis ad talia patranda induisset. Ex hoc prodit sese secũda ratio & nota Apostoli, *1. Cor: 6.* Vbi enumeratis vitiis, quæ homines familiarisſi-

Qui nõ ex sanguinib⁹ &c. sed ex Deo nati sũt.

Regenerationis spiritualis, sex rationes seu notiones.

Ioan: 3. ℣ 3. &c.

Ioan: 3. ℣ 8.

Gene: 6. ℣ 5.

Rom: 7. ℣ 14.

Ebrietatis & aliorum peccatorum excusationes friuolæ.

Prouer: 23. ℣ 29.

1. Cor: 6. ℣ 11.

miliarissima & tamen mortifera sectantur, subiicit: *Et hæc quidem aliquando fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati & iustificati estis, in nomine Christi, & in Spiritu Dei nostri.* Idem optimè tractatur, *1. Pet: 4.* Tertia ratio, *Rom. 6.*

Rom: 6. ✠ 3. &c.

Si mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuimus in illo? Sicut enim contra naturam prodigium quoddam est, mortuum operari: Sic prodigiū quoddam est, Christianum ex industria Deum & proximum offendere.

Matth: 7. ✠ 17.
Matth: 12. ✠ 33.

Quarta ratio, *Math: 7.* Christus dicit: *Non potest arbor bona fructus malos facere.* Ex quo rursus concluditur: *Math: 12. Aut facite arborem bonam & fructus bonos, aut malam & fructus malos.* Quasi diceret: quando opera infidelium perpetratis, consequens est, vt etiam professionem ipsam Christianorum deponatis, quod egregiè perstringitur, *2. Pet: 2.* Quinta ratio, Putant homines, simul se posse seruire Deo, & mundo, eiusq; illecebris. Sed contrarium clamat tota lex Euangelica: adeò vt familiarissima etiam peccata, contra omnem opinionem & excusationem, inducant certam damnationem.

1. Cor: 6. ✠ 9.

1. Cor. 6. Nolite errare: quia neq; idololatræ, neq; fornicarij, neq; molles, neque auari, neq; rapaces, neq; maledici, neque ebriosi, regnum Dei poßidebunt. Postea addit: *Esca ventri, & venter escis. Deus autem hunc, & has destruet.* Y

Esca ventri, & vēter escis, quo modo.

Quod certè dolendo experimur, in hoc etiam sacro tempore Aduentus, & sacratissimorum ipsius natalis Dominicæ dierum, quando nihil decesisse videtur ex consuetis dissolutionibus, & apparatibus ad maiores etiam licentias quàm alias vnquam perpetrandas. Contra quos vide S. Bernardum Sermone *1.* & *3.* Aduentus. Verè autem fit vt prædixit Apostolus: *quia esca ventri, & venter escis.* Ideo enim plerunq; laboratur ab hominibus, vt ventri satis fiat. Deinde vicissim venter, postquam omnia consumpsit, ad nouas rapinas, & impia studia, relictis iis quæ sunt salutis æternę, stimulat iuxta illud, *Eccles: 6. Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur.*

Eccles: 6. ✠ 7.

Deus autē & ventrem & escas destruit, quādo homines plerumq; vel crapula, vel eam curantibus intempestiuis medicinis exhauriuntur. Sexta ratio, Dictum est superiùs, Christianos quasi ex lumine diuino accensos, secundum Apostolum, esse veluti luminaria mundi aliis hominibus tenebrosis, hoc est infidelibus.

Christiani mali ex luminaribus fiunt tenebriones sæculi.

Iam verò in Christianis dissolutis fit contrarium: *Rom: 2. Si autem tu qui Iudæus, id est fidelis cognominaris, &c.* Deinde sequitur. *Qui in lege gloriaris, & per præuaricationem legis, Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, &c.*

Philip: 2. ✠ 15.
Rom: 2. ✠ 17.

Certè quidquid mali patitur hodie Christiana Respub: fit propter nefandas hæreses, quæ apud Deum nunquam remanent publica aliqua clade impunitæ. Hęreses autem & prodeunt & fouentur mala vita Catholicorum, propter quam & Z

Hæreses ex malis moribꝰ ortę, perdūt Respub.

hæretici in suis erroribus ac perfidiis, & Iudæi ac Gentiles in sua infidelitate & idololatria confirmantur: & tantùm abest vt ad Christianam professionem conuertantur, vt etiam cane peius & angue eam execrantes, in eius extirpationē ferro & igne conspirent. Quomodo autem sperabimus Dei contra eos auxilium: cùm Deus illis potiùs fauere se ostendat? Rectè enim quadrat modernis Christianis, præsertim in nostra Polonia, illud *Ierem: 2. Transite ad Insulas Cethim, &c. & diligenter considerate, si mutauit gens Deos suos, cùm tamen Dij non essent, sed idola.*

Ierem: 2. ✠ 10.

Certè stupendum est, Iudæos vanitatum suarum, vsq; ad mortem esse tenacissimos. Similiter Turcas, vt aiunt, cum Persis de tyara vel habitu, & de leuissimis ritibus suæ professionis ad extremum depugnare. Christianos autem, non solùm in ritibus, operibus meritoriis, præceptis Ecclesiæ, sed etiam in ipso Decalogo quasi ludum cum Deo & Ecclesia agere.

Religio falsa infidelibus, quàm Christianis vera, tenacior.

Equidem hoc est non pacem cœlitus bonæ voluntatis per Angelos denūtiatam acceptare: sed bellum obstinatæ voluntatis Deo indicere. Vobis ô Poloni, qui assiduis periculis bellicis distinemini, & molem Gentilicam humeris vestris sustinetis, videtur esse dictum illud per Isaiam Prophetam: *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua, & iustitia sicut gurgites maris, & fuisset sicut arena semen tuum, & stirps vteri tui vt lapilli eius: Non interiisset & non fuisset attritum nomen eius à facie mea. Egredimini igitur de Babylone, & dicite: Redemit Dominus seruum suum.* Hucusq; Propheta.

Pax terrena, sine cœlesti verè nō acquiritur.
Isa: 48. ✠ 18.

Agnoscite igitur, & recogitate hodie, ô Poloni, Regem pacificū ad vos aduentantem: & pacem vicissim bonæ voluntatis eidem offerentes, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Cui laus, honor, & imperium sit in perpetuas æternitates. Amen.

In festo Natalis Domini,

SERMO SEPTIMVS.

De ratione & excellentia Incarnationis.

A



CElebramus hodie, dilectissimi, sacratissimam diem, redemptionis quidem nouæ, sed reparationis antiquæ, desinentis in statum fœlicitatis æternæ: diem, inquam, ab initio quidem mundi, & lapsus humani promissam, plurimis figuris & signis adumbratam, certissimis Patriarcharum & Prophetarum attestationibus confirmatam: sed

Natalis Christi memoria quanti debeat esse Christianis.

tamen longis ſæculorum interuallis dilatam, & poſt longa Sanctorum legis veteris deſideria, nobis tandem in legẽ gratiæ reſeruatam, atq; exhibitam. Quam fœlicitatem oſtendere voluit ipſe Saluator, quando in perſona Apoſtolorum dicebat omnibus in præ-
Ioan: 4. ℣ 37. ſenti lege gratiæ conſtitutis: *Vos metitis, & non ſeminaſtis, & in aliorum*
Hebr: 11. ℣ 39. *labores introiſtis.* Et Apoſtolus, poſtquam enumeraſſet fidei, ſpei, & charitatis, præclara merita Sanctorum veteris legis, tandem ſic concludit: *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſsionem, Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.* Ideo ipſe Chriſtus dicebat auditoribus & ſectatoribus ſuis fidelibus: *Beati*

Christiani duce Christo in aliorum labores ab initio mundi introierunt.

Luc: 10. ℣ 23. *oculi qui vident, quæ vos videtis: multi enim Reges voluerunt videre, & audire, quæ* B
vos auditis & videtis, & non viderunt, nec audierunt. Quamuis enim Sancti in lege veteri, per fidem & ſpem, viderunt futurum Meſsiam: tamẽ viſio erat ænigmatica & vmbratilis, in lege noua re ipſa exhiben-
Num: 24. ℣ 17. da, vt dicitur *Num: 24. Videbo eum, ſed non modo: intuebor eum, ſed non pro-*
Ioan: 8. ℣ 56. *pe.* Sic *Ioan: 8.* dicitur: Abraham deſideraſſe viſionem Meſsiæ, eamq; tandem cum gaudio conſecutum fuiſſe: hoc eſt, non re ipſa, ſed ænigmaticè, quando promiſsiones redemptionis in eius ſemine fuerant confirmatæ. Viſio igitur Chriſti Meſsiæ, illis Patribus contingebat per figuram, nobis per gratiam, beatis verò futura eſt
Ioan: 20. ℣ 29. per gloriam. Quod Chriſtus breuiter expreſsit dicens: *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderũt.* Hoc clariſsimè do-
1. Petr: 1. ℣ 8. cet S. Petrus: *Quem* (inquit) id eſt Chriſtum, *cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoq; non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata: reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum. De qua ſalute exquiſierũt atq; ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt;* C
ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti: prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſsiones, & poſteriores glorias: quibus reuelatum eſt quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nunc nuntiata ſunt vobis per eos, qui Euangelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de cœlo, in quem (vel in quæ) deſiderant Angeli proſpicere. Hæc ibi. Quia enim teſte Apoſtolo, filius Dei ſua vnione non Angelos, ſed hominem apprehendit: meritò quidem illi tanta myſteria ſtupentes, nec inuidia ſicut olim Lucifer, ſed charitate proſequentes, Chriſto nato ſtatim ſua gratulatione affuerunt, A
dicentes: *Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Si-

Angeli non inuident hõinib⁹ Incarnationem ſicut Lucifer, ſed congratulantur.

Hebr: 2. ℣ 16. mul etiam denuntiant hominibus, & gratulantur tantam fœlicitatem, dicendo: *Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator, &c.* Hoc igitur gaudium, vt fructuoſiùs ſpiritu exequamur: cùm aliâs integrum Euangelium, & per ſingulas partes, de vtraque Chriſti

Argumẽtum & partitio ſermõis

Chriſti generatione explicauerimus: ſufficiet nunc ex verbis, VERBVM CARO FACTVM EST, excellentiam & mirabilia incarnationis expendere. Ex ſequentibus verò: *& habitauit in nobis, &c.* fructus eiuſdem incarnationis, ad eruditionem noſtram ſubiicere.

Quo ad primum: Puer Ieſus inter alia nomina, quæ recenſentur *Iſaiæ 9.* habet etiam nomen *Admirabilis.* Cui myſterio poteſt accommodari figura, *Geneſ: 32.* quando Angelus perſonam filij Dei gerens reſpondit Iacobo: *Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Lucta enim quæ ibi deſcribitur, potuit præſignare vnionem humanitatis cum Verbo, quę quidẽ finita erat in aurora, hoc eſt, ex vmbra legis, luce Euangelica inclareſcente. Præualuerat autem quodam modo natura humana in hac lucta, propter exinanitionem diuinitatis, quæ in forma hominis, immò etiam ſerui occultabatur: Attamen manſit affectio in fœmore humanitatis; quia paſsiones abſq; peccato in filio Dei, reſidebant in eius humanitate. Fuit ergo incarnatio Chriſti, admirabilis multis nominibus: ſed ſufficiat nobis in pręſenti ſermone, idipſum trifariam conſiderare. Primò: ex parte modi. Secundò: ex parte matris. Tertiò: ex parte ipſius prolis. Quo ad modum: Incarnatio Chriſti fuit excellens & admirabilis quadrupliciter: Primò quidem ex ratione ipſius vnionis. Principio notandum; E
quia licet iſti termini, compoſitio, coniunctio, vnio, quandoq; confunduntur: tamen propriè loquendo, compoſitio dicitur corporũ inuicem: Coniunctio rurſus, corporis & animæ: Vnio autem, diuinę naturæ ad humanam. Sed quia vnio non ſatis exprimit iſtam coniunctionem, cùm latiùs pateat: quęrenda erat magis propria denominatio. Cùm autẽ anima ſit potior portio hominis quàm corpus: denominatio autem fieri debeat à digniori: videbatur congruere huic vnioni, Animatio. Tamen dicta fuit Incarnatio, quia ſummum hoc myſterium tandem ſic determinauit vertex Euangeliſtarũ Ioannes dicens: *Et Verbum caro factum eſt.* Quod congruebat quadruplici ratione. Prima: vt expreſsior fieret tãti beneficij denominatio: ſic enim diſtinguitur à ſuſceptione creaturæ merè ſpiritualis, vt dicitur *Hebr: 2. Nuſquam enim Angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Et rurſus: *Et quia pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe participauit eiſdem.* Secunda ratio: quia homini ad firmandam hanc fidem, magis innote- F
ſcit proprietas carnis, quàm animæ. Tertia: ad exprimendam filij Dei ineffabilem exinanitionem, quæ magis concipitur oppoſitione carnis, quàm ſpiritus vel animæ. Quartò: vt maior fiat diuinę ſapientiæ, potẽtiæ, & bonitatis, atq; dignationis in hominem expreſſio, quan-

Lucta Iacob cũ Angelo, typ⁹ incarnationis. Gene: 32. ℣ 29.

Ex parte Modi.

Incarnatio filij Dei excellens & admirabilis triplici ratione.

Incarnatio excedit compoſitionem, cõiunctionem, vnionem, & animationem.

Incarnatio quarẽ congruẽter dicta.

Hebr: 2. ℣ 14. 16

ſio, quando vltimo tempore creatura generis humani, Verbo æterno, per quod vniuerſa fuiſſent creata, tanquam ſuo principio coniungeretur, & ima ſummis fuerunt vnita, id eſt diuinitas humanitati: atq; ſic, cum qua, & in qua omnis creatura corruerat, in eadẽ viciſsim repararetur, vt oſtenditur *Rom: 8.*

Rom: 8. ℣ 20.

Incarnatio opponitur myſterio Trinitatis.

Secundò fuit modus incarnationis admirabilis ex parte modi: quia cum ſummo myſterio diuiniſsimæ Trinitatis, ſingularem habet oppoſitionem. Sicut enim in diuinitate vna eſt eſſentia, & tres perſonæ diſtinctæ: ita è conuerſo, in Chriſto vna eſt perſona & tres eſſentiæ, ſiue naturæ diſtinctæ, videlicet, diuinitas æterna, anima noua, quia in aſſumptione carnis producta; & caro antiqua, quia ab Adam propagata.

Incarnatio continet nouum, antiquum, & æternum.

Et hac ratione, ſicut in diuinis, eſt Trinitas perſonarum in vnitate eſſentiæ: ſic in Chriſto, eſt quodam modo Trinitas eſſentiarum ſeu naturarũ, in vnitate perſonę. Quẽadmodũ enim in Trinitate diuerſitas perſonarum, non diſtinguit eſſentiã Dei: ſic in incarnatione diuerſitas naturarũ, non diſtinguit perſonam Chriſti.

G

Incarnationis triplex vnio miranda.

Tertiò: Incarnatio quo ad modum eſt admirabilis, propter triplicem vnionem, quæ ſecundum diuerſas naturas reperitur in Chriſto. Fuit enim vnio Deitatis ad animam, & è conuerſo: & Deitatis ad carnem, & è conuerſo: & animæ ad carnem, & è conuerſo. Quæ vniones peractæ fuerunt & conuenerunt, in vnitatem perſonæ, in inſtanti ipſius conceptionis. Duæ primę vniones, nimirum diuinitatis, tam ad animam, quàm ad carnem, & è conuerſò, cùm ſint ſpirituales & diuinę, ſemper manſerunt (quod enim ſemel aſſumpſit, Verbum æternum nunquam deſerit)

In morte Chriſti qualis eſſet ſeparatio ſubſtantiarum.

In tertia autem vnione, tanquam ad modum humanum facta, ſubſecuta erat ſeparatio in morte Chriſti; quæ vera eſſe non potuiſſet, niſi anima ad tempus à corpore fuiſſet realiter ſeparata; manente tamen vnione Verbi in vtraq; natura.

Augu: tract: 47. in Ioan. Epiph: in Ancoratu.

Mors Chriſti diuinitatẽ nõ affecit, imò humanã naturã refecit.

Actor: 2. ℣ 25. Pſal: 15. ℣ 8.

Separatio enim illa, vnitatem perſonæ Chriſti, quæ diuina nõ humana eſt, non affecit: ſed nec humanitati, iſta guſtatione mortis, iura mortalitatis inuexit: quin potiùs ea in ſeipſo & membris ſibi fidelibus, propria virtute, per victricem reſurrectionem euacuauit: vt S. Petrus *Act: 2* apertiſsimè conuincit.

H

Incarnatio chriſti reſpectu quãtitatis vtriuſq; mira.

Quartò: Incarnatio Chriſti quo ad modum mira extitit, ratione quantitatis, tam continuæ, quàm diſcretæ, nimirum temporis, & dimenſionis. Quod enim natura & ars facit per menſuram motus ſucceſsiuè: hoc Deus tanquam creator & primum principium, operatur ſua potentia, in inſtanti & effectiuè: quemadmodum totam creaturam fecit in inſtanti verbo, iuxta illud: *Dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt.* vt patet *Gen: 1 & 2.*

Pſal: 32. ℣ 9. Gene: 1. & 2.

Quia

Incarnatio in inſtanti peracta quomodo.

Quia igitur conceptio Chriſti facta erat nõ modo naturali, ſed operatione totius Trinitatis (vt dicitur *Luc: 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi*) Ideo in inſtanti, factus ibi erat, progreſſus naturalis formationis, nimirum ſanguinis virginalis cõmunicatio, membrorum conſolidatio, figuratio, animatio, & ad Verbũ æternum vnio.

Fœmina Maria quomodo circũdedit virum Chriſtum.

Hoc Deus voluit præſtare, quod quondam promiſerat per Ieremiam: *Nouum faciet Dominus ſuper terram: fœmina circumdabit virum.* Siquidem in naturali generatione, vir quodam modo circumdat fœminam, exiſtens cauſa actiua, & effectiua generationis

I

prolis; fœmina autem eſt cauſa materialis & paſsiua.

Ierem: 31. ℣ 22.

Maria autem Virgo, efficiẽte diuina virtute per Spiritum ſanctũ, facta eſt cauſa nõ ſolùm materialis, ſed inſuper (virtute tamẽ Spiritus ſancti) effectiua, Chriſti humanitatis, eiuſq; generationis.

Chriſtus in inſtanti conceptionis perfect⁹ homo & vir. Ideo ante Ioannem factus, quamuis poſt illum veniſſet.

Quod enim naturali fœtui in vtero incrementi accedit, per *40.* dies in maſculo ad animationem, hoc in Chriſti conceptione peractum fuit, in illa vix perceptibili in inſtanti membrorũ diſtinctione & conſtitutione. Quod etiam ex ipſo contextu Euangelico colligere licet: quando Maria ſtatim poſt conceptionem, ſalutata eſt ab Elizabeth, mater Domini ſui: & filius Dei Ioannem ſex menſes ſeſe conceptione præcedentem, ad agnitionem ſui, & mutuam congratulationem prouocauit: atteſtante idipſum Ioanne, & dicente: *Qui cùm poſt me veniſſet, ante me factus eſt.*

Luc: 1. ℣ 43. Ioan: 1. ℣ 30.

Quamuis enim hæc verba congruant naturæ eius diuinæ, qua creator creaturam præceſsiſſet: (quod confirmant ſequentia, dum additur: *quia prior me erat*) tamen cùm dicitur factus, magis propriè referenda eſſe videntur ad Chriſti humanitatem, eiuſq; ortum naturalem, inſtanti operatione diuina præuentum.

K

Voluit tamen Chriſtus in vtero nouem menſibus demorari, & ſecundũ quantitatem corpuſculi creſcere (ſicut etiam natus dicitur puer creuiſſe) vt videlicet veram humanitatem comprobaret.

Luc: 1. ℣ 80. Luc: 2. ℣ 52.

Fuit ergo miraculoſum, ſicut Verbo æterno humanitatem vniri hypoſtaticè: ſic in tam modica quantitate fuiſſe conſtitutionem corpuſculi, ſingulis membris diſtinctam, & aptam ad animæ infuſionem, & ad virilem perfectionem; idq; totum ſimul integro virginali vtero comprehendi potuiſſe. Ideo tantum myſterium longè ſuperabit & veriſsimè exprimet illud Poëticum ænigma.

Aenigma Maronicum in Chriſto completum.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli ſpatium, non amplius, vlnas?

Virg: ecloga 3.

Verè enim, non cœli ſpatium ampliſsimum, ſed ipſe cœlorum conditor Dei filius, (*cui cœlum ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum illius*)

Iſa: 66. ℣ 1.

ſua

Bernard: ferm: 1. de Natiuit: Dñi.
Isaiæ 66. ѵ 1.
Christus adhuc in vtero fili⁹ Dei nondumviator, & iam comprehensor.

sua tam mira vnione, comprehensus est in quantitate corpusculi vix perceptibili. In qua tamen existẽs perfectus vir, similiter comprehensus est integerrimo vtero virginis, quæ vel ipsa trium vlnarum spatium non excedebat. Vultis nosse (inquit S. Bernardus) quàm abbreuiatum Verbum fecit Deus Pater super terram? *Cœlum* (inquit hoc Verbum) *& terram ego impleo. Nunc caro factum,* in angusto locatum est præsepio. Hæc ille. Sed nec minus mirum est, animam L illius prolis, ex eodem instanti semper fuisse beatam, & omni plenitudine charismatum redundantem: vt antequam Christus inciperet esse viator per natiuitatem, fuisset & comprehensor per instantem ex Spiritu sancto formationem, & animæ beatissimæ vnionem. Qualem perfectionem videtur Angelus attigisse, quando dicebat Iosepho: *Quod in ea* (nondum ex ea) *natum est, de Spiritu sancto est.*

Matth: 1. ✠ 20.
Vt Christus verus Emmanuel: sic Maria vera θεοτόκοσ.
Chrysol: ser: 60. de Symbolo. & ferm: 145.

Ex quibus verbis insuper Chrysologus, non minùs piè quàm rationabiliter iura diuinitatis, filij quidem naturalia, matris autem gratuita, sic euincit: Si iuxta Euangelistam, quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: quia Deus Spiritus est: hæreticus iam Deum natũ virginea confiteatur ex carne, neq; amplius cœleste mysterium, virginitatis partum, trahat ad conceptum mundi, ad terrenæ fragilitatis iniuriam. Et alibi: Quod in ea, inquit, natum est, de Spiritu sancto est: Veniant, audiant, qui Græco turbine (sectas Arianas intelligit) ἀνθρωποτόκον, χριστοτόκον, vt θεοτόκον tollerent, blasphemantes. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et quod de Spiritu S. natum est, Spiritus est, quia *Deus Spiritus est.* Et paulò post: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Virgo concepit, sed de Spiritu: M virgo parturit, sed eum quem prædixit Isaias: *Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.* Nobiscum Deus, cum illis homo: Et *maledictus homo, qui spem ponit in homine.*

Isaiæ 7. ✠ 14.
Hæretici negantes Christum Deum, maledicti.
Jerem: 17. ✠ 5.
Cyrillus in Episto: ad oriẽtales.

In eandem sententiam Cyrillus Alexandrinus: Duarum (inquit) naturarum facta est vnio: quapropter vnum Christũ, vnum filium, vnum Dominum confitemur, secundum eandem inconclusæ vnionis intelligẽtiam. Confitemur sanctam virginem Dei genitricem: propterea, quòd Verbum Dei incarnatum, & homo factum sit, etiam inde ab ipsa conceptione, in vtero illius, sibi ipsi ex ea assumptum vnierit templum. Hæc ille.

Nota

Christi quã mira Natiuitas triplex secundũ diuersas naturas vel substantias.
Innoc: ser: 3 de Natiuit: Christi.

Exinde colligitur secundum, quod miram testatur Christi natiuitatem: Ea siquidem in vna eademq; persona triplex reperitur, videlicet, diuina, humana, & gratuita. Prima est tantum ex patre in cœlis: Secunda tantum ex matre in terris: Tertia quodam modo cum patre & matre, in mentibus

Matth: 12. ѵ 50.
Bernard: lib: de cõscient: cap: 3.

mentibus per gratiam: iuxta illud *Matth: 12. Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Ratio autem istaN rum natiuitatum, dependet ex triplici natura, quæ in Christo est, videlicet Deus, Caro, & Spiritus. Nam secundum naturam diuinam, nascitur vel natus est ex Patre Deus: Secundùm naturam humanã, Deus ex matre natus est caro: Secundùm gratiam verò, Deus simul & homo nascitur, in mente fidelium, Spiritus. Ex Patre natus est semper: ex matre natus est semel: in mente nascitur sæpè. Hoc mysterium Ecclesia repræsentat triplici Missa in ipso die Natalis Christi. Prima enim habetur in media nocte: ad denotandam generationem diuinam, quæ nobis est occulta, & vt in se est inuestigabilis, iuxta *Isaiæ 53. Generationem eius quis ennarrabit?* Per Missam autem in aurora, designatur Natiuitas Christi humana: quia sicut aurora participat cum luce & tenebris: sic natiuitas Christi secundum carnem, partim est manifesta, quantum ad factum, partim occulta, quantum ad modum ipsius Natiuitatis. sic Ambrosius: Licet mihi (inquit) scire quod natus sit: non licet scrutari quomodo natus sit. Porrò gratuita generatio declaratur per Missam tertiam, quæ fit versus meridiem: Quia natiuitas Christi per gratiam fit manifesta, in qua Christus concipitur per affectum, nascitur per effectum, nuO tritur per charitatis profectum: iuxta *Isa: 26. Concepimus, parturiuimus, & peperimus Spiritum salutis.*

Missæ triplicis in Natali Christi mysterium.
Isaiæ 53. ✠ 8.
Ambr: de fide contra Arianos cap: 8.
Hilar: lib: 2. de Trinit.
Isaiæ 26. ✠ 18.
De parte Matris

Secundò: Incarnatio Christi fuit admirabilis ex parte matris. Primò: Deus produxerat primum hominem Adamum absq; viro & muliere: deinde Euam ex solo viro sine muliere: postmodum Caim & reliquos homines, ex viro simul & muliere: Restabat quartus modus producendi virum ex sola muliere, quæ alioqui in naturali generatione, sine actiuitate, passiuo modo se habet. Sicut igitur Deus primos tres modos attribuit, humanæ ex Adam terrenæ creationi & propagationi: Ita quartum hunc stupendum, reseruauit eiusdem generis humani, cœlesti in Adamo reparationi. De quo sic ait Augustinus: Hominis prima conditio, Adam de terra: Secunda conditio hominis, qua creatur fœmina de latere viri: Tertia conditio hominis, qua natus est homo ex viro & fœmina: Quarta conditio est Dei & hominis, qua natus est Christus sine viro de fœmina. Hæc ille. Quod promiserat sese facturum *Gene: 3.* quòd *semen mulieris contriturum esset caput serpentis.* Hoc autem Deus præstitit in Maria, quæ absq; viro, ex Spiritu sancto concepit & peperit Christum, qui propterea seipsum filium hominis P subinde denominat. Quod mysterium sic præclarè expressit antiquissimus

August: ser: 20. de Tempore.
Gene: 3. ✠ 15.

Irenæus contra hæreses lib: 3. cap: 31.

quiſsimus ille Irenæus: Si primus Adam habuit patrem hominem, & ex ſemine viri natus eſt: meritò dicerent (hæretici) & ſecundum Adam ex Ioſeph eſſe generatum. Si verò ille de terra quidem ſumptus eſt, & Verbo Dei plaſmatus eſt: oportebat hoc ipſum Verbum recapitulationem Adæ in ſeipſum faciens, eiuſdem generationis habere ſimilitudinem. Quare igitur non iterum ſumpſit limum Deus, ſed ex Maria operatus eſt plaſmationem fieri? vt non alia plaſmatio fieret: neq; alia eſſet plaſmatio qua ſaluaretur, ſed eadem ipſa recapitularetur, ſeruata ſimilitudine. Hæc ille.

Marię part⁹ multis nõinibus excellens & mirabilis.

Bernard: ſuper ỳba apocalyp: Signum magnũ apparuit.

Idem ſerm: 3. de vigilia Natalis Domini.

Exinde in beatiſsima iſta fœmina, multa mira, & contra vel potiùs ſupra naturam, concurrunt. Ipſa enim, ſecundum Bernardum, ſola virgo eſt, in qua virginitas & fœcunditas obuiauerunt ſibi. Ibi ſemel factum eſt, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum: quia nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. Illa (inquit alibi) erat ſine pudore fœcunda, ſine onere grauida, ſine dolore puerpera. Ibi portauit ſtella ſolem, palmes vitem, riuus fontem, filia patrem, creatura creatorem. Fuit, inquam, mater patris, ac filia nati. Fuit quoq; prole poſterior, contento minor, mater & virgo ſimul fuit, & cum Deo filium communem habuit, meritò Dei mater & genitrix appellata. Maledictionem legis euaſit: qua maledictione afficiebantur, virgines quidem, quia non genuerunt, coniugatæ verò, quia in dolore pepererunt.

Incarnatio ex parte geniti filij quàm excellens & mirabilis.

Incarnatiõis vnio eſt opus diuinum ſupra omnes creaturas.

D. Thomas opuſculo 13. de human: Chriſti.

Tertiò: maximè in ipſa prole apparuerunt multa mirabilia: quæ ſupra colligi poſſunt ex modo incarnationis. Tantum opus (inquit S. Thomas) congruebat reparatori: quem decebat oſtendere ſuam ſapientiam, potentiam, & bonitatẽ. Quid autem potius, quàm coniungere extrema ſummè diſtantia? Magna enim potentia fuit in coniunctione diſparium elementorũ, maior in coniunctione illorum ad ſpiritum creatum, maxima verò, in vnione ad ſpiritum increatum, vbi maxima eſt diſparitas. Quid verò ſapientius, quàm quòd ad completionem totius vniuerſi, fieret coniunctio primi & vltimi, hoc eſt, Verbi Dei, quod eſt omnium principium, & humanæ naturę, quæ in operibus ſex dierum fuit vltima omnium creaturarum? Quid enim beneuolius, quàm quòd creator rerum communicare ſe voluit rebus creatis: & hæc benignitas magna fuit in cõiunctione ſui cum omnibus rebus per præſentiam, maior quia communicauit ſe bonis per gratiam, maxima quia ſe communicauit Chriſto homini, & per conſequens generibus ſingulorum, in vnitate perſonæ. Hactenus D. Thomas. Ex qua rurſus vnione redundauit in humanam naturam maxima ſupra naturam,

turam, diuinitatis quædam communicatio, & creaturarum conſummatio: quam ſic explicat Damaſcenus: Benigna (inquit) Patris voluntas, in vnigenito filio, rerum omnium connexionem effecit. Nam cùm paruus mundus homo ſit, vt qui eſſentiæ omnis tum in aſpectum cadentis, tum oculorum aciem fugientis, nodum & vinculum in ſeipſum ferat, atq; hoc & illud ſit; reuera Dei benigna voluntas hoc tulit, vt in vnigenito filio diuinitatis & humanitatis, ac per eam conditarum omnium rerum connexio fieret, vt ſit Deus omnia in omnibus.

Hõinis Microcoſmi cum Deo vnio, creaturas connectit creatori.

Damaſc: in ora: de Tranſig: Dñi.

Greg: Nazian: in oratione funebri fratris ſui Cęſarij.

Eò etiam ſpectat Gregorius Theologus ſic inquiens: Quid eſt homo quòd memor es eius? Quid hoc noui circa me myſterij? Paruus ſum & magnus, humilis & ſublimis, mortalis, & immortalis: terrenus, & cœleſtis: illa cum mundo hoc inferiore, hæc cum Deo: illa cum carne, hæc cum ſpiritu. Cum Chriſto conſepeliri me oportet, cum Chriſto cõſurgere; cum Chriſto hæreditatem cernere, filium Dei fieri, Deumq; à Deo nominari. Hoc nobis præſtitit, qui noſtra cauſa, homo & mendicus factus eſt Deus: vt carnem reſtitueret, imaginem inſtauraret, atq; hominem reformaret: vt vniuerſi vnum eſſemus in Chriſto Ieſu, omnia in omnibus perfectè facta, quæcunq; ipſe earum eſt, quæ nunc in nobis ſunt carnalium & humanarum rerũ: Vt itidẽ caro & humanitas iſta noſtra in nobis clarificaretur, ſicut in Chriſto eſt clarificata: vt iam amplius non ſimus maſculus & fœmina, barbarus & Scytha, ſeruus & liber, quæ carnis notæ ſunt: ſed vnum in nobis ipſis feramus diuinum characterem, à quo & in quem facti ſumus: in tantũ ab illo formati, atq; effigiati, vt ab vno ipſo cognoſcamur, & vt id quod ſperamus, fiamus, iuxta ingentem munificem Dei humanitatem, qui parua poſcens, magna eis largitur, & nunc, & temporibus futuris, qui ſyncerè diligunt illum. Hucuſq; Gregorius.

Incarnatio quo modo innouat ſigna, immutat mirabilia.

Eccli 36. ỳ 6.

Officium Romanum in Antiphona ad Laudes in Officio B. M. poſt Aduentum.

Aug: ſer: 8 & 22. de Natiu: chriſti

Quid ergo magis mirum, quàm Verbum æternum carnem, hominem, Deum, creaturam, creatorem fieri? Et ſic præſtitum eſt, quod olim expectabatur Eccleſiaſt: 36. *Innoua ſigna, immuta mirabilia.* Quod Eccleſia ſingulariter concelebrat, ſic hodie canens: Mirabile myſterium declaratur hodie; innouantur naturæ, Deus homo factus eſt, quod erat permanſit, & quod non erat aſſumpſit, nõ commixtionem paſſus, nec diuiſionem. Hinc ſequuntur alia. Dominus factus eſt ſeruus: æternus factus eſt temporalis: immenſus factus eſt paruulus: ſummus fit imus: incomprehenſibilis fit localis: ſimplex fit cõpoſitus; immortalis fit mortalis: vita mortem experitur. Quæ etiã pulcherrimè complexus eſt S. Auguſtinus, ſic dicens: Filius Dei idemq;

Idem ſer: 9. de natiuit: Chriſti.

filius hominis Dominus noſter IESVS Chriſtus, de matre ſine patre natus, creauit hunc diē: de matre ſine patre natus, cōſecrauit hunc diem. In diuina natiuitate inuiſibilis, in humana viſibilis, in vtraq; mirabilis. Et alibi: Vtramq; (inquit) natiuitatem mirabilem oſtendit: Diuinam æternam, vt crearet temporalem: humanam temporalem, vt præſtaret æternam. Quæ myſteria quaſi recollecta, alio rurſus loco ſic admiratur & extollit: O miracula: ô prodigia: naturæ iura mutantur. In homine Deus naſcitur: Virgo ſine viro grauidatur: viri neſciam ſermo Dei maritat: ſimul facta eſt mater & virgo: Mater facta eſt, ſed incorrupta: virgo habens filium, neſciens V
virum: ſemper clauſa, ſed non infœcunda: Solus enim ſine peccato eſt natus, quem ſine virili complexu non concupiſcentia carnis, ſed obedientia genuit mentis. Deniq; ad confuſionem eorum, qui tantum myſterium per fidem credere nolunt, idem S. Doctor recenti in re minima miraculo, adſtruit vetus in re omnium maxima prodigiū, quòd nimirū anulus Zonæ inſertus, ſponte ex illa dilapſus eſſet, nec Zona, nec ipſo anulo diſciſſo, vel ex aliqua parte diſſoluto.

Vnio incarnationis inconfuſa prodigio nouo declarata.

Aug de ciuitate lib: 22. cap: 8.

Secunda Pars.

Effectus & vtilitates incarnationis.

Iſaiæ 9. ℣ 5.

Ioan: 1. ℣ 14.

Epheſ: 5. ℣ 31.

VTilitatem generalem, & præcipuam incarnationis, ponit Iſaias Cap: 9. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis* Quod S. Ioannes quaſi exponens dicit: *Verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriā eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*: Quaſi ſenſus ſit: Deus factus homo, adeò naturam humanam ſibi tanquam ſponſam copulauit, vt *caro ex carne, os ex oſſibus*, hominē viciſſim ad ſuæ diuinitatis conſortium admitteret, in præſenti quidem per gratiam, in futuro autem per gloriam. Ex hoc fundamento, cùm vtilitates X
pene infinitæ promanēt (iuxta *Rom: 8. Si filium nobis dedit, quomodo cū illo non omnia nobis donauit?*) eas tamen nunc referemus, quæ reparationi lapſus humani in Paradiſo correſpondent. Primò quidem reſpectu Dei: deinde reſpectu ipſius hominis. Ex parte quidem Dei: vt diaboli in perditione humani generis, tyrannis, violentia, aſtutia & malignitas, Deo propriis attributis, nimirum potentia, ſapientia, & bonitate, vindicaretur & compenſaretur. Magna ſanè ſerpētis infernalis erat audacia, & tyrannis, primos parentes noſtros, excellentia & innocentia, Deo ſecundum Angelos, proximos, à diuino iure & obedientia deturbare, dicendo: Nequaquam moriemini &c. Sed iſtam præſumptionem, longè ſuperauit per incarnationem Verbi diuina potentia. Erat equidem non poſtremæ potentiæ, quòd

Dei attributa in effectu incarnationis cōpbata.

Potentia Dei contra dæmonem in incarnatione exhibita.

Gene: 3. ℣ 4.

Diabol⁹ in forma ſerpētis hominem, fili⁹ Dei in forma hominis diabolum vaſtauit.

tiæ, quòd Diabolus (diuino licet permiſſu) reprobus inquam Spiritus, corpus viliſſimæ creaturæ, ad tempus in humanam perniciem aſſumeret. Sed ſumma Dei potentia, longè plus præſtitit, quando eminentiſſimus Spiritus, hoc eſt Verbum æternum diuinum, car-
Y nem in natura excellentiorem, nimirum humanam, hypoſtaticè, hoc eſt ſeruata vtriuſq; naturæ in vna perſona proprietate, ſibi nexu irreuocabili vniuit; & ſic extrema & ſummè diſtantia, creatorē videlicet cum creatura copulauit. Similiter magna erat ſerpentis infernalis calliditas, ſupra omnia animantia, aliena ſpecie ad tempus ementita, hominem ſeducere & perdere. Maior diuina Sapientia, quæ ipſa filius eſt, in humana & ſeruili forma perpetuo ſibi vnita, *Leuiathan* ſeu Draconem Tartareum, *quaſi piſcem, vel auem illuſam*, ex infernali principatu, *quaſi hamo* humanitatis *extractum, pedibus fidelium conterendum ſubiicere*. Tertiò: *Quid nequius capite colubri?* quando promiſſione diuinitatis, homines primùm in beſtiarum ſimilitudinem, deinde in filios gehennæ deformaret? Non ſic filij Dei benignitas apparuit, non ſic: Magnum ſiquidem erat, filium Dei communicare ſe omnibus creaturis per vitam: maius omnibus ab initio fidelibus per gratiam: maximum iis qui incarnatum receperunt, per naturam: & quòd *dedit illis poteſtatem filios Dei, & cohæredes cœli euadere.* Et ſic contra infirmitatem Dæmonis, diuina maieſtas ſua attributa (quod
Z videlicet potuit, ſciuit, & voluit, ſic hominem redimere & honorare) pleniſſimè effudit, vt homo vitam Paradiſi haberet, & cœleſtem inſuper ſortem abundantiùs obtineret. Et ſic incarnatio abundantiſſimè reſtituit, quod ſpoliator infernalis in Paradiſo nobis eripuerat. Quod breuiſſimè complexus eſt Bernardus: Venit, inquit, medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, via ad errantes, vita ad mortuos. Hæc ille. Volens enim homo fieri tanquam Deus, & factus tanquam beſtia, & ſeruus ſathanæ: Ecce nunc Deus factus eſt homo, vt Adam non amplius ironicè, ſed in veritate audiret: *Ecce homo quaſi vnus ex nobis.* Et vt tandem concludamus: Deus de cœlo ad terras deſcendit, vt homo de terris cœlos aſcenderet; Deus factus eſt filius hominis, vt homo fieret filius Dei. Factus eſt Dominus ſeruus, vt ſeruus fieret Dominus: Immortalis moritur, vt mortalis æternum viuat: Diues factus eſt ægenus, vt pauperes ditaret: Obſcurata eſt lux, vt tenebræ lucem induerent: Eſuriuit panis, vt famelicus ſaturaretur: Sitiuit fons, vt ſitientes inebrientur: Triſtata eſt lætitia, vt gementes lætificaret: Pauebat fiducia, vt deſperatio ſeſe erigeret: Laſſata eſt via, vt corruentes, ad cœleſtia

Aſtutia diaboli per æternam Sapiētiā ſuperata.

Gene: 3. ℣ 1.
Iob 40. ℣ 19.
Tob: 6. ℣ 3.
Rom: 16. ℣ 20.
Luc: 10. ℣ 19.

Malitiam dæmonis diuina bonitas p incarnationé cōpēſauit.

Eccli 23. ℣ 22.
Gene: 3. ℣ 21.
Pſal: 48. ℣ 13.

Vitam per diabolum ereptam Verbum incarnatum ſuperabunde reſtituit homini.

Ioā: 10. ℣ 10. 27.
Bernar: ſer: 3. in vig: natiu: Dñi.

Ecce Adam quaſi vn⁹ ex nobis, Chriſto incarnato verè pſtitum.

Gene: 3. ℣ 22.
Tertull: lib: 2. coñ Marcioné.

Diuini cū hōine comertij fructus ſtupendi.

Psal: 105. ℣ 2. Luc: 2. ℣ 14.

Gaudiũ & gratulatio Christiana in natali Christi. Aug: ser: 17. de natiuitate Dñi.

ſeſe attollerent. *Quis ergo loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Sit igitur in altiſsimis gloria Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quale gaudium & gratulationem, ſic tandem verbis ſancti Augustini concludamus. Gaudeamus ergo fratres, in commercio Dei & hominis, ſponſi & ſponſæ, Chriſti & Eccleſiæ, Saluatoris & Virginis, quæ dum deſponſaretur fabro, cœli nupſit architecto. Veneremur Chriſtum in præſepi, qui quadrifarium mundum repleuit in fide. Adoremus pannos infantiæ, ex quibus facta ſunt emplaſtra naturæ. Honorate paſtores, qui primi myſterium ab Angelis didicerunt. Plaudamus cuncti cũ cœleſtibus Angelis, officiiſq; diuinis, & cœli & terræ pacem bonæ volũtatis hominibus nuntiemus. Date gloriam in excelſis Deo, redempti credite datam pacem eſſe captiuis. Eſtote homines bonæ voluntatis, vt mereamini præmiũ libertatis, ipſo donante, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

In feſto Natalis CHRISTI,

SERMO OCTAVVS.

Incarnatio quantum Dei opus: & quàm hominibus vtilis & neceſſaria.

Typus incarnationis Abrahæ inſinuatus exponitur. Gene: 18. Hebr: 13. ℣ 2.



Braham poſt acceptam à Deo ſeminis ſui benedicendi promiſsionem, non potuit domi ſeſe continere, quin per piam hoſpitalitatem, inter alios peregrinos, mereretur quoq; recipere Angelos, qui ſibi quia pater fidei fururus eſſet, ſumma duo fidei noſtræ fundamenta repręſentarent. Trinitatis quidem, quando tres vidit & vnum adorauit: Incarnationis autem, dum Saræ, vetulæ, ſterili, & incredulæ, poſt anni reuolutionẽ, promiſit filium benedictionis: quem figuraſſe ipſum Meſsiam, exponit Apoſtolus. Idipſum colligitur ex verbis, quando ibi dicitur: *Vita comite veniam ad te.* Cùm enim non legatur Deus ſecundò, vt promittebat viſibiliter ad Abraham rediiſſe, præſtitit hoc, *poſtquam venit plenitudo temporis*, vt mitteret filium ſuum verã vitam comitem, quæ *Verbum erat apud Deum, & in ipſo vita erat.* Hoc myſterium expletum eſt, quando filia Abrahæ Maria, poſita quaſi extra ſeipſam in meditatione tanti myſterij iam iam venturi, (quod vt Prophetiſſa ex lege facilè cognoſcebat) meruit ſuſcipere vnum quidem Angelum propter my- A B

Rom: 9. ℣ 7. Galat: 4. ℣ 18. Gene: 18. ℣ 14.

pter myſterium ſingularitatis perſonæ Chriſti, ſed qui etiam myſterium ſanctiſsimę Trinitatis reſeraret: quando dicebat: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi.* In hoc autem nuntio Maria tanquam inter mulieres benedicta, longè Saram ſuperauit. Sara enim maritata & ſterilis, Maria virgo fœcunda peperit: Illa diffidebat Dei potentiæ, quòd ſenex pareret: iſta cœlitus edocta credidit, ſe virginem & matrem ſimul permanſuram: Quod Sara quaſi ironicè dixerat: *Riſum fecit mihi Dominus, quicunq; audierit, corridebit mihi*: hoc veriùs completum eſt in Maria, quæ ex Spiritu ſancto cõcepit, & ſine dolore in gaudio peperit Iſaac, id eſt Chriſtum, qui verè riſum & gaudium ex victoria Sathanæ mundo attulit. Eccleſiá igitur ſponſa Chriſti, memor tanti beneficij, quòd Deus ſicut olim
C Saram, ſic ſponſam ſuam, vertente anno viſitauit, in ipſo anni decurſu, memoriam tam celebrem natalis Chriſti memorat. Cui nos conformantes, ex lecto Euangelio dicemus: quantum Dei opus ſit incarnatio, & quàm nobis vtilis. Deinde expendemus: an in Chriſtianis modò vera ſunt verba conſequentia: *Et habitauit in nobis: de cuius plenitudine omnes accepimus*: an verè illa potius querela ibidem poſita: *In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Quo ad primum. Gloriabantur quondam Philoſophi & Poëtæ, quòd verbis paucisſimis, multa & valde abſcondita exprimerent: inter quos Homerus in Menelao idem iactat. Sed Ioannes noſter Theologus & Apoſtolus, quaſi ex pectore Chriſti myſteria exugens, profert *Verbum illud abbreuiatum,*
D per Iſaiam promiſſum: hoc eſt Verbum illud diuinum, quod cùm apud Deum Patrem eſſet ab æterno, & longiſsimis promiſsionibus Patribus fuiſſet conteſtatum, tandem hodierna die per aſſumptionem carnis, veluti quoddam ſalutis humanæ compendium (vt loquitur Irenæus) eſt abbreuiatum. Quod S. Ioannes quaſi breuiſsimo quodam de cœlis tonitruo expreſsit: *In principio erat Verbum, &c. Et Verbum caro factum eſt, &c.* Cùm ergo Moyſes teſtetur *Dei perfecta eſſe opera*: Si in operibus ad extra, hoc eſt creaturis, certè in opere ad intra, hoc eſt in ipſa (de qua nobis ſermo eſt) Verbi æterni productione, eiuſmodi perfectio magis eſt infirmitati noſtræ inueſtiganda. Quam in præſenti ex Doctrina Theologorũ, præſertim S. Thomæ, ſecundum diuinę naturæ attributa, nimirum potentiam, ſapientiam, & bonitatem, expendamus. Primò quidem ratione potentiæ Dei. Nunquam enim potentia perfectè oſtenditur, niſi effectus
E virtutis, cauſæ coæquetur. Verbi gratia: ſtrenuus miles, ſi in puero vel fœmi-

Maria tanquam filia Abrahæ ſupra Sarã capax diuinorum myſteriorum. Iſaiæ 8. ℣ 13. Luc: 1. ℣ 35.

Argumẽtum & partitio ſermonis.

Primum.

Verbum abbreuiatum olim ꝑmiſſum, infert S. Ioannes initio ſui Euangelij. Iſaiæ 10. ℣ 23. Rom: 9. ℣ 27.

Iren: lib: 3. c. 20.

Incarnatio opus perfectiſsimũ, ſecundum Dei potentiã, ſapiẽtiã, & bonitatẽ. Damaſc: lib: 3. de fide, cap: 1. S. Thomas 3. parte, queſt: 1. art: 1. Idẽ de humanit: chriſti opuſ: 13.

Potentia

Potētia Dei maior in opere incarnatiōis quā creationis.

vel fœmina ostendat victoriam, meretur confusionem: si in sibi
æquali, vel superiori, referet laudem fortitudinis. Cùm ergo po-
tentia Dei sit infinita, apparebant quidem ab initio effectus eius,
sed in subiecto seu actu finito. Sumamus exemplum ex creatione
primorum hominum. Nam in corpore Adæ & Euæ, erat tam per-
fecta & proportionata coniunctio quatuor elementorum, & qua-
litatum sibi repugnantium, vt vita illorū futura esset penè immor-

In incarnatiōe rerum maximè diuersarū vnio arctissima.

talis. Maior potentia Dei apparuit in coniunctione talium corpo-
rum cum anima diuinitus inspirata. Restabat ergo maxima con-
iunctio, vt horum vtrumq; coniungeretur ad Spiritum increatum
seu diuinum, infinitum videlicet cum finito, creator cum creatura,

Bernar: serm: 3. in vigilia Natiuitatis Domini.

Deus cum homine: qua coniunctione nil maius cogitari potuit.
Quod pulchrè explicat Bernardus: Tria, inquit, opera fecit illa
omnipotens maiestas, in assumptione nostræ carnis: ita mirabili-
ter singularia, & singulariter mirabilia, vt talia ne facienda ampli- F
us super terram. Verbum quippe, & anima, & caro, in vnam con-
uenêre personam: & tria vnum sunt, non cōfusione substantiæ sed

Trinitatis & incarnationis opposita ratio.

vnitate pesonæ. Hæc ille. Sicut enim summum mysteriū ostende-
rat Deus ab æterno, quòd Verbum in principio erat apud Deum, &
Deus: hoc est, quòd personæ distinctæ, Pater, Filius (ex quibus pro-
manauit tertia persona Spiritus S.) sunt vnum in substantia: Ita in
temporis plenitudine, ostendit nō minorem potētiam, quòd Verbū

In Trinitate dicitur aliꝰ nō aliud. In incarnatione aliud non alius.

caro factum est, id est, tres distinctę substantiæ, caro, anima rationa-
lis, & Verbum, factæ sunt vna persona Christi filij Dei. Vnde antiqui
Doctores obseruauerunt illum in Theologia loquendi modum, vt
in Trinitatis quidem mysterio, dici debeat, Alius sed non aliud: in

Tert: con Praxæam n. 9.

incarnatione autem è conuerso dicatur, Aliud, sed non alius. Quia
nimirum in Trinitate distinctio datur in personis, non in natura seu G

Aug. tract: 16. in Ioan. & de ciu: lib: 11. cap: 10.

essentia: In incarnatione rursus, distinctio est naturarum diuinæ
& humanæ, seruata vnitate personæ, quæ simul Deus & homo est.

Greg: lib: 18. moralium cap: 36.

Secundò in incarnatione apparuit infinita sapientia Dei. Nam
primo Methaphisic: sapientis est ordinare. Ordo autem secundum
Augustinum, est parium dispariumq; rerum, vnicuiq; locum suum

Sapiētia Dei in opere incarnationis quàm ordinata.

tribuens dispositio. Cùm ergo Rom: 13. *quæ à Deo sunt, ordinata sint*: Sa-
tis conspicuus est iste ordo in ipsis creaturis. Quoniam Sap: 11. *De-*
us omnia disposuit in pondere, numero, & mensura, vt patet in ipsa rerum cre-

August: lib: 19. de ciuitate Dei. Rom: 13. ✝ 1. Sapien: 11. ✝ 21.

atione & conseruatione ordinatissima. Iam verò in incarnatione
exhibita est summa ordinatio, dum natura humana secundum om-
nem possibilem modum, reducta est ad suum fontem: quoniam v-
nitur suo

nitur suo principio, per vnionē perfectissimam hypostaticam Ver-
bi æterni ad humanitatē: atq; duæ illę res maximè ordine dissitæ,
hoc est Verbum æternum, ante omnem creaturam, & homo post

Bonitas Dei in opere incarnationis quanta enitet.

H alias creaturas factus, in vnum sint coniunctæ. Tertiò ostendit
Deus in hoc mysterio summam bonitatem suam. Cùm enim secun-
dum Dionysium, Deus sit summum bonum, & sui maximè commu-

Diony: de diu: nōinibꝰ cap: 4.

nicatiuum: satis quidem in creatione ostendit bonitatem suam,
producendo omnia ex nihilo, à non esse ad esse: & quod omnia quę
fecerat, erant valde bona. Quam bonitatem maximè Deus exhi-
buit in hominis creatione, cùm illi imaginem & similitudinem su-
am communicauit. Sed quia communicatio illa erat in similitudi-
ne, & non in natura ipsa: requirebatur modus, vt seruata integri-
tate substantiæ, natura diuina humanæ vniretur. Quod maximè
propriè factum est in vnione personali, vtraq; natura in se remanē-
te: hoc autem factum est, quando Deus homo factus est, vt homo
pro modulo suo Deus fieret. Quod grauissimè edocet antiquissi-

Irenæus lib: 5. cap: 16. & li: 3. cap: 20. 22. 31.

mus ille Irenæus dicens: Tunc hoc Verbum ostensum est, quando
I homo Verbum Dei factum est, semetipsum homini, & hominem
sibimetipsi assimilans: vt per eam quæ est ad filium similitudinem,
pretiosus homo fiat Patri. In præteritis enim temporibus diceba-
tur quidem secundum imaginem Dei factum esse hominem, non
autem ostendebatur: adhuc enim inuisibile erat Verbum, cuius se-
cundum imaginem homo factus fuerat: Propter hoc autem & si-
militudinem facilè amisit. Quando autem caro Verbum Dei factū
est, vtraq; confirmauit: & imaginem enim ostendit veram: & ipse
hoc fiens, quod erat imago eius, & similitudinem firmans restitu-
it, consimilem faciens hominem inuisibili Patri, per visibile Ver-

Imago Dei in hōine quomodo inchoara, reformata, & perficienda.

bum. Hæc Irenæus. Et sic imago Dei in homine, per creationem,
erat veluti inchoata: vt pote cui ruditas quædam ex limo desum-
K pta adhuc adhæreret. Deinde in incarnatione filij Dei, quem ba-
ptismo induimus, erat reformata & quasi expolita, quando in eadē
humanitate quæ ad imaginem Dei efformata fuisset, ipsa viua diui-
nitatis imago apparuit, quæ limosam illam naturam, ad immorta-
litatem elimaret. Postremò post resurrectionem in gloria, hæc ipsa

Hier: in cap: 28. Ezechielis. 1. Cor: 13. ✝ 12. 2. Cor: 3. ✝ 18.

imago Dei in nobis perficietur & consummabitur, quando secun-
dum Apostolum: *Videbimus Deum sicuti est: & sic cognoscam eum vt cognitus*
sum. Hos gradus videtur respexisse idem ipse Apostolus quando di-
cebat: *Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem ima-*
ginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini Spiritu. Tale
est illud

1. Ioan: 3. ✝ 2. est illud 1. Ioan : 3. *Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Sci-*
mus, quia cùm apparuerit, similes illi erimus : & videbimus eum sicuti est. Supra L
quod nil maius potuisse contingere hominibus ostendit D. Chryso-
Chryso:in ca:2. ad Hebr. stomus. Et Augustinus idem meritò miratur : maximè quòd talis
coniunctio facta fuerit non de nostro, sed de proprio Dei. Bernar-
Aug: de ciuit: lib: 10. cap:29. dus rursus hanc fuisse excellentissimam coniunctionem probat,
ratione assimilationis & vnionis. Quia secundum Philosophum,
species inferior superiori iuncta, recipit eius similitudinē & deno-
minationem. Sicut quando Rex ducit vxorem seruam, non ampli-
us serua, sed Regina denominatur. Altissimè hoc exaggerat Apo-
Hebr: 2. ✝ 16. stolus *Hebr* : 2. quando Dei filius tantùm adamauit naturam huma-
nam, vt omiserit & quasi prætererit naturam Angelicam, sicut
primam, sic etiam nobiliorem creaturam, sibiq; ratione spiritus ma-
gis conformem : apprehenderit autem semen Abrahæ, & quidem
tale, quod per culpam communicauerat sese carni & sanguini : vt
& ipse hominibus sese communicaret, non solum natura, sed etiam
statu : & nostrarum culparum pœnas, innocens ipse & impollutus M
in sese reciperet : quin etiam tam dignissimā naturam Angelicam
eiusmodi salutis humanę ministerio subiiceret. Tantam hominis
dignationem Chrysologus mirè exaggerat inquiens : Hoc est quod
pauebam dicere, hoc est quod trepidabam proferre, hoc est quod
neq; cœlestium, neq; terrestrium quenquā sinebat seruitutis pro-
priæ conditio suspicari : cœli & terræ, carnis & Dei, repente tan-
tum posse prouenire commertium, vt Deus in hominem, homo in
Deum, Dominus in seruum, seruus verteretur in filium : fieretque
diuinitatis & humanitatis ineffabili modo vna & sempiterna co-
gnatio. Et quidem Deitatis erga nos dignatio tanta est, vt scire ne-
queat, quid potissimum mirari debeat creatura : vtrum quòd se De-
us ad nostram deposuit seruitutem, an quòd nos ad suæ diuinitatis
rapuit dignitatem.

Secunda Pars.

TAnti mysterij & beneficij quòd *Verbum caro factum est*, Euan- N
Generatio Christi, regenerationis fideliū causa gelista ponit principalem effectū : *Et habitauit in nobis.* Quod
paulo ante magis explicat dicens : *Quotquot receperunt eum,*
(id est per fidem) *dedit illis potestatem filios Dei fieri. &c.* (quod fit per ba-
Matth:28. ✝ 19. ptismum, *Matth : 28. Data est mihi potestas, &c. Qui baptizatus fuerit, saluus e-*
rit, &c.) Addit S. Ioannes : *Qui non ex sangninibus, neq; ex voluntate carnis, neq;*
Ioan: 3. ✝ 6. *ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Nam Ioan : 3. *Quod natum est ex carne,*

caro est : quod natum est ex spiritu spiritus est. Quod *Rom* : 8. fusius explica- Rom: 8. ✝ 14.
tur & concluditur : *Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.* Quod S. Tho- S. Thomas in comēt:in hūc locum.
mas explicat secūdum analogiam filiorum carnalium, qui sicut ex
semine carnali, ad carnalia propendent : Sic filij Dei ex spirituali per
Spiritum sanctum regeneratione, spiritualia sapiunt : Vt S. Ioannes
non dubitauerit dicere : *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit : nec potest* 1. Ioan: 3. ✝ 9.
O *peccare, quoniam ex Deo natus est, & semen eius manet in eo.* Explicat 1. Ioan : 2. 1. Ioan: 2. ✝ 1.
Filioli : Hæc scribo vobis, vt non peccetis (id est ex industria malitiosè) *sed & si* Psal: 142. ✝ 12.
quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum : id est, si
ex fragilitate, tūc iustus septies in die cadit & resurgit, nec finaliter
in peccato decedit. Tales enim dicunt cum Dauide : *Spiritus tuus bo-*
nus deducet me per viam rectam. Frustra igitur peccatores excusant se Homo verè ex Christo regeneratus, aptus ad vitā spiritualē.
pronitate quadam ad malum, ex eo quod dicitur *Rom* : 7. *Non quod*
bonum volo facio, &c. quia talis effectus relictus est ad maiorem coro-
nam : ipsa autem regeneratio potentior & quasi naturalis est, Spiri- Rom: 7. ✝ 19.
tu facta carnis compescere, & corpus castigando in seruitutē redi-
gere : Siquidem dicitur filios Dei renatos, non ex sanguinibus, non
ex voluntate carnis & viri, sed ex Deo. Si enim Verbum caro fa-
P ctum est : longè faciliùs tantæ vnionis virtute, caro reducitur ad su-
um principium, vt spiritui non dominetur, sed potiùs subiaceat.
Quod egregiè ostendit Irenæus sic inquiens : Quando portauimus Irenæus lib: 5. cap: 11.
imaginem hominis qui est de limo? scilicet quando hæc, quæ præ-
dictæ sunt, carnis operationes perficiebantur in nobis. Quando au-
tem iterum imaginem cœlestis? Scilicet quando ait (Apostolus) *Ab-* 1. Cor: 6. ✝ 11.
luti estis, credentes in nomine Domini, & accipientes eius Spiritum. Abluti autē
sumus, non substantiam corporis, neq; imaginem plasmatis : sed
pristinam vanitatis conuersationem. In quibus igitur peribamus
membris, operantes ea quæ sunt corruptelæ, in iisdem ipsis viuifi-
camur, operantes ea quæ sunt Spiritus. Quemadmodum enim cor-
ruptelæ est capax caro, sic & incorruptelæ : & quemadmodū mor- Falsa regeneratio quæ?
Q tis, sic & vitæ. Et alibi. Qui ergo pignus Spiritus habent, & non cō-
cupiscentiis carnis seruiunt, sed subiiciunt semetipsos Spiritui, & Irenæus lib: 5. con hæres: ca: 8.
rationabiliter conuersantur in omnibus, iustè Apostolus spiritua-
les vocat, quoniam Spiritus Dei habitat in ipsis. Incorporales au-
tem spiritus non erunt homines spirituales, sed substantia nostra, id
est animæ & carnis adunitio adsumens Spiritum Dei, spiritualē ho-
minem perficit. Eos autem qui abiiciunt quidem Spiritus consiliū,
carnis autem voluptatibus seruiunt, & irrationabiliter viuunt, &
effrænati deiiciuntur in sua desideria, quippe nullam habentes aspi-

rationem diuini Spiritus, ſed porcorum & canum more viuūt, hos
iuſtè Apoſtolus carnales vocat, quia nihil aliud, quàm carnalia ſen-
tiunt. Hæc omnia Irenæus. Sed tantam hominis dignationem, &
viciſsim per culpam deformationem, ſic tandem veluti compen-
dio complectamur, verbis antiqui & deuotiſsimi Eremitæ, ſic inqui-
Hominis ſupra creaturas excellentia, & dignatio. — entis: Magnæ dignationis eſt homo. Reſpice quantum ſit cœlum R
& terra, ſol & luna: & non beneplacitum eſt in eis Domino, ſed in
ſolo homine is conquieuit. Honorificentior ergo eſt homo crea-
turis cunctis, fortaſſe verò dicere audebo, non ſolùm viſibilibus
Macarius Eremita hom: 15. 16. — creaturis, verumetiam inuiſibilibus, videlicet ſpiritibus miniſtris.
Gene: 1. ✝ 26. — Non enim de Michaele & Gabriele Archāgelis dixit: *Faciamus ſecundū*
imaginem & ſimilitudinē noſtram, ſed de intellectuali ſubſtantia hominis,
Pſal: 33. ✝ 8. — immortali (inquam) anima. Scriptum eſt enim: *Caſtra Angelorum in*
circuitu timentium eum. Porrò quæ apparent creaturæ, natura quadam
immutabili deuinctæ ſunt. Cœlum ſemel extenſum ſiue ordinatum
eſt: Sol item, luna, terra; & non complacitum eſt in eis Domino.
Sed neq; ad aliud illa ſe conuertere poſſunt, præter id ad quod cre-
Imago Dei in homine, in libertate arbitrij conſpicitur. — ata ſunt, neq; voluntatem habent. Tu verò propterea es *ſecundum* S
imaginem & ſimilitudinem Dei, quoniam ſicut Deus eſt liberi arbitrij, &
quod vult facit (quodſi enim vellet, pro poteſtate ſua mitteret iu-
ſtos in gehennam, & peccatores in regnū: verùm id nō deligit neq;
ſuſcipit. Iuſtus namq; iudex Dominus) ita & tu liberi es arbitrij, ac ſi
velis interire, conuertibilis es naturæ &c. Homo ſuper vaſa omnia
honorificatus eſt, quoniam in eo ſolo beneplacitum eſt Domino.
Cerne dignationem tuam, quomodo præſtabilis ſis. Super Angelos
Homo præ Angelis honorat' incarnatione. — te fecit Deus, quando & ipſe per ſeipſum ad legationem ſeu inter-
ceſsionem & redemptionem tuam, in terras venit: quando item
Angeli ad ſalutem venêre tuam. Rex namq; filius Regis conſultum
cum Patre ſuo fecit, & miſſum eſt Verbum, quod carne indutū, Dei-
tate ſua occultata, vt ſimile ſimili ſaluaretur, animam ſuam in cruce
poſuit. Tanta eſt Dei aduerſus hominem charitas. Elegit pro te cru- T
Ioan: 3. ✝ 16. — cifigi, qui immortalis eſt. Vide igitur *quomodo Deus dilexerit mundū, quia*
Rom: 8. ✝ 33. — *vnigenitum ſuum pro eo tradidit. Quomodo ergo non vniuerſa nobis cum ipſo ex gra-*
Lucæ 12. ✝ 44. — *tia largietur?* Dicit enim rurſus alibi: *Amen dico vobis, ſuper omnia bo-*
na ſua conſtituet eum. Itaque ingens eſt Chriſtianorum dignitas: tan-
Hominis cœcitas & in Deū ingratitudo pluſquàm brutalis. — ta certè, vt nihil, quod ei conferas, habeas. Tu ad immortalita-
tem vocatus es, in filiorum Dei adoptionem, in fraternitatem, &
vt ſponſa regis fias. In rebus apparentibus, cuncta quæ ſponſus
habet, ſponſę ſunt, & quæcunque Domini ſunt, omnia tibi concre-
dit: nam

dit: nam ad legationem ſiue interceſsionem pro te venit, vt re-
uocaret te. Et tu nihil ſapis, neque nobilitatem tuam intelligis.
Iure itaque ille Spiritu agitatus, caſum tuum luget, dicens: *Homo* — Pſal: 48. ✝ 21.
cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimi-
lis factus eſt illis. Hactenus contemplatiuus ille Macarius.
V In hoc quidem apparuit hominis infelicitas & miſeria, quòd qui
contra diuinum edictum ex homine volebat eſſe Deus, ſecundum
idem edictum ex homine factus eſt *veluti iumentum inſipiens*, cum
illa creatoris illuſione: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis, ſciens bonum & ma-*
lum. Sed quando benignitas eiuſdem creatoris, noua reparatione,
brutali iſta imagine, ſublata, ſuam plaſmati ſuo denuo appoſuit: quid — Nota
ſub diuina imagine, brutalis denuo machinatur deformitas? Et qui-
dem ſæuiſsimę quoq; beſtiæ imperio & beneficiis poſſeſſorum ſuo-
rum flectuntur, & rabiem innatam deponunt, & (vt Seneca ſcribit) — Seneca epi: 68.
Leonibus magiſter manum infert: oſcularur Tygrim ſuus cuſtos:
X Elephantē minimus Æthiops iubet ſubſiſtere in genua, & ambula-
re per funem: Homo autem à Deo conditus, redemptus, & ſpiritu
reparatus, non recognoſcit Dominum ſuum, quem bos & aſinus re- — Iſaiæ 1. ✝ 3.
cognouiſſet: vel ſi beneficiis acceptis interdum agnoſcit, tentatio-
ne poſtmodum & tribulatione renegat, & ſæpius execratur? At ta-
lis ſubiectio non eſt ſpiritualis filiorum Dei, ſed terrena, carnalis,
animalis, vel potius diabolica: ipſomet ſic definiente: *Hæc omnia tibi*
dabo, ſi proſtratus adoraueris me. Et alibi: *Nunquid Iob fruſtra timet Deum?* — Iob 1. ✝ 9.
nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamq́; ſubſtantiam per circuitum? Veri
autem Chriſtiani eſt, (quod idem ipſe innocētiſsimus Iob proteſta- — Iob 13. ✝ 15.
batur) *Etiam ſi me occiderit, in hoc ego ſperabo.* In nobis, ô Chriſtiani, nunc — Apud Chriſtianos omniū ſtatuum perverſio huic ſæculo applicanda.
charitate refrigeſcente, & iniquitate abūdante, maturuit plaga illa,
Y iuxta Prophetā, à vertice vſq; ad plātam populū Chriſtianū afficiēs,
quā anterius ſęculū veluti pſpiciēdo, in nobis potiùs ſic deplorabat:
Receſsit lex à ſacerdotibus, diſciplina à ſcholaribus, iuſtitia à pricī- — Matth: 24. ✝ 12.
pibus, defenſio à militibus, conſilium à ſenibus, timor à iuuenibus, — Iſaiæ 1. ✝ 6.
patientia à pauperibus, pietas à diuitibus, bonitas à ciuibus, veritas
à mercatoribus: religio à clericis, deuotio à religioſis, humanitas
à nobilibus: fides à populo, charitas à mundo, amor à parentibus,
obedientia à filiis: cuſtodia à prælatis, reuerentia à ſubditis, æqui-
tas à iudicibus, legalitas à conſulibus, concordia à fratribus, fami-
liaritas à ſororibus, fidelitas ab operariis, manſuetudo à potenti-
bus, ſcientia à doctoribus, modeſtia à coniugatis, pudicitia à viduis,
integritas à virginibus, fiducia à cunctis: nuncq; Chriſtus alienus

habetur

Ruente mundo vitia crescunt.

Hieron: epist: ad Gaudentium.

habetur ab omnibus. Hæc ille. Applica hæc singulis hominũ conditionibus, & habebis sufficiẽtem materiam nouæ Concionis. Hæc enim eò magis abundant, quò decidente sæculo, vitia inualescunt. Z Qua de re sic Hieronymus. Proh nefas: Orbis terrarum ruit, & vitia nostra non ruunt. Et postea subinfert: Epulamur quasi cras morituri: ædificamus quasi semper victuri. Amplectamur tandem igitur ô Christiani conditionem Regis hodie nati, cuius regnum nõ est de hoc mundo: sed potius ipse ad regnũ suum cœleste per passionem consummari, & introire voluit: similemq; nobis viam post se reliquit. Et quemadmodum ipse Rex regum, & Dominus dominantium, pro nobis inops & egenus factus est: Ita nos sequamur doctrinam Apostoli sic exhortantis. *Sint mores siue auaritia contenti præsentibus.* Ipse enim dixit: *Non te deseram neq; derelinquam.* Ita vt confidenter dicamus: *Dominus nostri adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Optimum est gratia stabilire cor non escis quæ non profuerunt ambulantibus in eis.* I E S V S *Christus heri, & hodie, ipse & in sæcula.* Amen.

Ioan: 19. ℣ 25.
Luc: 24. ℣ 26.
Hebr: 2. ℣ 10.
2. Cor: 8. ℣ 9.
Epilogus exhortatoria.
Hebr: 13. ℣ 5.

In festo Natalis Domini,

SERMO NONVS.

De vtraq; generatione Christi, eiusq; titulis, & circa Incarnationem mirabilibus.

Promisiões in lege tres potissimæ in Christi incarnatiõe exhibitæ.

Leuit: 26. ℣ 10.

Ioan: 4. ℣ 38.

POst datam & commendatam legem, tres potissimas promissiones fecerat Deus populo Israelitico A *Leuit: 26.* quæ verè in noua lege completæ sunt: singulariter autem quadrant memoriæ festi hodierni. Prima erat: *Comedetis vetustissima veterum, & cùm acceperitis noua, proiicietis vetera.* Hoc enim completum est, quando Apostoli (vt Christus dicebat) *in aliorum labores introierunt.* & quando ab initio mundi prædicebantur, figurabãtur, & promittebantur ea, quæ ex figura & vmbra, in veritatem & lucem, prædicatione Apostolorum transierunt. Altera promissio erat. *Ponam* (inquit Dominus) *in medio vestri tabernaculum meum, & non abiiciet vos anima mea.* Quemadmodum enim in superiori promissione, intelligebat Deus nouam legem in cordibus scriptam & saluantem; ita hîc intelligit Ecclesiam desponsatam sibi perpetuo fœdere, quod

quod nisi ipso homine ingrato volente dirimi nequeat. Quod cla- B rius per Osæam expressit dicens: *Sponsabo te mihi in sempiternum. Et sponsabo te mihi, in iustitia & iudicio, in misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus.* Tertia promissio. *Ambulabo in vobis, & ero Deus vester, & vos populus meus.* Certum enim est ex scriptura sacra, Deum ab initio mundi, iam inde ab Abel iusto, habuisse commertium cum hominibus, præsertim cum Abrahamo, cui etiam speciem quandam humanæ conuersationis exhibuerat. Tamen hæc verba propriè spectant ad filium Dei incarnatum, & nouo arctissimoq; fœdere fidelibus suis copulatum. Ambulatio siquidem præsupponit naturam corpoream, præsertim humanam. Cùm verò additur (*ero Deus vester, & vos populus meus*) nouum arctissimum pactum Christi capitis cum suis membris præsignat. Clarissimè autem hoc ipsum exprimit S. Ioannes in præsenti Euãgelio dicens: *Verbum* C *caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriã eius, quasi vnigeniti à Patre.* Eadem ferè repetit in principio primæ suæ Canonicæ. Ostendit enim Verbum, id est æternum Dei filium, sic assumpsisse naturam humanam, vt & in carne quidem videretur & palparetur: in diuina verò gloria, tanquam vnigenitus filius Dei honoraretur. Quod vt melius & fructuosius in hac celebritate intelligatis; explicabo verba illa *Isai: 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. &c.* Ex quibus primò ostendam breuiter ad scopum præsentis Euangelij, duplicem Christi generationem. Deinde addam, quale sit regnum Christi, & quos titulos Rex iste habeat: ex quibus patebunt effectus & fructus incarnationis Christi. Postremò subiiciemus aliqua ad correctionem nostram. In primis verbis Isaiæ, ostenditur mysterium D generationis diuinæ, & humanæ in Christo. Sicuti enim per puerũ natum, intelligitur humana natiuitas, secundum quam Christus cõceptus erat, in vtero gestatus, in lucem editus, creuit, adoleuit, &c. Sic per filium datum, exprimitur satis commodè æterna ex Deo generatio. Alioqui videretur esse Pleonasmus: cùm non sit dubium, puerum natum, esse etiam filium, vtiq; eius ex quo natus est puer. Cùm autem additur diuersa propositione, *filius datus*, innuitur, eundem quidem esse filium, sed non tam natum secundum carnem, quàm datum diuinitus, tanquam vnigenitum Dei, vt explicat Euangelista hoc loco: *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, &c.* Et Ioan: 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Quod ipsum diuina quadam ratione ostendit Euangelista, quãdo dicit: *In principio*, id est ab æterno, ante mundi constitutionem, vt postea addit (erat) id est, in propria per-

Oseæ 2. ℣ 19.
Cõmertium Dei cum hominibus incarnatione verè completum.
1. Ioan: 1.
Argumẽtum & partitio sermonis.
Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, exponitur.
Isaiæ 9. ℣ 5.
Epiphanius cõn Ebionitas.
Hiero: super Isa: 49.
Athan: sermone cõn om: hæreses
Ioan: 1. ℣ 18.
Ioan: 3. ℣ 26.
In principio erat Verbum.

pria perſona diſtincta exiſtebat *(Verbum)* id eſt filius, qui productionem ſui haberet, per relationem ad aliquam ſupremã mentẽ, quę ſeipſam intelligendo, eiuſmodi conceptũ à ſubſtantia ſua non alienũ

Generatiõis Diuinæ ad humanum cõceptum analogia.

produceret. Si enim homo, intellectu quamuis creato, & ex obiecto E ſimiliter creato, per medium intelligẽtiæ producit quaſdã imagines obiecti repræſentatiuas: quantò magis mens ſuprema & increata, ſeipſam intelligẽdo, & propter ſummam bonitatem ſeſe ſummè cõmunicando, producit imaginem & characterem ſubſtantiæ ſuæ, nõ tranſeuntem, ſicut in creaturis, ſed tanquam in creatore permanẽtem: & hæc eſt Verbum, ſeu filius, ſicut ſequenti contextu S. Ioannes declarat.

Verbum erat apud Deum.

In ſecunda propoſitione oſtendit Euangeliſta, hoc *(Verbũ)* relationem & productionem ſuam habere ſingulariter à Deo, vtiq; Patre, non extrinſecè, ſed intrinſecè, in vnitate ſubſtantiæ: quod deſignat per particulam *(apud)* & quando poſtea eundem dicit, *vnigenitum filium Dei, fuiſſe in ſinu Patris*, id eſt in complexione indiuiſibilis diuinitatis. Ne autem propter eiuſmodi emanationem à F ſuo principio, putaret quis filium Dei, ſeu Verbum minus aliquid eſſe, quàm ipſum Patrem: addit: *Et Deus erat Verbum.*

Et Deus erat Verbum.

Vbi ſi Deus eſt ſubiectum, & Verbum prædicatum, ſenſus eſſet, diuinitatem primo loco Patri attributam, æqualiter eſſe in Verbo, ſicut in Patre. Si verò Verbum eſt ſubiectum, & prædicatum Deus, vt articulus Græcus oſtendit: clarior eſt ſententia, quòd nimirum & illud ipſum Verbũ, ſit Deus, vtiq; ab eo, qui prius nominatus eſt indiuiſus. *Hoc erat in principio apud Deum.*

Hoc erat ĩ principio apud Deum.

Hac ſententia videtur Euangeliſta diſtinguere opus Dei ad intra per diuinas productiones, ab operibus creaturarũ ad extra, quas mox annectit. Vt intelligatur, iſtum nexum productionum diuinarum, inter Patrem, eiuſq; Verbum, fuiſſe & eſſe proprium & naturale opus diuinitatis, idq; ab æterno, in quo etiam includatur ſpiratio & proceſsio perſonæ Spiritus ſancti, qui inter Patrem & Filium nexus & amor eſt. Quod Chriſtus oſtendere voluit, G quando dicebat: *Pater meus hucuſq; operatur, & ego operor.* Et ibidem. *Non poteſt filius ex ſe quicquam facere, niſi viderit Patrem facientem.*

Ioã: 5. ℣ 17. & 19.

Quæ verba ipſi etiam aduerſi auditores de productione diuina intellexerunt. Concluditur ergo ex hac doctrina, cõtra aduerſas hæreſes: primò Verbum filium Dei, ab æterno conſubſtantialiter, à Patre eſſe genitum. Deinde (quemadmodum in ſequentibus Euangeliſta oſtendit) omnes creaturas, ſimul & æqualiter cum Patre, per idem Verbum fuiſſe productas, in tantum, vt ſine ipſo factum ſit nihil, quod factum ſit: hoc eſt, quidquid per ſe natura ſua non exiſtebat, vt creator, ſed

Omnia p ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.

per crea-

per creationem factum & productum fuit in creaturis. Ideò Auguſtinus iſtam curioſam quæſtionem, quidnam Deus faceret ante cœli & terrę conſtitutionem, excipit digno ſarcaſmo: otioſum Deum eſſe non potuiſſe: ſed fabricaſſe gehennam, pro iis qui talia curioſa fuiſſent exquiſituri.

Deus ante creationem quid faciebat, qualis quæſtio.

Aug: lib: 11. Conf: cap: 12.

Idipſum nos reſpondere poſſumus nouis a- H pud nos Ebionitis, Photinianis, Samoſatenicis, & Arianis. Cùm enim à nobis exquirũt: ſi filius Dei eſt ab æterno, quænam opera in ſcripturis fuiſſet conteſtatus? Nos autẽ quamuis comprobemus, omnia quæ futuram redemptionem cõcernebant, per hoc ipſum Verbum, quod carnem erat aſſumpturum, fuiſſe præordinata: illi tamen temerè repugnantes: digni erunt *ſtulti ſecundum ſtultitiam ſuam reſponſione*: filium Dei æternum ante incarnationem ſuam præparaſſe gehennam, iis qui æternitatem ſuam eſſent negaturi.

Iuſtin' in reſpõ: contra Græcos.

Hæreticorũ curioſitas de operib' filii Dei ante incarnationẽ taxatur.

Prou: 26. ℣ 5.

His oſtenſis deſcribit Euangeliſta generationem Chriſti temporalem ſecundum carnem: *Et Verbum caro factum eſt.* Vbi vel ex ipſis terminis ſenſus huius propoſitionis apparet, Verbum, id eſt ſecundam perſonã diuinitatis, & carnem, id eſt naturam humanam, cum anima rationali & corpore (ſic enim caro in ſcripturis accipitur) permanſiſſe in ſua propria ſubſiſtentia: facturam autem id eſt vnionem, abſcedente humana perſona, manſiſſe in ſuppoſito diuinę perſonæ: vt ſupe- I rioribus ſermonibus ſatis oſtendimus.

Et Verbum caro factum eſt.

Quod declarant ſequentia: *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, &c.* Vbi per id, quod videtur, intelligenda eſt humanitas, in propria quoque maieſtate relucens: per id autem quod dicitur *(gloriam vnigeniti à Patre)* indicatur alia gloria ipſius diuinitatis, in operibus & miraculis ſeſe exhibens. Relatiuum autem *(eius)* exprimit vnitatem ſuppoſiti ſeu perſonæ diuinæ, quamuis in forma ſerui tempore mortalitatis exinanitæ. Qua etiam intentione videtur Euangeliſta, appoſuiſſe particulam *(quaſi.)* Ex hac literali expoſitione elucidatur tota doctrina Catholica vtriuſque generationis filij Dei: & confutari poteſt, quidquid in contrarium variæ hæreſes deblaterant.

Prĩcipatus Chriſti quomodo ſuper humerũ eius

Iſaiæ 9. ℣ 6.

Procedimus igitur ad explicationem officij ſeu regni Chriſti incarnati. Primò autem, *Principatus ſeu Regnum eius, dicitur eſſe ſuper humerum eius*: quod deſignat redemptionem per crucem comparatam, Pſ: 96. *Dominus in gentibus regnabit ſuper lignum vel à ligno.* Quæ duo verba poſteriora Iuſtinus Martyr conuincit abraſa fuiſſe per Iudæos, quæ tamẽ Eccleſia in hymno paſsionis retinet. Et alibi. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* Ioan: 12. *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Ad hoc videtur alludere Chriſtus, quando Ioan: 10. dicit *ſe eſſe*

Pſalm: 96. ℣ 10.

Iuſtinus martyr orat: ad Antoninum. & dialogo cum Tryphone.

Tertul: cõn Iudęos cap: 10.

Pſalm: 128. ℣ 3.

Ioan: 12. ℣ 32.

Ioan: 10. ℣ 11.

bonum

Luc: 15. ℣ 4.

bonum pastorem, ponentem animam pro ouibus suis. Rursus autem Luc: 15. *re-*
Filius Dei incarnat⁹ Admirabilis
lictis nonaginta nouem, vnam ouem inuentam reportat in humeris suis. Sequuntur
sex nomina, seu tituli istius Regis recens nati. Primum est, *Admira-*
Isaiæ 9. ℣ 6.
bilis Gen: 32. Angelus repręsentans filium Dei, post luctam cum Ia-
Gene: 32. ℣ 29.
cob peractam, quæsitus ab illo de nomine, respondit: *Quid quæris no-*
men meum (additio marginalis supplet) *quod est mirabile?* Certè tota o-
rigo Christi in carne, & tota vita, & conuersatio, non vacabat singu-
laribus miraculis. Vt autem aliqua attingam: Supra omnia miracu- L
la est, Deum factum fuisse hominem, eiq; copulatum arctissima v-
Hebr: 2. ℣ 16.
nione hypostatica: quod miratur Apostolus, quòd *non Angelos, sed se-*
Hebr: 5. ℣ 6.
men Abrahæ apprehendisset. Nec minus miraculum fuit, Christum verũ
cap: 7. ℣ 1.
Melchisedech, in cœlis fuisse sine matre, in tetris autem sine patre:
Greg: Nazianz: orat: 38.
qua ratione sicut generatio diuina, sic & humana est inennarrabi-
Isaiæ 53. ℣ 8.
lis. Nam dicitur Iere: 31. *Nouum faciet Dominus super terram: fœmina cir-*
Ierem: 31. ℣ 22
cumdabit virum. Vbi circumdatio dicit productionem naturalem, quę
hîc tribuitur soli fœminę absq; viro: cuius vices naturales supple-
uit supernaturaliter creator naturæ Spiritus sanctus, fœcundando
virginem, vt intacta à viro virum gigneret. Sicut quondam ope-
rante eodem vigore diuino, solus vir Adam, fœminam virginem,
operatione quoq; diuina, in prima creatione produxerat. Iam si ex-
pendas totum statum Christi conceptionis, natiuitatis, infantiæ, M
Pueritiæ, & ipsius adultæ ætatis, in functione officij Mesiæ, sed &
ipsius etiam pasionis, mortis, resurrectionis, ascensionis: quid a-
liud inuenies, quàm stupenda mirabilia? quamuis secundum Ioan-
Ioan: 20. ℣ 30.
nem, pauca eorum perscripta essent, reliqua enim mundus non ca-
Cap: 21. ℣ 25.
peret. De quibus profectò operibus dicebat ipse Christus aduersa-
Cap: 15. ℣ 24.
riis: *Si non fecissem opera, quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent, &c.* Quin
etiam alia quæ homines faciebant, eius nomine & virtute patra-
bantur. Ideo ex eis diuinitatem suam comprobans dicebat: *Pater*
in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est?
alioqui propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ
ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.

Quod autem attinet miracula tempore nati Christi obseruata: in
Miracula Talmudica tempore aduent⁹ Mesię, eorumq; applicatio.
Talmud Babylonico Samuel Marrochianus, aliâs Iudæus, lib: de Ad-
uentu Mesię, recitat quædam in templo Salomonis longo vsu com-
probata, quæ tamen tempore aduentus Mesiæ cessauerunt. Primò
non abortiuit mulier ob nidorem carnium Sanctuarij. Secundò: N
Petr⁹ Tholosan⁹ in coment: de Deo, ca: 28. n. 17.
nunquam carnes Sanctuarij fœtebant. Tertiò: nunquam visa mu-
sca in macello Sanctuarij. Quartò: nunquam inuenta corruptio
in mani-

in manipulo, aut duobus panibus facierum, id est propositionis.
Quintò: stantes in templo, angusti erant, procedentes vt adorarẽt,
spatiosi. Sextò: nunquam nocuit serpens, aut scorpius in Hieru-
salem. Septimò: nunquam pluuiæ extinxerunt ignem lignorum
propositionis. Octauò: nunquam quis dixit, angustum locum ma-
nenti in Ierusalem. Nonò: nunquam ventus vicit columnam fu-
mi, quamuis omnes venti in eam flarent. Potest prima præroga-
tiua muliebris, applicari ad incorruptam generationem Christi ex
parte maternæ virginitatis. Secunda. Ipsam incorruptionem car-
nis Christi, etiam in morte carnis ipsius. Tertia. Quòd etiam in
descensu ad inferos, Belsebub idolum Muscæ, & mundi princeps, Luc: 11. ℣ 15.
veniens, non habebat in Christo quidquam. Quarta. Quòd in Eu- Ioan: 14. ℣ 30.
O charistia permanet Christus viuus, quamuis etiam tanquã occisus, Ioan: 6.
semper ab omnibus manducetur, vt dicitur *Ioan: 6. & Apoc: 13.* Quin- Apocal: 13. ℣ 8.
ta. Denotat regnum Christi, in præsenti vita quidem angustum, sed
in futura spatiosum. Sexta. Designat potestatem in hoc regno cal- Lucæ 10. ℣ 19.
candi serpentes & scorpiones, id est potestates diabolicas, à Chri- Marci 16. ℣ 17.
sto relictam. Septima. Denotat charitatem vinculum perfectionis,
quo membra Ecclesię & corporis, capiti suo Christo arctissimè col-
ligantur, vt nullæ aduersitates ea disrumpere valeant. Octaua. No-
tat propagationem ipsius Ecclesiæ per fidem, cui omnia mundi hu-
ius erant peruia & subiecta: sicut Apostolus monebat Corinthios: 2. Cor: 6. ℣ 15.
Dilatamini & vos, &c. Nona. Præsefert virtutem spei, tertiæ virtutis
Theologicæ, quæ veluti fumus ab igne charitatis, versùs cœlũ dire-
ctus, nullis mundi procellis disturbari queat. Ad miracula nati
Miracula etiam ex prophanis, circa Natiuitatem Christi, eorũq; mysteria.
Christi, potest quoq; adduci, quod refert Orosius lib: 6. cap: 17. & 19.
P Abbas Vrspergensis in Chronico. Dio Casius lib: 48. historiæ Ro-
manę: Sub Octauiano Augusto circa Tyberim flumẽ, subitò fontem
olei vberem exortum, per totum diem promanasse: Cellam Romu-
Horum censuram vide in doctissimis Annalibus Cardinalis Baronij Tomo I.
li, cùm in ea Pontifices sacrum fecissent, incendio absumptam. Sta-
tuam Veneris, quæ ante portam quandam stabat, in faciem deci-
disse. Vnde Sapientes quindecim viri, inspectis libris Sibyllinis, re-
sponderunt, Deum succensere populo, simulacrumq; esse depor-
tandum ad mare, & aqua lustrandum. Referunt etiam graues au-
Euse in Chron. Oros: li: 6. ca: 18. Sene li: 1. Natur: quæst: cap: 2. Sueton: in vita Augusti cap: 95. P in: hist: Natur: lib: 2. cap: 28.
tores, initio Imperij Octauiani Augusti, sub quo Christus natus est,
apparuisse in meridie tres soles distinctos, eosq; paulatim in vnum
globum solis coiuisse. Per miraculum olei aptissimè intelligimus,
aduenisse Mesiam seu Christum, quorum vtrumq; deriuatur ab vn-
ctione, quæ debebatur Sacerdotibus, Prophetis, & Regibus, qualis
erat in

erat in summa perfectione Christus, vnctione Spiritus diuini in sua
humanitate præ suis participibus perunctus. Delubrum Gentilicum, Q
circa ipsum sacrificium exustum, denotat æternum, iuge, & incru-
entum sacerdotium, simulq; sacrificium Christi, secundum ordinē
Melchisedech, cæteris reprobatis, in æternum permansurum, iuxta
Malach: 1. ℣ 10. illud *Malach: 1. Non est mihi volūtas in vobis, &c. in omni loco offertur mihi hostia*
munda. &c. Per statuam Veneris collapsam & aqua lustrandam, intel-
ligitur baptismus fidei, per quem diuinum numen ex idololatriis
erat humano generi reconciliandum. Postremò, per tres soles in-
telligimus tres substantias distinctas, Verbum, animam, & carnem,
Psal: 18. ℣ 5. in vnam personam Christi, qui verus est sol & lux mundi, conue-
Zach: 6. ℣ 12. nisse. Citant aliqui (quamuis falsò) ex Commentariis D. Hierony-
Malach: 4. ℣ 10. mi: nocte ipsa Natalis Domini, per vniuersum orbem extinctos fu-
Hieron: super isse omnes Sodomitas. Quod si ex probato aliquo autore constaret:
Cap: Isa: 9. eam significationem exinde acciperemus illud fuisse factum, ne na-
tura humana, quam Verbum æternum sua incarnatione supra An-
gelos honorasset, tantam ignominiam sustineret. Secundus titu-
Cōsiliari9 Christus. lus Christi nati est, *Consiliarius.* Nam contra Diaboli deceptionem & R
astutiam, indigebat reparatio humana singulari consilio. Vnde illud
Mich: 4. ℣ 9. *Michea 4. Quare mœrore consumeris? Nunquid Rex non est tibi, aut consiliarius tuus*
Ionæ 1. ℣ 12. *perijt?* Huius consilij figura fuit, *Ionæ 1.* Quando ipse Ionas dedit con-
silium nautis periclitantibus, vt sese deiicerent in mare: vt ipsius
periculo alij perditionē euaderent. Ita in Consistorio summæ Tri-
nitatis, quando factum fuit consilium de recuperando naufragio
generis humani: secunda persona diuinitatis, quæ est Sapientia &
Dei virtus, ipsa suscepit voluntariè officium redemptionis: vt per
susceptionem naturæ humanę, mortis propriæ degustatione, vitam
Ioan: 18. ℣ 14. homini restitueret. Eò etiam referri potest consilium Caiphæ, tan-
quam Pontifici inspiratum. *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, ne to-*
Christus DEVS & fortis. *ta gens pereat.* Tertius titulus est, *DEVS.* Frustra enim esset patra-
tio miraculorum, & consilium saluando generi humano, nisi præ-
stò adesset ipse Deus, cuius summa authoritate ista perficerentur.
Isaiæ 35. ℣ 5. Vnde illud Isaiæ: *Ipse Deus veniet, & saluabit nos.* Ideo optimo ordine S
subinfertur. Quartus titulus, quem aliqui coniungunt (*Fortis*) Cùm
Iob 41. ℣ 24. enim Iob 41. *Non sit potestas in terra, quæ comparetur potentiæ Diaboli. Venit*
Luc: 11. ℣ 21. Luc: *11. fortior armatus, qui alligauit fortem, & spolia eius ademit, suisq; distribuit.*
Pater futuri sæculi Christus. Quintò dicitur *Pater futuri sæculi.* Sicut enim in Symbolo Apo-
stolorum personæ Dei Patris, tribuitur creatio & prouidentia crea-
turarum: ita filio recreatio totius vniuersi, per reparationem col-

lapsi ge-

lapsi generis humani: Et hoc vult Apostolus, *Rom: 8. Omnis creatura* Rom: 8. ℣ 22.
ingemiscit, & parturit vsq; adhuc, renouationem sui expectando. & 2. Cor: 5. *Si qua in* 2. Cor: 5. ℣ 17.
Christo noua creatura: vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Et Iaco: 1. Colos: 1. ℣ 15.
Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus aliquod initium creaturæ eius. Iacobi 1. ℣ 18.
Eadem ratione Colos: 1. Christus *vocatur primogenitus omnis creaturæ.* Tan-
T tum paternitatis affectum Deus per Prophetam cōtestatur dicens: Isa: 46. ℣ 3.
Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero,
qui gestamini à mea vulua. Vsq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos meos ego porta-
bo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. Sextus titulus, *Princeps pacis.* Princeps pacis Christ9, seipsum tradens vt suos liberet.
In terreno principatu, inueniuntur Principes militiæ & belli, raro
autem Princeps pacis; plerumq; enim miles & populus dimicat, &
periclitatur, Princeps autem præseruatur. Diuersa prorsus est ra-
tio: principatus Christi. nam assecuratis suis militibus, ipse primus
pro omnibus certamen subiit, *Ioan: 18. Si me quæritis, sinite hos abire.* Prę- Ioan: 18. ℣ 8.
stitit autem pacem *quam mundus dare non potest, & quæ exuperat omnem sen-* Ioan: 11. ℣ 44.
sum. Ephes: 2. Colos: 1. *Pacificans omnia quæ in cœlo & in terris sunt. Ipse enim est* Ephes: 2. ℣ 14.
pax nostra, qui fecit vtraq; vnum: & medium parietem maceriæ, soluens inimicitias in Colos: 1. ℣ 20.
carne sua, legem mandatorū decretis euacuans &c. Hoc admiratur Dauid Psal: Philip: 4. ℣ 6. Psal: 45. ℣ 9.
V *45. Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella*
vsq; ad finem terræ. Breuissimè istos titulos S. Bernardus complexus Bernard: ser: 10. ex paruis.
est. Admirabilis in natiuitate: Consiliarius in prædicatione: Deus
in operatione: Fortis in passione: Pater futuri sæculi, in resurrecti-
one: Princeps pacis, in perpetua beatitudine.

Secunda Pars.

EX dictis patet, quid & quantum debeamus Regi & redem- Potestate filiationis Dei, quàm multi Christiani abutantur.
ptori nostro, qui non solùm nos redemit & in adoptionē
hæreditatis suæ acceptauit: sed etiam, vt dicitur in hoc
Euangelio, *dedit nobis potestatem filios Dei fieri*, id est, nobis miseræ crea-
turæ, per baptismum quasi ingenerauit, & ministerio sacerdotum
potestatem suam diuinam reliquit, toties quoties opus est Satha-
nam, mundum, & carnem, in nobis rebellantes, *pedibus nostris* Rom: 16. ℣ 20.
conculcandi & calcandi super serpentes & scorpiones. Hoc tamen opus, hic Luc: 10. ℣ 19.
labor est, vt inueniamur, non titulo, sed re ipsa filij Dei, generati, nō
ex voluntate viri aut carnis, id est prauis inclinationibus naturali-
bus, sed ex Deo, id est ex gratia regenerationis in baptismo impres-
X sa, & assiduo Dei auxilio comitata. Expendendum omnino est Aug: cōn Adimātum cap: 5.
quod S. Augustinus sic scriptum reliquit: Filij tripliciter dicuntur: Filij tripliciter dicuntur in scriptura.
secundum naturam, quomodo Isaac filius Abrahæ est, & cæteri Iu-
dęi eiusdem originis: secundum doctrinam, sicut filios suos appel-

lat Apo-

Iat Apoſtolus, qui ab eo didicerunt Euangelium : ſecundum imitationem, ſicut filios Abrahæ idem nos vocat. Et poſterioribus duobus modis, infideles, Iudæi, filij Diaboli vocantur à Domino, vel quòd ab eo impietatem didicerunt, vel quòd eum imitantur, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ *Eph: 2.* & in veritate non ſtetit : ſicut & Iudæi in ea non ſteterunt, Domino dicente : *Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi : ille enim de me ſcripſit.* Hæc Auguſtinus.

Chriſtiani mali plus abutuntur Euangelio quã Iudæi lege mortua.

Sic verendum eſt, ne modernos quoq; Chriſtianos magis afficiat illud Chriſti ad Phariſęos : *Moyſes dedit vobis legem, & nemo ſeruat eam.* Moyſes enim à Deo legem in continuo ieiunio accepturus, reliquit in caſtris populum, vt ſimili continentia & pietate, ad debellandos hoſtes, & pactum cum Deo ineundum, ſeſe præpararet. Y Verùmtamen rediens, à longe adhuc dicebat : *Non eſt clamor adhortantis ad pugnam, neq; vociferatio compellentium ad fugam : ſed vocem cantantium ego audio.*

Ioan : 7. ℣ 19.
Exod : 32. ℣ 17.

Iam verò Apoſtolus dicit : *Abundantius oportet nos obſeruare, ea quæ audiuimus. Si enim qui per Angelos datus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia, accepit iuſtam mercedis retributionem : quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem?*

Hebr : 2. ℣ 1.
Chriſtus nõ minus veridicat legem ſuam quàm Moyſes.
1. Cor : 3. ℣ 2.

Certè Moyſes & legifer noſter Chriſtus, hodie ad nos aduentans, cum tabulis non lapideis, ſed cum tabulis cordis, quibus legem ſuæ charitatis imprimeret, vix vnquam etiam in iſtis ſacratiſsimis feriis ſui Natalis audit, vt populus ſuus frequentet cõciones ſacras, & laudes diuinas, quibus ad Dæmonem perſequendum, vel ſaltem fugiendum inſtruatur, & inflammetur. Sed paſsim non ſolùm in publicis & frequentibus tabernis, ſed etiam in ſingulis ferè palatiis, audit voces cantantium, & varia turpitudine luxuriantium. Z Quid ergo tandem faciet? Primò quidem, qui nobis apud Deum Patrem debebat eſſe aduocatus, fit nobis accuſator. Deinde fractis tabulis, hoc eſt abdicato tali populo, accingit gladio miniſtros ſuos, & populum charitate prorſus nudatum, à porta ad portam tranſeundo percutit, modò gladio hoſtili, modò fame, modò peſte, modò aliis atq; aliis afflictionibus, quæ quidem vix nos aliquando intermittunt, quia & nos ab inueteratis ſceleribus nihil remittimus : & ſic pro meritis culparũ, rependitur iuſtus plagarum modus.

1. Ioan : 1. ℣ 1.
Ioan : 5. ℣ 45.
Exod : 32. ℣ 27.
Ezech : 9. ℣ 4.
Deut : 25. ℣ 3.

Recognoſcamus igitur tandem Regem noſtrum hodie natum, cuius principatus eſt ſuper humerum eius : & ipſo cohortante ſequamur illum, abnegando ea quæ carnis & mundi ſunt, & aſſumendo atq; ad finem perferendo crucem propriam : qua veluti tropheo exaltati, tandem poſt ducem noſtrum eo donante & adiuuante, ad cœleſtia conſcendamus. Amen.

Iſaiæ 9. ℣ 6.
Matth : 16. ℣ 24.

In feſto

In feſto Natalis Domini,

SERMO DECIMVS.

De innouatis mirabilibus, & fructibus Incarnationis.

A 

Egimus, ſeniorem Tobiam excœcatum, ab Angelo Raphaele in forma hominis ſic fuiſſe ſalutatũ : *Gaudium ſit tibi ſemper.* Reſpondit ille : *Quale mihi gaudium, qui in tenebris ſedeo, & lumen ſolis non video?* Ait Angelus : *Forti animo eſto, in propinquo eſt tempus, vt cureris à Domino.* Abſoluto igitur idem ipſe Angelus curſu, & nuptiis iunioris Tobiæ, rediens, viſum illi reſtituit, & vtramq; domum, videlicet Raguelis & ipſius Tobiæ, gaudio indeficienti impleuit.

Tobiæ viſitatio & liberatio incarnationi applicata.
Tobiæ 5.

Simili modo filius Dei, deſideratus ille teſtamenti Angelus, multifariè multiſq; modis, & in variis apparitionibus, per anteacta ſæcula, promiſsionibus redemptionis futuræ, ſalutabat & ſolabatur genus humanum, peccato excœcatum & contriſtatum, præſertim verò populum electum in tenebris lymbi detentum, qui fidem & ſpem futurę ſalutis expectabat. Tandem verò, poſtquàm vt gigas de cœlo in terram curſum ſuum abſoluiſſet, & nuptias in vtero virginali cum genere humano per incarnationem contraxiſſet, illud illuminauit, & gaudio nunquam ceſſaturo impleuit. Quod hodie

Malach : 3. ℣ 1.
Hebr : 1. ℣ 1.
Pſal : 18. ℣ 6.
Matth : 22. ℣ 2.

B Angeli denuntiant, vocantes illud *gaudium magnum & vniuerſale omni populo.* Magnitudo autem conſideratur per quatuor ſuas dimenſiones. Ideo iſtud gaudium, primò erat altum; quia choros etiam cœlorum penetrauit, & ad ſpeluncam Chriſti nati prouocauit. Secundò fuit profundum : quia peruaſit vſq; ad lymbum, iuxta Iſaiæ 9. *Populus qui ſedebat in tenebris & vmbra mortis, vidit lucem magnam.* Tertiò fuit longum; quia Sap : 8. *attingens à fine ad finem fortiter,* ex oriente Magos aduocauit, in Occidente autem Cæſarem Auguſtum, ſigno oſtenſo in nubibus, à titulo diuinitatis auocauit, puero recens nato illum tribuendo, vt alibi oſtendimus. Deniq; erat latum; quando afficiebat non ſolùm præſentes, Mariam, Ioſephum, Paſtores, Magos, &c. ſed & longè ab initio mundi præteritos, præſertim Abraham, qui *vidit diem illius & gauiſus eſt* : ſimiliter & omnes poſteros fideles, qui huius gaudij ad finem mundi efficerentur participes. Hoc gaudium cœlitus

Gaudium natiuitatis Chriſti quàm magnum.
Sap : 8. ℣ 1.
Fili⁹ Dei Abrahę & aliis ante incarnationem viſus.
Iren : li : 4. ca : 37.
Tert : cõ : Praxeã.
Nic : hiſt : li : 1. c. 2.

Sibylla Erithræa apud Thomam Beuxamis super concor: Euãgel.

cœlitus quidem per Angelos, in terris verò per pastores celebratum, longissimè ante præcecinerat Sibylla Erithræa his versibus:

Hoc puero nato properauit gaudia tellus:
Cœlestis risit sedes, & gestiit orbis.

Virg: Ecloga 4. in Pollionem.

Ad quod etiam ex Cumæo carmine, sic allusit Maro: C

Aspice venturo, lætentur vt omnia sæclo.

Leo de natiuit: Dñi serm: 1. & 2.

Ideo S. Patres, hodiernos sermones huius festi, à magna lætitia & gaudio ordiuntur. Sufficiat autem S. Leo, sermonem hodiernum sic exordiens: Saluator noster, dilectissimi, hodie natus est: gaudeamus. Neq; enim fas est locum esse tristitiæ, vbi natalis est vitę: quæ consumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promissa æternitate lætitiam. Et alibi. In hac die (inquit) dignum est, nos sursum erectis mentibus, diuinum adornare mysterium, vt quod magno Dei munere agitur, magnis Ecclesiæ laudibus celebretur. Hæc ille.

Thema & partitio sermonis.

In præsenti igitur sermone, primò videbimus, in mysterio incarnationis, quomodo antiqua miracula & prodigia, ipsasq́; figuras, nouum hoc opus incarnationis longè superauit, in excellentia Christi recens nati. Secundò: Qui sint eiusdem incarnationis fructus.

Opera Dei ab initio mũdi mirabilia, excedit incarnatio.

Inter maxima Dei ab initio mundi opera, magnũ erat, quòd post creationem vniuersi, hominem formauit sine viro & muliere: deinde mulierem ex solo viro: tertiò, homines omnes ex viro & fœmina. Sed supra hoc, maximum præstitit in incarnatione, quan- D

1. Cor: 15. ℣ 47.
Genes: 8.

do ex fœmina actiuitate generationis carente, produxit hominem, & quidem non ex terra terrenum, sed de cœlo cœlestem. Secundò: Magnum opus Dei erat, post vniuersale diluuium, mundũ perditum, ex vna arca instaurare & multiplicare. Maius erat ex spelun-

Dan: 2. ℣ 44.

ca nati Saluatoris, nouum regnum, secũdum Danielem, consurgere, quod esset æternum, & homines non terris sed cœlo adscriberet.

Exod: 14. ℣ 21.

Tertiò admirandum erat, quòd Deus Israelitas ex Ægypto siccis pedibus educeret, aquis maris in petram coactis. Mirabiliùs longè, quòd Deus quem cœli non capiunt, vterum virginis illęsum pertrã-

Exod: 2. ℣ 10.

siuit. Quartò: Mirum fuit, Moysen puerum, ab internetione & submersione in fiscella iunci fuisse præseruatum, & in magnum virum, & Israelitarum Ducem suscitatum. Longè maius erat secundum

Fulgen: serm: de S. Stephano.

Fulgentium, filium Dei quem cœli immensitas non capit, præsepis

Iosue 10. ℣ 12.
Isaiæ 38. ℣ 7.
Psal: 18. ℣ 7.
Malach: 4. ℣ 2.

angustiis exceptum fuisse. Stupendum prorsus erat, *Iosue 10.* ad vocẽ hominis solem constitisse, & *Isaiæ 38.* eundem *14.* lineis oratione Ezechiæ recessisse. Magis stupendum est, Christum solem iustitiæ more gigantis fortiter currentem, in sola tamen natura humana substitisse,

Hebr: 2. ℣ 16.
Philip: 2. ℣ 6.

E tisse, eamq́; & non Angelos apprehendisse, atq; per exinanitionem suam, à maiestate diuinitatis suæ quasi retrocessisse. Deniq; prodigiosum erat Eliam, Eliseum, Prophetas, pueros suscitasse à morte, per suam inspirationem, & pronam membrorum viuorum ad mortua applicationem. Magis prodigiosum est, filium Dei qui vita est,

3. Reg: 19. ℣ 22.
4. Reg: 4. ℣ 35.
Eccli 36. ℣ 6.

Spiritu suo, & carnis commertio, & mira quasi ad statum, ætatem, & staturam humanę infirmitatis, suæ diuinitatis applicatione, genus humanum viuificasse. Sed quis omnia enumerauerit? Nihil prorsus est in antiquitate tam admirandum, quod per Christum in maiori perfectione non fuerit innouatum & completum, iuxta illud: *Innoua signa, immuta mirabilia.*

Christus qualis Rex mundo apparuit.
Dan: 7. ℣ 14.
Apocal: 1. ℣ 5.
Cap: 19. ℣ 16.
Vide Iust: initio dial: cũ Tryph. & ora: ad Anto.
Epiphanius cõtra Nazaræn.

Quod ad maiorem declarationem, ex eiusdem Christi titulis & officiis videamus. Primò enim Christus apparuit nouus Rex, & verè Rex regum, & Dominus dominantiũ, & Princeps regum terræ: Reges enim terrę veniunt cum superbia, & acquirentes regnum terrenum, cœleste plerumq; amittunt. Contra Christus, cùm esset summus regum, & potestatem in cœlo & in terra haberet: tamen ex solio diuinæ maiestatis, humiliter asinæ

Isaiæ 9. ℣ 6.

F insidens, ingressus est solium Crucis; & sic factus est secundũ Prophetam, *Principatus eius super humerum eius*: vt regnum illud cœleste, & æternum, sibi suisq́; nunquam finiendum acquireret.

Christus nouus & perfectissim[us] Legislator.
Rom: 13. ℣ 8.
Ioan: 13. ℣ 34.
1. Ioan: 2. ℣ 8.
Iust: cũ Tryph.
Iren: li: 4. ca: 25.

Secundò: Sicut nouus rex, sic & noua eius lex. Romani quondam legem comprehenderunt *12.* tabulis: Deus Iudaicam duabus tabulis: Christus autem suam, in tabulis cordis absoluit vnico & nouo præcepto & verbo, AMA. Nam *Rom: 13.* dicitur: *qui diligit, legem impleuit.* Ideo dicebat Dominus: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Addit autem tanquam sapientissimus Legifer noster ad necessitatem præcepti, libertatem consiliorum Euangelicorum ad opera supererogationis promerenda.

Christus nouus & exquisitissimus Magister & Doctor.
Rom: 1. ℣ 22.
Isaiæ 48. ℣ 17.
Matth: 11. ℣ 25.
Isaiæ 30. ℣ 20.
c. 55. ℣ 4. c. 16. ℣ 1.
Ioel: 2. ℣ 13.
Iust: cũ Tryph.
Matth: 11. ℣ 25.

Tertiò, Christus est nouus & perfectissimus Magister noster. Doctores enim huius sæculi, secundum Apostolũ, *Euanuerunt in cogitationibus suis, & cùm essent sapientes, stulti facti sunt.* Christus autem *docet nos vtilia*, id est quæ sunt gratiæ & gloriæ, ad verum finem nostrum consequendum. Cùm autem alta doceat, & profun-

G da, tamen magna facilitate & simplicitate *abscondendo à sapientibus & superbis, reuelando autem humilibus & paruulis.* Sic per duodecim piscatores, confutauit vniuersam sapientiam falsam huius sæculi.

Magisteriũ Christi exquisitissimum.
Ire: initio libri 5 contra hæreses.

Sed magisterium istud longè exactiùs descripsit S. Irenęus his verbis: Hæreticorum sententias per cœlestem fidem, veluti stercora abiicias: Solum autem verum & firmum magistrum sequens, Verbum Dei, Iesum Christum Dominum nostrum: qui propter immensam suam dilectio-

dilectionem, factus est, quod sumus nos, vt nos perficeret quod
ipse est. Non enim aliter nos discere poteramus quæ sunt Dei, nisi
Magister noster Verbum existens, homo factus fuisset. Neq; enim
alius poterat enarrare nobis quæ sunt Patris, nisi proprium ipsius
Sapien: 9. ℣ 13. Verbum: *Quis enim alius cognouit sensum Domini? aut quis alius Consiliarius*
Rom: 11. ℣ 34. *eius factus est?* Neq; rursus nos aliter discere poteramus, nisi Magistrũ
videntes, & per auditum nostrum vocem eius percipientes: Vti
imitatores quidem operum, factores autem sermonum eius facti,
communionem habeamus cum ipso: à perfecto, & eo qui est ante
omnem conditionem, augmentum accipientes, qui nunc nuper fa-
cti sumus à solo optimo & bono, & ab eo qui habet donationem in- H
corruptibilitatis, in eam quæ est ad eum similitudinem facti. Hæc
Christus nouus & absolutissim⁹ Dux & imperator, & nouum militiæ genus. ille. Quartò: est nouus Dux, seu Imperator noster. Alij enim du-
ces subiugant hostes alienos, à domesticis autem & interioribus, id
est cupiditatibus, ipsi subiugantur: vt Diogenes Alexandro Magno
obiecisse fertur. Christus autem militiam instituit & perfecit, non
Ephe: 6. ℣ 12. cum carne & sanguine, sed *contra spirituales nequitias in cœlestibus*: simul
Galat: 5. ℣ 17. etiam contra mundi & carnis tentationes, asiduè spiritum impu-
Matth: 16. ℣ 24. gnantes. Ideo ipse dicebat: *Qui non relinquerit omnia quæ poßidet, abnega-
uerit semetipsum, & crucem suam portauerit, non potest venire post me.* Quintò:
2. Cor: 10. ℣ 3. Noua pugna ab hoc Duce nobis ostensa est. *Arma siquidem militiæ no-*
Ephe: 6. ℣ 14. *stræ, non sunt carnalia, sed spiritualia,* quæ describuntur ab Apostolo: *Galea
salutis, scutum fidei, gladius Spiritus, qui est Verbum Dei, lorica iustitiæ, pedes in præ-*
1. Ioan: 5. ℣ 4. *parationem Euangelij &c.* Sexto: Noua victoria. *Hæc* (inquit Ioannes)
est victoria quæ vicit mundum, fides nostra. A sæculo enim non est auditum I
quenquam præter Christum, eiusq; membra, posse oppugnare & ex-
pugnare præcipuos hominis hostes, & quidem inuisibiles, primò
Iob 41. ℣ 24. quidem Dæmonem, *habentem potestatem cui super terram nemo resistere po-
test, & factus est, vt neminem timeat*: Similiter mortem, cuius *aculeus & vi-*
Oseæ 13. ℣ 24. *ctoria* prorsus attrita est. Alioqui enim secundum Psalmistam: *Quis*
1. Cor: 15. ℣ 35. *est homo qui non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?* Tertiò:
Psal: 88. ℣ 49. Carnem propriam & concupiscentiam. Vincere enim seipsum ma-
Prouer: 16. ℣ 32. xima victoria est, teste Salomone: *Melior est patiens viro forti: & qui domi-*
Iudic: 7. ℣ 5. *natur animo suo, expugnatore vrbium.* Sic D. Gregorius ad victoriam Chri-
Gregor: lib: 30. stiani applicat illud *Iudic: 7.* quando Deus à pugna exclusit meticu-
moral: cap: 32. losos, delicatos, curis familiaribus deditos; ex reliquis autẽ & eos
qui prono ventre vel vasculis, aquam biberent: relictis tantùm
trecentis, qui manu aquam sorberent: per eosq; ingentem hostiũ
fudit exercitum: qui etiam dextra manu gladios, sinistra autem
faces

faces accensas tenebant: quod constantiam bonæ operationis &
exemplum piæ conuersationis designare potest: similiter reliqua
applicari possunt. Septimò venit in mundum Christus nouus Te- Christus quanta bona fidelibus suis testamẽto adscripsit
K stator, qui nobis reliquit, & asscripsit pro hæreditate, ignem cœle-
stem charitatis & pacis, ad vnionem membrorum, in corpore suo
mystico continendam & compaginandam: deinde ad alendũ istud
corpus mysticum, Spiritu suo viuificatum, legauit nobis corpus &
sanguinem proprium, vt regenerati, in ipso tanquam capite cresce-
remus in augmentum ætatis plenitudinis eius. Verè compleuit il-
lud, Isaiæ *49. Etsi mater relinquat infantem suum, ego non deseram te.* Nam se- Isaiæ 49. ℣ 15.
cundum Chrysostomum, quę mater filios suos, quis pastor oues, pro- Chrys: hom: 61.
prio alit corpore & sanguine? Octauò. Noua & inaudita idem Rex ad pop: Antioc.
nouus attulit præmia, quando pro modico & leui certamine, con- & hom: 45. in Ioannem.
tulit Regnum cœleste & æternũ, atq; visionem & fruitionem, immo
& consortium diuinitatis suæ: *quæ oculus nec vidit, nec auris audiuit, nec in*
cor hominum ascenderunt. Nam secundum Apostolum: *Non sunt condignæ* Rom: 8. ℣ 18.
paßiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Deniq; no- Incarnatio quãtũ Dei cum hõib⁹ cõmertium
uus & admirabilis est Dei filius in sua generatione. Primò enim si-
L mul est Deus, & homo. Quis audiuit talia? Nam secundum Bernar-
dum, lutum cum ferro glutinari nequit, vt etiam dicitur, *Daniel: 2.* Bern: serm: 3. de
homo autem Deo summa vnione hypostatica commixtus est, Isa: 7. vig: natiu: Dñi.
Dominus ipse dabit vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur Dan: 2. ℣ 43.
nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum Deus. Isaiæ 9. *Puer natus est nobis*: Isaiæ: 7. ℣ 4.
ecce temporalis humanitas: *Et filius datus est nobis*: Ecce incommuta- Isaiæ 9. ℣ 6.
bilis diuinitas. Nam Rom: 8. *quomodo cum filio non omnia nobis dona-* 1. Ioan: 1. ℣ 14.
uit? Sic Ioan: *1. Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis.* Pulchrè S. Leo: Leo serm: 1. de natiuitate Dñi.
Salua, inquit, proprietate vtriusq; substantiæ, & in vnam coeunte
personam, suscipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, à
mortalitate æternitas. Hæc ille. Et sic quodam modo Christus, per
admirabile cum humano genere cõmertium, accepit à nobis tres
merces, nasci, laborare, & mori: Et vicissim tres nobis suas reli-
quit, renasci, resurgere, & in æternum regnare. Secundò: Magna Rom: 9. ℣ 5.
nouitas est, creatorem fieri creaturam, non per mutationem, sed Galat: 4. ℣ 4.
per intimam vnionem, Rom: 9. *Ex quibus* (Iudæis) *est Christus secundum* Eccli 24. ℣ 12.
M *carnem, qui est Deus super omnia in sæcula benedictus.* Galat: 4. *Misit Deus filium* Ioan: 1. ℣ 3. 14.
suum, factum ex muliere, factum sub lege. Eccli 24. *Qui creauit me, requieuit in* Christ⁹ simul & puer & filius, hoc est vir.
tabernaculo meo. Tertia nouitas, quòd puer & vir, in vno indiuiduo
conuenirent. Isaiæ 9. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et voca-* Isaiæ 9. ℣ 6.
bitur Deus fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis. &c. Postremò, Christus na-
R tus, non

Mariæ prodigiosa parturitio. tus, non minus mirabilis & nouus est, ex parte matris in parturitione, tribus rationibus. Primò: Quia fit simul mater & virgo, Isa: 7. *Ipse Dominus dabit signum: ecce virgo concipiet & pariet filium.* Isaiæ 66. *Quis vnquam audiuit talia? Antequam parturiret, peperit masculum.* Figura erat, Exod: 3. quando rubus ardebat nec comburebatur. Secundò: Quia sine peccato & vlla contagione animæ & corporis filium concepit & genuit. In cuius rei typo, *Numer:* 17. Virga Aaron subitò floruit & germinauit. Tertiò: quia sine dolore, immò cum gaudio peperit. Ratio est, quia supra naturam concepit, ex Spiritu sancto. Non enim includebatur naturæ legibus, & peccati reatu, vt cum dolore & tristitia pareret: maximè cùm eum pareret, qui cœlorum firmam soliditatem, tum ianuas clausas, & sepulchrum obsignatum, penetrârit. Cuius rei figura præcesit, *Iudicum* 6. & *Psal:* 71. quando ros cœlestis, terra intacta, vellus humectauit: & rursus è conuersò, terra madefacta, vellus intactum reliquit. Sed in tantis præconiis enuntiandis, aures vestras, nostro idiotismo fortasse fatigatas, diuino illuminatissimi Patris Augustini eloquio tandem reficite. Laudem Domini loquetur os meum: Eius Domini per quem facta sunt omnia, & qui factus est inter omnia. Qui est Patris reuelator, matris creator. Filius Dei de Patre sine matre, filius hominis de matre sine patre. Magnus dies Angelorum, paruus in die hominum. Verbum Dei ante omnia tempora, Verbum caro opportuno tempore. Conditor solis, conditus sub sole. Cuncta sæcula ordinans de sinu Patris, hodiernum diem consecrans de vtero matris. Ibi manens, hinc procedens. Effector cœli & terræ, sub cœlo exortus in terra. Ineffabiliter sapiens, sapienter infans. Mundum implens, in præsepio iacens. Sydera regens, vbera lambens. Ita magnus in forma Dei, breuis in forma serui, vt nec ista breuitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudine ista breuitas premeretur. Neq; enim quando humana membra suscepit, opera diuina deseruit; nec attingere vsq; ad finem fortiter, & disponere omnia suauiter destitit. Et alibi. O mira & inexquisita compago, ô noua & inaudita commixtio; Deus qui est, & qui erat, fit creator, creatura. Qui immensus est, capitur: diuites constituens, pauper efficitur: incorporeus, carne vestitur: sermo crassescit: videtur, inuisibilis; palpatur, impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, immortalis occiditur. Quem cœlum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur. Numeratur in sæculo, qui est ante sæcula. Christus Iesus heri & hodie, idem ipse & in sæcula. Heri dixit, propter mortalitatē, hodie

Isaiæ 7. ✠ 4.
Isaiæ 66. ✠ 8.
Exod: 3. ✠ 3.
Num: 17. ✠ 8.
Bern: ser: 2. super Missus est.
Et ser: de B. Mar.
Iudic: 6. ✠ 37.
Psal: 71. ✠ 6.
Bern: loco cit.
August: serm: 27 de Tempore.
August: ser: 13. de Tempore.
Hebr: 13. ✠ 9.

N

hodie, propter æternitatem. Meritò hodie locuti sunt cœli, gratulati sunt Angeli, pastores iocundati, magi inuitati, reges turbati, martyres coronati, dæmones effugati. Hactenus Augustinus.

Secunda Pars.

Recensuimus noua & stupenda mirabilia incarnationis diuinæ; videamus nunc quoq; illorum effectum, & (vt initio huius sermonis finem accōmodemus) incarnationis vtilitatem, beneficiis per Angelum Tobiæ diuinitus collatis applicemus. Primum beneficium erat, secura deductio, & reductio ex regione longinqua, vbi detinebatur pretiosum debitum seu depositum. Sic Christus ille magni consilij & faciei Dei Angelus, nostrā speciem induens, secundum Prophetam, *Adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit eam Iacob puero suo, quando nimirum in terris visus est, & cum hominibus cōuersatus est*: & quando *Verbum caro factū est, & habitauit in nobis*, factus est nobis ad regionem Paradisi amissam, via, veritas, & vita. Via quidem ab errore: veritas à pauore: vita à morte. Vnde Augustinus dicit: Vt homo fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Dei filius, homine assumpto, constituit atq; fundauit fidem. Et alibi, (alludens fortasse ad dictum Sapientum, quod citat Ambrosius: Sequere Deum) inquit: Homo sequēdus non erat, qui vi deri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo sequeretur, Deus factus est homo. Secundum beneficium Tobiæ erat, depulsa potestate infernali, nobilissimi matrimonij desponsatio, & per eam plena hæreditatis consecutio. Simili modo filius Dei incarnatus, patriam & hæreditatem cœlestem, fecit nos iure desponsationis acquirere. Illa enim vox Adæ: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc, relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ*: propriè completa est, & quidem magno Sacramento, in Christo & Ecclesia. Christus enim (vt præcursor suus contestatur) *Sponsus est, qui habet sponsam*, id est Ecclesiam, pro qua *semetipsum tradidit, mundans eam lauacro aquæ, & Verbo vitæ*: Ex eadem quoq; producens filios sponsi: hoc est Apostolos, & alios fideles, quibus non iam ex carne, sed Spiritu renatis, cōsignata est hæreditas cœlestis. *Si enim filij* (arguit Apostolus) *ergo & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autē Christi*. Et sic quod olim in præuaricatione audiuerat à Domino terrenus Adam per Ironiam: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis*: hoc in nostra reparatione, cœlestis Adam, Verbum incarnatum, in veritate dixerit homini sic reparato: Ecce homo quasi vnus

Beneficia Tobiæ per Angelum exhibita, incarnationi applicata.
Tob: 12. ✠ 3. 1.
Christ⁹ reductor noster in paradisum, ac debiti ammissi restitutor.
Baruch 3. ✠ 37.
Ioan: 1. ✠ 14.
Ioan: 14. ✠ 6.
Aug: lib: 11. de Ciuit: cap: 2.
Idem ser: quodā de Natiuit: Dñi.
Ambros: lib: de Abraham.
S. Thom: par: 3. quæst: 1. artic: 2. 2.
Christus despōsatione acquisiuit homini hæreditatē cœlestē
Gene: 2. ✠ 24.
Ephe: 5. ✠ 31.
Ioan: 1. ✠ 29.
Marci 2. ✠ 19.
Rom: 8. ✠ 17.
Ecce Adam quasi vnus ex nobis post incarnationem verificatū.
Gene: 3. ✠ 22.

O

P

ſi vnus ex nobis: quando nimirum filij Dei incarnationem ſubſe-
3. Chirographum damnationis in pignus beatudinis Christus cõmutauit.
cuta eſt, (vt ſæpiùs ante meminimus) hominis Deificatio. Tertiò:
ſicut debitum Tobiæ, in remotiſsima regione propè deſperatum,
Angelus facili negotio exegit, recepit, eoq́; domum Tobiæ indigen-
tem locupletauit: Sic filius Dei incarnatus, per paſsionem ſuam,
expolians principatus & poteſtates, tulit de medio chirographum quod erat contra-
Coloſ: 2. ℣ 14. *rium nobis, affigens illud cruci*: & ſic reſtituit nobis à Sathana ereptam in-
Eph: 1. ℣ 6. 11. 16. nocentiam, Dei amicitiam, & immortalitatem: donans inſuper pi-
2. Petr: 1. ℣ 4. gnus hæreditatis æternę, & *pretioſa promiſſa, per quæ conſortes diuinæ naturæ* Q
4. *efficiamur*. Quartò: Dum Tobias iunior vacat conſummationi nu-
Sponſa Tobię, ſic & Eccleſia Chriſti à dæmonio per Spiritũ liberata.
ptiarum cum filia Raguelis, interea Angelus Aſmodæum dæmonẽ,
qui ſeptem priores ſponſos Sarę ſuffocauerat, & nuptiis Tobię quo-
que inſidiabatur, alligauit in ſuperiori deſerto Ægypti. Simili mo-
do, dum Chriſtus ſecundum naturam humanam iam expirans, ex
Tobiæ 8. ℣ 3. percuſſo latere, quaſi ex noua coſta, ſibi ædificat ſponſam Eccleſiã,
emittens ex eodem latere ſanguinem in eius pretium, & aquam in
1. Petr: 3. ℣ 19. lauacrum: Interea *in Spiritu* (vt atteſtatur princeps Apoſtolorum)
hoc eſt in anima diuinitate comitata, extrema Diabolicæ ſeruitutis
loca infernalia adiit, ibiq; tanquam fortior armatus, ſuperat, & *alli-*
gat fortem, id eſt Diabolum, *qui habebat mortis imperium*, exindeq́; abdu-
ctam captiuitatẽ, tum hoſtilibus ſpoliis, tum cœleſtibus brauiis ho-
5. norauit. Quintò: Tobias iunior, inſtructione & præſidio Angeli
Tentatio mundana præſidio Chriſti ſuperabilis.
comitis, piſcem terribilem, deuorationem ſibi intentantem, non
ſolùm euaſit: ſed etiam ipſum ex mari extractum, ad vſus animæ &
corpori ſalutares, efficaciſsimè adhibuit. Eodem modo Chriſtus R
verus comes, frater & Emmanuel noſter, doctrina & exemplo ſuo,
Tobiæ 6. ℣ 4. fidelibus reliquit poteſtatem, mundum hunc in maligno poſitum,
Mundi fallax illecebra.
velut mare vaſtiſsimum, cum ſuis reptilibus, quorum non eſt nu-
1. Ioan: 5. ℣ 19. merus, hoc eſt, variis tentationibus & illecebris, contemnere: dũ
Pſal: 103. ℣ 25. eius vſura, non ad luxum, ſed ad vitæ neceſsitatem legitimè exer-
cetur: ſed etiam inſuper ille magni conſilij Angelus, reliquit con-
ſilia Euangelica, quibus per abnegationem ſtabilem præcipuarum
mundi cupiditatum, mundanæ tentationes extrahuntur potiùs
ipſæ, & ad ſalutares vſus ſpiritualiter exenterantur, quàm per con-
ſummatam tentationem, ſtrenuos Chriſti milites deuorare præ-
ualeant. Mundus quippe (vt loquitur quidam) cultello veritatis
reſecatus & apertus, vanitates ſuas manifeſtat; quæ quidem nil
6. niſi fel amaritudinis, & fumum abominationis referant, atq; relin-
Tobiæ 2. ℣ 10. quant. Sextò: Tobias ex inſtructione Angeli, reſtituit patri ocu-
& cap: 11. ℣ 13. los, ſter-

los, ſtercoribus hirundinum antehac vitiatos. Sic multò perfecti- Cœcitas mundi per filium Dei illuminata.
S ùs, filius Dei incarnatus, cùm inueniſſet mundum, partim legalibus
vmbris, partim Philoſophorum fabulis, veluti domeſticis & fami-
liaribus excrementis obſcuratum: apparuit ipſe vera lux quæ co-
lyrio prædicationis & fidei, veram lucem regrediendi ad patriam,
atq; exinde gaudium etiam amiſſum, fidelibus ſuis reſtitueret.
Profitebatur olim Deus, viſionem ſui, cæteris Prophetis commu- Viſio Dei facie ad faciem negata Moyſi, quomodo in noua lege exhibita.
nicatam eſſe per ſomnia & ænigmata: Moyſen verò ſibi dilectiſsi-
mum, ſolum fuiſſe, qui Deum facie ad faciem, tanquam amicus cũ
amico colloquens, contemplaretur. Quod tamen priuilegium,
poſtquam Moyſes à Deo exigeret, reſponſum accepit: *Non poteris* Exod: 33. ℣ 11.
videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet: Sed in tranſitu gloriæ Num: 12. ℣ 6
meæ, poſteriora mea videbis. Quod ergo in veteri lege Dominus diſtulit Exod: 33. ℣ 20
potiùs quàm negauit, illud ipſum in noua ſuppleuit: quando in ſua Matth: 17. ℣ 2
transfiguratione, tranſitum ſeu exceſſum ad gloriam per paſsionẽ
ſuam, cum eodem Moyſe pertractans, in poſteriori natura huma-
nitatis ſuæ, veluti *Angelus faciei* Dei, oſtendit illi faciem ſuam, tanquã
ſol reſplendentem. Similiter Apoſtoli & alij credentes, in carne Ioan: 1. ℣ 14.
T *videbant gloriam eius, & quidem gloriam, quaſi vnigeniti à Patre*: quin etiam ipſũ 1. Ioan: 1. ℣ 1.
Patrem in filio contemplabãtur: ſicut ipſemet profitebatur dicens:
Qui videt me, videt & Patrem meum: quia ego in Patre, & Pater in me eſt. Atq;
ſic, quod vetus lex peccati audiebat: *Non videbit me homo & viuet*: id Ioan: 14. ℣ 9.
noua lex gratiæ quaſi inuertit, dicendo: *Non viuet homo niſi me* (Deum) Euangelica lux Deũ ex legalib⁹ tenebris demõſtrans.
videat. Quod quidem expreſsit Ioannes Apoſtolus dicens: *Scimus*
quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſi-
mus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Et ipſe Saluator: *Hæc*
eſt, inquit, *vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem tu miſiſti Ie-* 1. Ioan: 5. ℣ 20. Ioan: 17. ℣ 3.
ſum Chriſtum. Hoc ipſum intendebat Apoſtolus dicens: *Nos omnes re-* 2. Cor: 3. ℣ 18.
uelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à cla-
ritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Appoſitè S. Gregorius: Cœ- Gregor: hom: 2. ex hom: 40.
cus (inquit) eſt genus humanum, quod in parente primo à Paradiſi
gaudiis expulſum, claritatem ſupernæ lucis ignorans, damnationis
ſuæ tenebras patitur: Sed tamen per redemptoris ſui præſentiam
V illuminatur: vt æternę lucis gaudia, iam per deſiderium videat, atq;
in via vitæ, boni operis greſſus ponat. Et paucis interiectis ſic rur-
ſus ſubinfert: Quum igitur conditor noſter appropinquaret Hie-
richo, cœcus ad lumen rediit: quia dum diuinitas defectum noſtræ
carnis ſuſcepit, humanum genus, lumen quod amiſerat, recepit.
Vnde enim Deus humana patitur, inde homo ad diuina ſubleuatur.

7\. Incarnatio beneficiorum Dei in hominem complementum. Rom: 8. ✝ 32.

Septimò: Concludit Tobias singularia beneficia, ista generalitate,
inquiens: *Et bonis omnibus per eum repleti sumus.* Quod longè rectiùs ad
beneficium incarnationis referri debet; dicente Apostolo: *Si enim
filium nobis dedit, quomodo non omnia cum illo nobis donauit?* Quod beneficiũ
in tantũ ibidem exaggerat Apostolus, vt nulla extrema creata, siue
fœlicitas, siue aduersitas, hominem verè fidelem, ab eo auelli, ad ex-
tremum vsq; mortis periculum patiatur.

8\. Incarnationis beneficiũ nunquam promeretur, sed nec promerendum homini.

Postremò: consideran-
dum est, hæc tanta & insperata beneficia, ab Angelo Azaria, domui
Tobiæ & Raguelis, gratuita quadam præuentione, nullis tam præ-
cedentibus, quàm subsequentibus meritis, contigisse: atq; deinceps
omnem remunerandi facultatem longissimè excessisse. Quo be-
neficio multò veriùs exprimitur gratia Dei in hominem, & amor, X
quo ipse quidem, *cùm adhuc inimici essemus, prior ipse dilexit nos*: deinde
quòd Deus & creator noster cùm sit, pro infinitis bonis, nulla re-
compensatione à nobis indigeat, sed quod nobis ipsis bonum & sa-
lutare est, pro bono suo ipse etiam reputet atq; acceptet. Reliquũ
est, vt tot tantisque beneficiis prouocati, exhibeamus Deo nostro

Gratitudinis Deo exhibendę Angelica formula. Tobiæ 11. ✝ 7. Natalis Christi deuotio & eius abusus.

gratitudinem, ex instructione Angeli ad Tobiam sic loquentis: *Vbi
introieris in domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei,
accede ad patrem tuum, & osculare illum.* Certè hodierno Christi benefi-
cio, reuertimur ex dispersione Diabolica in domum nostram, ob-
uiam quasi habentes Ecclesiam matrem nostram, tot memoriis sa-
cris reditum nostrum ad pœnitentiam expectantem. Oportet ergo,
vt cùm semper aliâs, tamen in tali primo ingressu solennitatum an-
nuarum istarum, Domino Deo nostro in laudibus eius & pietate,
totam hanc octauam Natalis Domini propterea protractam, con-
secremus. Quod nostri maiores intendebant, iterando in Ecclesia,
& per domos, cantica sacra laudis & gratiarum actionis plena, atq;
in sacerdotes, scholas, aliosq; indigentes, eleemosynas & collectas
solitò largiores profundendo. Nunc mirum dictu, quantum omnia Y
ista tefrixerunt: inualuit autem luxus, comessationes, ebrietates,
& innumeræ dissolutiones, Bacchanalibus quàm Christi Natali ma-

Sicut Arca fœderis Iudæis: sic incarnatio malis Christianis ad confusioné. 1. Reg: 4. ✝ 5.

gis conuenientes. Refert sacra Regum historia, Israelitas Philistæis
sibi incumbentibus, adduxisse in castra Arcam Domini: ad cuius
aduentum, omnem populum vociferatum fuisse, vt terra eorũ cla-
moribus expleretur. Quo audito, Philistinos cũ magno pauore di-
xisse: *Venit Deus in castra: Væ nobis: Non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius
tertius. Væ nobis: Quis nos seruabit de manu Deorum sublimium istorum? Confor-
tamini ergo & estote viri Philistiim: Ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt vobis:
conforta-*

*confortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philistiim, & cæsus est Israel, & fugit
vnusquisq; in tabernaculum suum.* Tale quid, proh dolor, cernimus in cor-
rupta moderna Christianitate. Veniente enim hac Natali Christi
memoria, Deo sublimi arca carnis velato, omnis quidem in vniuer-
sum *populus labiis tantùm Deum suum honorat, cor autem illorum longe fit ab eo*: Isaiæ 29. ✝ 13. Matth: 15. ✝ 8.
& clamor iste ex Ecclesiis in plateas & tabernas delatus, potius ex-
citat Cacodæmones ad ferociùs impetendum: vt qui fidelibus in
Z Baptismo subiecti essent, eos vicissim deuictos suæ irreuocabili ser-
uituti subiiciant. Quod certè efficiunt, quando deuotissimis qui-
buscunq; festis, singulares suas debacchationes adstruunt, quibus
non solùm populum Dei, à debita deuotione abstrahunt, sed ad om-
nia flagitia patranda, quæ aliis diebus exequi non vacabat, occasi-
one vniuersalis otij sacri, inducunt. Mirum igitur non est, si de po-
pulo Dei, nefarius hostis infernalis tam turpiter triumphet, & tan- Tobiæ 11. ✝ 7.
dem in grauiorem, & extremam pœnam; arca etiam ipsa, hoc est Isaiæ 9. ✝ 6.
Christianorum religio & Respublicæ, in manus infidelium & tyran- Hebr: 12. ✝ 9.
norum tandẽ deueniant. Redite ergo ad cor, ô Christiani, & exem-
plo Tobiæ, *osculamini Patrem vestrum*, vtique hodie natum, qui est *Pater
futuri sæculi, immò Pater spirituum*, hoc est spiritualis regenerationis ve-
stræ. Sic autem osculamini, vt secundum Psalmistam, reddito ei ho- Psal: 2. ✝ 12.
nore, & plena subiectione, post tot offensas, *appræhendatis disciplinam
pœnitentiæ & iustitiæ, vt non pereatis de via iusta.* Quam vobis dirigat
nouus natus Rex, qui est via, veritas & vita, cum Deo Patre & Spiri-
tu sancto in sæcula benedictus. Amen.

In festo Natalis Domini,

SERMO VNDECIMVS.

De causa & effectibus Incarnationis: eiusq; ingratitudine.

Verbum abbreuiatum quomodo caro factum. Rom: 9. ✝ 28. Isaiæ 10. ✝ 22. 1. Petr: 1. ✝ 24.



A QVòd Deus fœdus sempiternum, & electum popu-
lum Iudaicum, quasi reprobando, in Euangelium
gentibus promulgandum conuerteret: tanti my-
sterij causam potissimam ostendit Apostolus ex
Propheta Isaia: *Verbũ abbreuiãs & cõsummans, Deus mittet
super omnem terram.* Quod quidem Verbum, quam-
uis materialiter & finaliter intelligatur Euangelium, formaliter ta-
men &

men & effectiuè intelligitur ipse filius Dei incarnatus: quod non obscurè innuit S. Petrus: *Exaruit fœnum,& flos eius decidit:* id est caro & natura humana, fragilis & mortalis est: *Verbum autē Domini manet in æternū. Hoc est autē Verbum quod euangelizatum est in vobis.* Quod de filio Dei principaliter intelligendum esse, ex superioribus verbis colligitur: vbi primùm quidem Christus vocatur *Agnus ante mundi constitutionem præcognitus,& in nouißimis temporibus* (vtiq; in carne) *manifestatus.* Deinde subinfert Apostolus eius diuinitatem quæ Verbum est: sic subiiciens: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per Verbum Dei viui, & permanentis in æternum.* Quod correspondet ei, quod S. Ioan: dixit: *In principio erat verbum &c. Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Quod ipsum clariùs alibi sic explicat: *Quod vidimus, audiuimus,& manus nostræ contrectauerunt, de Verbo vitæ, quod erat apud Patrem, annuntiamus vobis.* Videamus igitur quomodo in ipso statim ortus sui exordio: hoc Verbum abbreuiatum,& ab initio mundi in variis figuris & ænigmatibus occultatum, in Euangeliis hodie propositis sese prodiderit. Primùm quidem, pastores accepto nuntio Angelico, adinuicem dicunt: *Transeamus vsq; in Bethleem,& videamus hoc Verbum, quod Dominus ostendit nobis. Et venientes inuenerunt infantem in præsepio.* Ecce Verbum quod erat in principio apud Deum, & ipse Deus, per quem omnia facta sunt,& ipse omnia in se continens, ita abbreuiatum, vt angustissimo egressum vtero, arctò similiter concludatur præsepio. Deinde vide quomodo Verbum hoc exinanita diuinitate, in angustam humanitatem contractum, impleat tamen illud Aggæi 2. *Adhuc modicum,& ego commouebo cœlum, terram,& mare & aridam, & mouebo omnes gentes: & veniet desideratus cunctis gentibus.* Commotum enim erat cœlum, primò quidem, quando veluti *disruptum rorando desuper, dimisit Saluatorem:* deinde per Angelos ad Psalmodiam & gratiarum actionem. Commota erat terra, primò quidem vteri virginalis ad germinandum Saluatorem: deinde ipsa terra materialis, cum omnibus gentibus, ad descriptionem orbis generalissimam, qualis ab initio mundi fuisse non legitur. Mouentur etiam Magi ab oriente, tùm & Herodes cum suo furore, ad tantam stragem infantium patrandam, qualis etiam aliàs vix aliquando contigit. Tertiò, quod maximum est: maxima opera Dei ab initio mundi, per incarnationem quasi compendio completa: quando hoc Verbum in suo carnali exortu abbreuiauit, & quasi in colophonem redegit, sex præcipua opera diuina, quæ ab initio mundi hominibus fuerunt, & in illis mysteria futuræ reparationis, insinuata. Primum est, ipsa æternitas, ter-

[Margin: Ioan: 1. ✝ 1.13. — 1. Ioan: 1. ✝ 1. — B — Lucæ 2. ✝ 15. — Aggæi 2. ✝ 7. — Isaiæ 64. ✝ 1. & 45. ✝ 8. — C — Maxima opera Dei ab initio mundi, per incarnationē quasi compendio completa.]

nitas, ter-

nitas, terminis humanis vel creatis incomprehensibilis: quæ tamē proditur hominibus, primis Euangelij S. Ioan: verbis, vt mox patebit. Secundum: creatio vniuersi,& verum eius principium, à Moyse non explicatum: cuius veluti consummatio per Christū subiungitur ab Euangelista dicente: *Omnia per ipsum facta sunt. &c.* Tertiū: earundem creaturarū vigor & conseruatio: quia Act: 17. *In ipso viuimus, mouemur & sumus:* quod etiam describitur his verbis: *In ipso vita erat.* Quartum: humanę creaturæ, rationalis quidem, sed peccato originali obtenebratæ, illuminatio, in intellectu quidē per lumen quoddam diuinitus inditum, de quo dicitur *Psal:* 4. & *Rom:* 1. Deinde in voluntate per Syntheresim, quando bonum semper suadet & malū detestatur: quod etiam explicatur ab Apostolo *Rom:* 2.& 7. Hoc autem lumen erat illa vera lux (hoc est Verbum æternum tandem incarnatum) *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quintum: mundi propter culpam hominis perditi recreatio & reparatio, per aduentum & redemptionem Mesiæ, gratiamq; inde subsecutam, secundum illam promissionem: *Ipsa* (mulier, vel ipsum semen eius) *conteret caput serpentis.* Quod Euangelista prosequitur ab eo loco: *In mundo erat &c.* vsq; ad verba: *Et Verbum caro factum est,& habitauit in nobis.* Sextum est: ipsa glorificatio,& finis noster beatificus, statui innocentiæ proprius: sed ea amissa, per gratiam redemptoris restitutus. Qui quidem ostenditur vltimis verbis Euangelij: *Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Et paulò post: *De cuius plenitudine omnes nos accepimus, gratiam pro gratia. &c.* Festiuè tantum mysterium commendat Bernardus dicens: Si totum me debeo pro me facto: quid addam iam & pro refecto,& refecto hoc modo? Nec enim tam facilè refectus, quàm factus. Siquidem non solùm de me, sed de omni quoq; quod factum est, scriptum est: *Dixit & facta sunt.* At verò qui me tantum & semel dicendo fecit, in reficiendo profectò, & dixit multa,& gessit mira,& pertulit dura, nec tantùm dura, sed & indigna. *Quid ergo retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* In primo opere me mihi dedit, in secundo se. Et vbi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo,& bis debeo. Hæc ille. Verè ergo verbum abbreuians & abbreuiatum hodie in terra apparuit. Quod quidem nefarij noui apud nos Alogi vel potius Athei, hoc est non solùm Verbum Dei, sed ipsum Deum abnegantes, variis erroribus & blasphemiis in vtraq; eius generatione nimium abbreuiantes: postquam superioribus sermonibus à nobis pro virili (cōuicta & ostensa Catholica veritate) cōfutati sunt:

[Margin: D — Bernard: de diligendo Deo cap: 1.]

Argumẽtum & dispositio sermonis.

sufficiet sermone præsenti ostendere. Primò: quantum beneficium E generi humano incarnatione Christi contigerit. Secundò: quinam sint tanti beneficij veri participes; & quomodo filij Dei ab adulterinis dignoscuntur: tum quomodo nos ad tanti beneficij considerationem & gratitudinem excitare debeamus. Quo ad primũ. Fructus incarnationis Dominicæ potissimus elucet ex eo quod dicit

Incarnationis præcipuus effectus ex hominibus filios Dei effici.

Euangelista: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* In mundo enim pro summa fœlicitate reputant homines fieri reges, vel regum filios: eoq; magis, quando vilis & seruilis persona, propter sua merita ex improuiso ad tale fastigium sublimatur. Iam verò expende, quanta distantia erant à se ipsis, homo propter lapsum bestiis comparatus, & Deus omnes perfectiones & excellentias continens.

Dan: 2. ℣ 42.

Difficile æstimabat Daniel Propheta in coniunctione purè humana, ferrum cum luto perfectè cõmisceri posse: Cùm tamen lutum satis propinqua sit materia ipsi ferro. Quis igitur credidisset, secundum Bernardum, Deum & hominem in vnum aliquando coire posse? Clamat Isaias iussu Domini: *Omnis caro fœnum, quod subito arefactum cum suo flore decidit. Verbum autem Domini manet in æternum.* Quod (vt initio ostendimus) non obscurè ad incarnationem refertur. Maximum igitur & stupendum est, filium Dei æternum in vnitatem suæ personę seu hypostasis diuinæ, vniuisse veram humanitatem, ex anima rationali eaq; beatissima, & carne ex purissimis Mariæ sanguinibus depromptam. Potuisset enim Deus superare Sa- F thanam, nosq; redimere, vel in propria natura & maiestate, vel per assumptam naturam Angelicam, per quam in cœlo eundem Luciperum debellauerat, & ad inferos deturbauerat. Sed vt S. loquitur Irenæus: Dominus noster IESVS Christus, in nouissimis temporibus, recapitulans in se omnia, venit ad nos, non quomodo poterat, sed quomodo nos illum videre poteramus. Ipse enim in sua inenarrabili gloria venire ad nos poterat, sed nos magnitudinem gloriæ suæ portare non poteramus. Hæc ille. Quinimmo vide rem mirandam. Filius Dei cum Dęmone pugnat, eumq; vincit in humana natura, in ea inquam, quæ sua prauitate, Deo deserto, Diabolo sese subdiderat. Quod pulchrè eloquitur Fulgentius: Homo (inquit) contemnens Deum, ab eo recessit: Deus diligẽs hominem, ad eum venit. Hæc ille. Exaggerat Euangelista tantam coniunctionem, sic subinferendo: *Et habitauit in nobis.* Nam per fidem baptismi, fideles induunt Christum, & tanquam membra capiti suo ad spiritualem viuificationem asseruntur. Per charitatem verò intimè eidem vniuntur,

Bernard: serm: 1. de natiuit: Dñi.

1. Petri 1.

Filius Dei cur non in propria vel Angelica maiestate, sed in humana infirmitate mundum redemit.

Apoc: 12. ℣ 7. 11.

Iren: cõn hæres: lib: 4. cap: 74.

Fulgentius sermo: de duplici natiuit: Christi.

iuntur, iuxta illud: *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Fulgentius loco citato, addit triplicem effectum & vtilitatem incarnationis Christi erga homines, dicens: Dilexit impiũ, vt faceret iustum: dilexit ægrum, vt faceret sanum: dilexit mortuum, vt faceret viuum. Primùm comprobatur Rom: 5. *Cùm adhuc inimici essemus, reconciliauit nos.* & Apoc: 5. *Nemo in cœlo & terra, & sub ter-* G *ra, dignus erat aperire librum redemptionis, nisi agnus occisus.* Secundum etiam patet, quando dicit Isaias: *Verè languores nostros ille pertulit.* Cyrillus Ierosolymitanus dicit ex Isaia: hominis plagam fuisse tantã, vt à planta pedis ad verticem non esset in eo sanitas; cuius liuor & vulnus tumens non erat circumligatum nec curatum medicamine aut fotum oleo. Ideo Rex descendit de cœlo, & veluti linteo humanitatis præcinctus, proprio sanguine hominẽ persanauit. In eundẽ sensum Augustinus: Venit Saluator ad genus humanum, nullum sanum inuenit: ideo magnus medicus venit. Tertium quoq; clarissimũ est: quia ideo mortua est vita in Christo, vt in homine mors in vitam conuerteretur. Augustinus præter hos & similes magis principales effectus, & fructus incarnationis Christi, addit istos duos. Primò: ne maligni spiritus, propterea quòd carne careant, nos despiciendo, ad tentandum nos essent audaciores. Deinde, ne naturam suam immortalem præferent nostræ. Illorũ enim immortalitas, est perpetua mors, nostra verò mortalitas, per Christum redditur vita æterna. Istos fructus & consolationes mirè exaggerat Apostolus Rom: 8. *Si filium dedit nobis, quomodo non omnia cum illo nobis donauit? Quis ac-* H *cusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? quis est qui condemnet? Christus IESVS qui mortuus est, immò qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi?* Sed maximè omnium miratus simul & veneratus sum, absolutissimum illum Græcorum Theologorum, œconomiæ istius rationem, diuinè prorsus sic edisserentem: Verum enimuerò, inquit, multis antea modis, propter peccata multa, quę vitiositatis protulit radix, variis de causis, temporibus diuersis, castigatus homo; verbo, lege, Prophetis, benefactis, minis, plagis, vndis, exustionibus, bellis, victoriis, cladibus, signis de cœlo, aëre, terra, mari, hominum, vrbium, gentium, insperatis mutationibus: per quæ id agebatur, vt malitia aboleretur. Postremò validioribus remediis indiguit in morbis grauioribus, mutuarum cædium, adulteriorum, periuriorum, masculi furoris, & (quod extremum est malorum omnium, & primum) simulachrorum cultus, & à creatore in creaturam adorationis translatæ.

1. Ioan: 4. ℣ 18.

Alij fructus incarnatiõis Christi.

Rom: 5. ℣ 10.

Apoc: 5. ℣ 5.

Isaiæ 53. ℣ 3.

Cyrill' Ierosol: cateche: 12.

Isaiæ 1. ℣ 6.

Aug: serm: 6. de verbis Aposto: cap: 10.

Incarnatio naturam humanã ad prævalẽdum Diabolo armauit.

August: de Trinit: li: 18. ca: 17.

Rom: 8. ℣ 33.

Incarnationis filij Dei causa & effect' insignes.

Greg: Nazian: ora: 42. de Pasc.

Incarnatio vltima corrupti mũdi antidotus.

Verbi æterni epitheta.

Hæc ipſa cùm maiore indigerent auxilio, maius quoq; ſunt conſecuta remedium. Id autem fuit ipſum Verbum Dei anteſæculare, inuiſibile, incomprehenſibile, incorporeum, principium ex principio, lumen de lumine, fons vitæ & immortalitatis, expreſſa archetypi effigies, immotum ſigillum, non euarians imago, ipſius Patris terminus, & ſermo, in propriam immigrat imaginem, & carnem I geſtat: & animæ intellectuali miſcetur, propter animam meam, ſimile ſimili repurgans: ac per omnia, peccato excepto, homo gignitur è virgine, anima ſimul & carne per Spiritum purificata, editus. Oportuit namque, & natiuitatem cohoneſtari, & virginitatem præhoneſtari. Progreſſus ergo eſt Deus, aſſumptione è duobus inter ſe contrariis, carne & ſpiritu, quorum hic quidem deificauit, illa autem deificata eſt. O nouam mixtionem, ô inopinabilem temperaturam. Exiſtens ille gignitur, & increabilis creatur, & incomprehenſibilis comprehenditur, per animam intellectualem, inter Deitatem & carnis craſsitudinem intercedentem: & qui alios ditat, pauper efficitur. Subit enim carnis meæ paupertatem, vt ego Deitate ipſius diteſcam. Et qui plenus eſt, inanitur: ad breue tempus namq; gloria ſua exinanitur, vt ego illius participem plenitudinem. Quænam hæ diuitiæ bonitatis? Quod hoc in me arcanum ſacramentum? Participaui imaginem, & eam non conſeruaui: participat ille carnem, vt & imaginem ſaluet, & carnem immortalem reddat. Secundum conſortium nobiſcũ init, & quidem priori longè admirabilius. Tum enim id quod præſtantius erat, nobis impertiit: K at nunc id quod deterius eſt, ipſe aſſumit. Hæc Nazianzenus.

Natura in Chriſto vna deificãs, altera deificata.

Chryſologus ſerm: 148.

Idcirco ad tantum beneficiorũ Dei in hominem veluti ſigillum dignè recognoſcendũ, ſic populum fidelem exſtimulat Chryſologus: Hodie, inquit, dominicæ Natiuitatis lætitiã debemus iterare. Quando concipit virgo, virgo parit, manet virgo, non eſt conſuetudo, ſed ſignum: non eſt ratio, ſed virtus: auctor eſt, non eſt natura: non eſt commune, ſed ſolum: Diuinum eſt, non humanum: Ceſſet ergo inanis Philoſophiæ labor. Naſci Chriſtum non fuit neceſsitas, ſed poteſtas; fuit honor, iniuria nõ fuit: Sacramentum pietatis fuit, Deitatis non fuit detrimentum: fuit reparatio ſalutis humanæ, imminutio ſubſtantiæ non fuit hoc diuinæ. Qui non naſcendo, ex intacto limo fecit hominem: naſcendo, ipſe hominem de corpore fecit intacto: manus quæ in noſtrum plaſma lutum dignanter aſſumpſit, ad reparationem noſtram dignanter aſſumpſit & carnem. Ergo quòd creator in creatura ſua, quòd Deus inuenitur in carne,

Hominis ex limo ad diuinitatem euecti ſtupiditas & ingratitudo erga creatorem.

creaturæ honor eſt, non eſt creatoris iniuria. Sed hoc contumeliam credit, qui credit lutum pretioſius eſſe quàm carnem. Fortaſſe pœnitet, de luti iniuria in honorem carnis, in hominis gloriam ſe mutatum? Homo quare tibi tam vilis es, qui tam pretioſus es Deo? Quare ſic honoratus à Deo, teipſum taliter inhonoras? Quare quæ-L ris, vnde factus ſis, & ad quid factus ſis non requiris? Nonne tota iſta quam vides tibi facta eſt mundi domus? Tibi infuſa lux circũfuſas remouet tenebras: tibi eſt temperata nox: tibi dimenſus eſt dies: tibi cœlum, ſolis, lunæ, ſtellarum vario fulgore radiatum eſt: tibi terra floribus, nemoribus, fructibus eſt depicta: tibi creata eſt in aëre, in campis, in aqua, ſpecioſa continens mirabilis animantiũ multitudo, ne gaudium noui ſæculi triſtis ſolitudo confunderet. Hinc eſt, quòd fecit te eſſe de terra, vt eſſes tu dominus terrenorũ, & eſſes ipſis in ipſius ſubſtantiæ communione communis, nec tamen te terrenum terreſtribus ſic æquauit, vt non etiam cæleſtibus animatum te cœlitus exæquaret: & vt eſſet tibi cum Deo ratio cõmunis, corpus commune cum iumentis, dedit tibi animam de cœlo, dedit tibi corpus de terra, vt in te nexa cœli, terræq; concordia ſeruaretur. Adhuc tamen quid adiiciat ad honorem tuum tuus creator excogitat: in te imaginem ſuam ponit, vt terris inuiſibilem conditorem, viſibilis imago præſentem poneret: & in terrenis dedit tibi vires ſuas, vt non fraudaretur domini vicario, mundi tam larga poſſeſsio. Etſi iſta ita ſunt: quare modo putatur iniuria, quare Deus, quod per ſe fecit in te, in ſe clementer excepit, & in homine ſe verè videri voluit, in quo ante imaginariè voluit ſe videri, deditq; vt proprietas eſſet ipſe, qui ante vt ſimilitudo eſſet acceperat? Hactenus Chryſologus.

Hõinis magna dignatio in creatione: ſed maxima in incarnatione.

Homo creaturarum domin⁹, & creatoris cõſors

Secunda Pars.

M CÆterum maximè intereſt, qui ſint iſti filij Dei, ad quos tales fructus incarnationis Dominicæ redundant. Cuius rei tres notæ ponuntur in hoc Euangelio. Prima eſt, eorum qui receperunt Chriſtum tanquam conditorem, viuificatorem, & illuminatorem ſuum; per quod intelligitur, vt accedentes ad adoptionem filiorum Dei, quaſi primo gradu, vtantur rectè lumine naturali, & ſyntereſi, in actibus vtriuſq; intellectus. Deus enim non dat dona gratuita ei, qui prius naturalia non agnoſcit, eiſq; rectè vtitur. Ideò in veteri lege Melchiſedech, Abimelech, Iob, eiuſq; tres amici, & ſi qui ſunt alij, quãuis extra conſortiũ ſeminis Abra-

Gradus filiationis Dei in hominibus.

Dona gratuita non dantur abutentibus vel negligentibus naturalia.

Gene: 14. ℣ 18.
Gene: 20. ℣ 3.
Iob 4. & 42.

Actor: 8. & 10.
Matth: 8. ℣ 10.
Conuerſio Gentilium & Iudæorum cur rara, & facilior ad hæreſes prolapſio.

hæ & legis Moſaicæ, tamen ſic in naturalibus præparati, mirabiliter à Deo ad ſui cognitionem illuminati fuerunt. Idem legimus in Euãgelio, de iis qui faciliùs conuertebantur: præſertim in Act: Apoſtolorum de Eunucho, Cornelio, Centurione, & aliis. Et hæc cauſa eſt: quòd Pagani, Iudæi, & reliqui infideles, raro ad fidem Chriſtianam ſyncerè conuertuntur, quòd tali præparatione careant, & nõ viuunt ex norma legis naturalis, à ſanioribus Philoſophis ſatis bene præſcripta. Similiter, quòd multi ex Chriſtianis in fœdas hæreſes relabuntur, & plurimi Catholici, in lege ſine lege viuunt, id cauſæ eſt, quia in donis naturalibus obtenebrati & prorſus inexercitati, lumen ſupernaturale per characterem baptiſmi adeptum, in opus reducere non curant.

Chriſti Natalis feriç, loco deuotionis, luxu exiguntur.
Auguſt: ſerm: Dñicç 2. Adu.

M Quod etiam videre eſt in præparatione ad præſentem tam eximiam ſolennitatem. Eccleſia enim præmittit quatuor ſeptimanas, per quas Chriſtiani, lapſu Iudæorum erudi-ti, ſe ipſos ad Chriſtum recipiendum ſingulari deuotione præparẽt. Ideoq; (vt quondam præmonuit S. Auguſtinus) non ſolum ab illicitis, ſed etiam à licitis voluptatibus abſtinerent. Sed quid interim agitur? Ieiunia in luxuriam, pietas in ſollicitudinem, deuotio in hypocriſim, miſericordia in fraudes, & rapinas conuertuntur. Vigilia natalis Domini præcipuis mortificationibus, & deuotionibus eſſet exigenda. Hoc enim veluti myſterio, propter duram peregrinationem Mariæ, ad mox ſequentem partum, diuinitus totus etiam orbis commouetur, & quadam peregrinatione affligitur. Noſtri verò Chriſtiani, in hac ſacratiſsima vigilia, ſpeciem quandam Bacchanalium inchoant: ad amplas in ipſis futuris feſtis epulationes, omnes curas, & ſumptus effundendo: pleriq; etiam multò ſceleratiores, ſecundũ Prophetam, Fortunæ menſas ponentes, & illi quaſi ſacrificantes, aleis, cartis, ſortibus, vel etiam furtis, & fraudibus quæſtus nefarios, quaſi in quoddam nequitiæ totius anni auſpicium, vel potiùs exitium, comparant.

Fortunæ menſam ponẽtes taxantur.
Iſaiæ 65. ℣ 11.

O Reliqui propter inſolitos ad futuros luxus apparatus, in inchoatione tantæ ſolennitatis, templa vacua relinquunt, & familiam ſuam tantæ ſolennitati vacare non permittunt. Memento Cracouia toties admonita, ne fortè breui *deſideres vnam diem filij hominis* (vt ipſe præmonuit) *& videre non poßis*. Quis ſcit ſucceſſu temporis, quis domos veſtras, & hæc ipſa templa quç nunc contemnitis, obtinebit? Ecce per auram peſtiferam, quæ ſingulis ferè annis, non ſolùm vicinas colonias, ſed veſtram hanc ipſam vrbem impetit, verè (vt comminatur Propheta) *mors ingreditur per feneſtras veſtras*: atq; vtinam tantum mors corporalis, & non illa *mors ſecunda* iræ

Luc: 17. ℣ 23.
Exprobratio vrbi Cracou: quæ Regni Poloniæ caput eſt.

Apoc: 21. ℣ 8.

cunda iræ Dei, & damnationis æternæ. Ecce rurſus in finibus vicinis Vngariæ, ſecuris ad radicem eſt poſita, & non eſt qui excidentis manum remoueat. Quomodò igitur numen diuinum ſibi iuſtè inſenſum, placare, & tantam ſolennitatem inchoare & exigere debeatis, verbis S. Gregorij Theologi ſic edocti eſtote. Hoc feſtum noſtrum eſt, hoc hodierno die celebramus, Dei nimirum ad homines aduentum, vt ad Deum excedamus, aut, vt aptiori verbo vtar, reuertamur, ac depoſito veteri homine, nouum induamus, & quẽadmodum in veteri Adamo mortui ſumus, ita in Chriſto viuamus, dum nimirum cum Chriſto, & naſcimur, & cruci affigimur, & ſepelimur, & reſurgimus.

Feſti natalis Domini Chriſtianus apparatus.
Greg: Nazian: orat: 42. Panegyrica.

P Et paulò poſt. Quocirca (inquit) non vt in publicis feſtis fieri ſolet, ſed diuinè: non mundanè, ſed ſupra mundanè; non noſtræ, ſed noſtri, vel, vt rectiùs loquar, Domini; non quæ infirmitatis ſunt, ſed quæ curationis; non quæ creationis, ſed quæ recreationis, celebremus. Id autem qua ratione conſequemur? Nempe, ſi nec domus veſtibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum paſcamus, nec aurem cantu mulceamus, nec olfactum muliebriter deliniamus, nec guſtui lenocinemur, nec tactui gratificemur: promptis inquam illis ad vitium viis, & peccati ianuis, nec teneris, & circumfluentibus veſtibus, emolliamur, quarum quod pulcherrimum eſt, nulli vſui eſt: nec gemmarum ſplendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificiis natiuam pulchritudinem eminentibus, atq; aduerſus diuinam imaginem excogitatis, nec comeſſationibus & ebrietatibus, quibus cubilia, & impudicitias, adiuncta eſſe ſcio: quãdoquidem malorum magiſtrorum, malæ doctrinæ ſunt, vel potiùs malorum ſeminum malæ ſegetes. Nec toros altos figamus, ventri delitias ſternentes. Nec fragrantia vina, coquorum lenocinia, ingentis ſumptus vnguenta, in pretio habeamus. Nec terra & mare pretioſum nobis ſtercus dono afferant, (hoc enim honore delitias officere ſoleo.) Nec alius alium intemperantia ſuperare contendamus. Mihi enim intemperantia eſt, quidquid ſuperfluum eſt, vſuſq; neceſſarios excedit: idq; eſurientibus aliis, atq; inopia laborantibus, iis inquam qui ex eodem luto & temperamento conſtãt. Verum hæc Gentilibus ac gentilitiis pompis, feſtiſq; relinquamus: qui etiam iis, quos ſacrificiorum nidor oblectat, Deorum nomẽ tri-

Q buunt, aptèq; proinde diuinum numen ventre colunt, mali vtiq; malorum dæmonum & fictores, & ſacerdotes, & cultores. At nos, à quibus Verbum adoratur, ſi quid deliciis dandum eſt, in ſermone

deliciemur, atq; in lege diuina, & narrationibus, cùm aliis, tum iis præsertim, quę præsenti festo consentaneæ sunt. Ita enim aptè, minimeq; ab eo, à quo cōuocati sumus, alienæ deliciæ nostræ fuerint. Hęc ille. Sequitur secunda nota filiorū Dei apud Euangelistam: *His qui credunt in nomine eius.* Notat Caietanus hoc loco, non dicere Euangelistam, qui crediderunt, sed qui credunt: quia nimirum non sufficit Christiano fides in habitu, sed in actu & operatione: monente idipsum Apostolo: *Nunc propior est nostra salus, quàm cùm credidimus.* Et Princeps Apostolorum: *Magis,* inquit, *satagite, vt per bona opera certam faciatis vocationem, & electionem vestram.* Ecce impie hæretice Fideista, tuæ fiduciæ vanitas: Ecce rursus peruerse & delicate Christiane, tuæ negligentiæ vel hypocrisis prauitas. Hæreticis enim, ex sententia Principis Apostolorum, *melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quā post agnitionem retro conuerti:* quibus contigit illud veri prouerbij: *Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota ad volutabrum luti.* Christianis autem, bene quidem credentibus, sed mala perpetrantibus, quadrat quod ibidem additur: *A quo quis superatus est, eius & seruus est.* Tertia nota: R *Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Quibus verbis communiter secundum Doctores excluditur generatio carnalis. Vir enim, maritum: caro fœminam: sanguis carnalem coniunctionem, exprimunt, idq; per quandam emphasim, & quasi anthitesim ad regenerationem diuinam: qua nimirum post baptismum, *non tam sibi viuit, quàm in eo viuit & operatur Christus.* Simulq; vetus homo, mortuus & sepultus est: nouus homo autem cū actibus suis in Christo regeneratus. Ideo Apostolus Christianos carni abdicatos, vocat *hospites & peregrinos:* quo ad spiritualia autem, *ciues & domesticos Dei.* Possumus etiam hæc verba eo sensu accipere, vt per sanguines intelligamus ipsas hominis concupiscentias: per carnem autem & virum, reliqua vincula sæcularis conuersationis, quæ nos à Deo retrahunt. Manent autem soli veri filij, qui vt præmissum est, ex Deo nati sunt: quia filius debet vtique assimilari patri. Igitur quemadmodum *qui secundum carnem ambulant, Deo placere non possunt:* Sic *qui Spiritu Dei aguntur ipsi sunt filij Dei.* Sed reliquum est, vt incarnationis Dominicæ tanta mysteria & beneficia, quæ hucusque pro nostra tenuitate pertractauimus, deuota veluti recapitulatione, & gratiarumactione, cum B. Augustino sic cōcludamus. S O immensa pietas, ô inæstimabilis charitas: vt liberares seruum, filium tradidisti: Deus factus est homo, vt perditus homo de potestate dæmonum erueretur. Quàm benignissimus amator hominum filius tuus De-

Filiatio Dei in habitu sine actu non est vera.

Rom: 13. ℣ 12.

2. Petr: 1. ℣ 10.

Catholici male viuentes, & hæretici insup male credentes beneficio incarnationis excidunt.

2. Petr: 2. ℣ 21. 19

Regeneratio spiritualis quomodo excludit carnē & sanguinē.

Galat: 2. ℣ 20.
Rom: 13. ℣ 14.
Ephes: 4. ℣ 27.
Colos: 3. ℣ 6.
Ephes: 2. ℣ 19.

Rom: 8. ℣ 4. & 14.

Sūmaria meditatio incarnationis Christi cum gratiarū actiōe.

Aug: lib: medit: cap: 15. &c.

tuus Deus noster, cuius piis visceribus non satis visum est vt se in-
clinaret factus homo de vera virgine Maria, nisi etiam subiret cru-
cis supplicium effuso sanguine, propter nos & propter nostram sa-
lutem. Venit pius Deus, venit pro pietate & bonitate sua, venit quærere & saluum facere quod perierat. Quæsiuit ouem perditam, quæsiuit & inuenit, & humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius Dominus, & verè multum pius pastor. O charitas, ô pietas, quis audiuit talia? quis super tanta misericordiæ viscera non obstupescat. Quis non miretur, quis non collætetur propter nimiam charitatem tuam qua nos dilexisti? Misisti *filium tuum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum, vt nos efficeremur iustitia tua in ipso. Ipse enim est verè agnus immaculatus, qui abstulit peccata mundi:* qui mortem no-
T stram moriēdo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Sed quid tibi tribuere possumus Deus noster, pro tantis beneficiis misericordiæ tuæ? Quas laudes, quasué gratiarumactiones? Etiamsi illa beatorum Angelorum scientia, & potentia nobis foret, nihil tamē dignum tantæ pietati & bonitati tuæ recompensare valeremus. Si certè omnia membra nostra verterentur in linguas, ad rependendum tibi debitas laudes, nequaquam sufficeret exiguitas nostra. Supereminet enim omnem sciētiam tua ineffabilis charitas, quam ostendisti nobis indignis, pro sola bonitate & pietate tua. Filius namq; tuus Deus noster, *non Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit:* assimilatus nobis per omnia, absq; peccato. Humanam itaq; non angelicam suscipiens naturam, & eam stola sanctæ resurrectionis, & immortalitatis glorificans, vexit super omnes cœlos, super omnes choros Angelorum, super Cherubin & Seraphin, collocans ad dexteram tuam. Hanc autem laudant Angeli, adorant dominationes, & omnes virtutes cœli tremunt super se hominem Deum. Hæc nempe mihi est tota spes omnisq; fiducia. Est enim in ipso Iesu Christo
V Domino nostro vniuscuiusq; nostrum portio, caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosum me esse cognosco. Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio: quamuis peccator sim, de hac cōmunione gratiæ non diffido. Et si peccata mea prohibent, substantia mea requirit. Et si delicta mea me excludūt, naturæ communio nō repellit. Non enim tam immitis est Deus, vt obliuiscatur hominis, & non meminerit ipsius quem ipse gestat, & mei causa suscepit, eius quem mei causa requirit. Mitis verò & valde benignus est Dominus Deus noster, & diligit carnem suam, membra sua & viscera sua,

Lucæ 15. ℣ 4.

Rom: 8. ℣ 3. 4.

Homo ad reddendas pro beneficiis Dei grātias insufficiēs.

Hebr: 2. ℣ 16.

Humanitas supra Angelos euecta, peccatorib⁹ fiduciam affert.

in ipſo Deo, & Domino noſtro Ieſu Chriſto dulciſsimo, benigniſsi-
mo atq; clementiſsimo: in quo reſurreximus, & iam cœlos aſcen-
dimus, & iam in cœleſtibus cõſedimus. Caro noſtra nos diligit: ha-
bemus autem ſanguinis noſtri prærogatiuam in illo. Sumus autem
membra eius & caro eius, ipſe deniq; eſt caput noſtrum, ex quo to-
Gene: 2. ℣ 13. tum corpus, ſicut ſcriptum eſt: *Os ex oßibus meis, & caro de carne mea.* X
Epheſ: 5. ℣ 29. & : *erunt duo in carne vna.* & : *Nemo vnquam carnem ſuam odio habet, ſed fouet &*
diligit eam. Myſterium hoc magnum eſt, ego dico, in Chriſto & Eccleſia, ait Apo-
ſtolus. Gratias itaq; ago tibi labiis & corde, & omni qua valeo vir-
tute, infinitæ miſericordię tuæ Domine Deus noſter, pro omnibus
miſerationibus tuis, quibus miſerabiliter nobis perditis ſubuenire
dignatus es, per eundem filium tuum, ſaluatorem & recuperatorẽ
Rom: 4. ℣ 25. noſtrum, *qui mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificati-*
Rom: 8. ℣ 34. *onem noſtram*: & nunc viuens ſine fine *ſedet ad dextram tuam, & interpellat*
Hebr: 7. ℣ 25. *pro nobis,* & ſimul tecum miſeretur, quia Deus eſt ex te Patre, coæter-
Matth: 28. ℣ 18. nus & conſubſtantialis tibi per omnia, vnde poteſt in perpetuum
Philip: 2. ℣ 10. nos ſaluare: ſed ſecundum id quod homo eſt, ex qua parte minor
te eſt, *Data eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in terra, vt in nomine IESV omne genu*
flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Do-
minus noſter IESVS Chriſtus, in gloria eſt tua Deus Pater omnipotens. Ipſe
Ioan: 5. ℣ 22. *quidem conſtitutus eſt à te iudex viuorum & mortuorum: tu verò non iudicas quen-*
Coloſ: 2. ℣ 3. *quam, ſed omne iudicium tuum dediſti filio tuo; in cuius pectore reconditi ſunt omnes*
Hiere: 29. ℣ 24. *theſauri ſapientiæ & ſcientiæ.* Ipſe autem teſtis & iudex eſt: iudex & te- Y
Hebr: 4. ℣ 13. ſtis, quem nulla peccatrix conſcientia effugere poterit: *Omnia enim*
Pſal: 95. ℣ 13. *nuda & aperta ſunt oculis eius.* Ipſe ſanè qui iniuſtè iudicatus eſt, *iudicabit*
orbem terræ in æquitate, & populos in iuſtitia. Benedico ergo nomen ſanctũ
tuum in æternum, & glorifico ex toto corde meo, omnipotens &
miſericors Domine, pro inenarrabili & mirabili coniunctione di-
uinitatis & humanitatis in vnitate perſonæ, vt non alter Deus, al-
Ioan: 1. ℣ 14. ter homo eſſet, ſed vnus idemq; Deus & homo, homo & Deus. Sed
licet mirabili dignatione Verbum caro factum ſit, neutra tamen
ex duabus naturis in aliam mutata eſt ſubſtantiam. Trinitatis my-
ſterio quarta non eſt addita perſona, vnita quippe eſt, non confuſa
Verbi Dei hominiſq; ſubſtantia: vt in Deum, quod ex nobis ſuſceptũ
fuerat, perueniret, & illud quod nunquã fuerat, idem quod ſemper
fuerat permaneret. O admirabile myſterium; ô inenarrabile com-
mertium; ô mira ſemperq; amanda diuinæ propitiationis benigni-
Rom: 8. ℣ 17. tas: Serui digni non fuimus, & ecce *filij Dei facti ſumus: hæredes quidẽ Dei,*
cohæredes autem Chriſti. Vnde hoc nobis, & quis nos ad hoc perduxit?

Sed rogo

Z Sed rogo te clementiſsime Pater Deus, per hanc ineffabilem pieta-
tem, bonitatem, & charitatem tuam, vt dignos nos facias multis &
magnis promiſsionibus eiuſdem filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Manda virtuti tuæ, & confirma hoc quod operatus es in nobis: perfice quod cœ- Pſal: 67. ℣ 29.
piſti, vt ad plenam pietatis tuæ gratiam mereamur peruenire. Fac
nos per Spiritum ſanctum intelligere & mereri, & debito ſemper
honore venerari hoc *magnum pietatis myſterium, quod manifeſtatum eſt in* 1. Tim: 3. ℣ 16.
carne, iuſtificatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum
eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Hucuſq; Auguſtinus. Ad quam glori-
am, ipſe nobis natus, & nobis datus, nos quoq; mortificatos carne
viuificatos autem & iuſtificatos Spiritu, poſt conſeruatam prędica-
tionis ſuæ fidem, aſſociatos ſuis Angelis, ex ænigmate huius ſæculi
in veram lucem poſt ſe perpetuò regnaturos aſſumat. Qui cũ Deo
Patre, & cõmuni viuifico Spiritu, regnat in ſæcula ſæculorũ. Amen.

In feſto Natiuitatis CHRISTI,

SERMO DVODECIMVS.

De regeneratione ſpirituali.

Super verba Apoſtoli. Epheſ: 4.

A *RENouamini ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo; quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini & nolite peccare: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceßitatem patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis, bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, &*
B *ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.* Hæc doctrina Apoſtoli verè aurea, deberet vobis, ô Chriſtiani, veluti cœleſte aliquod ſpeculum ante oculos aſsiduè obuerſari, vt ſecundum illam, ſtatum veſtrum, & ſpiritualem iſtam de qua locuti ſumus regeneratione, diſpiciatis, & ſubinde corrigatis.

Miro

Miro ſiquidem cœleſtis doctrinæ artificio, Apoſtolus totius hominis perfectam reparationem iſtis verbis breuibus complexus eſt.

Ad pietatē Chriſtianam quatuor maximè neceſſaria ab Apoſtolo hîc præſcripta.

Quatuor enim maximè neceſſaria ad veram pietatem hîc traduntur. Primum eſt, ſtudium & cura in conſeruatione regenerationis ſpiritualis, in Baptiſmo perceptæ. Deinde, iſtam regenerationem debere ſubſequi actus ſpirituales, primò quidem in vitandis peccatis, quæ adhærent animæ, deinde etiam in iis quæ ſe extendunt ad corpus. Tertiò, eandem reformationem Apoſtolus oſtendit, in tribus animę præcipuis potentiis: primò quidem in Rationali, deinde C
in Iraſcibili, poſtmodum in Concupiſcibili. Quartò, eiuſmodi actus in ſeipſo reformatos, etiam ad proximum docet extendere; ſingulorum autem, proprias apponit rationes. Quorum ſingula explicemus.

Baptiſmi votū maximè Chriſtianis curæ eſſe debet.

Quando igitur dicit Apoſtolus: *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, &c.* inculcat Chriſtianis profeſsionem in Baptiſmo ſuſceptam: vt ſicut per Spiritum ſanctum acceperunt internam renouationem
Ioan: 3. ℣ 5. veteris Adæ in nouum hominem: ſic in actibus ſuis eandem pro-
Rom: 6. ℣ 6. feſsionem exhibeant: vtq; acceptam poteſtatem filiationis Dei, in
Ephe: 4. ℣ 22. ſeipſis perficiant, per exercitia & augmenta virtutum, præſertim
Coloſ: 3. ℣ 6. iuſtitiæ erga proximum, ſanctitatis erga Deum, & veritatis erga ſe-
ipſos. Incipit igitur à veritate vltimo loco poſita, qua primò qui- D
dem homo ſeipſum recognoſcere debet, vt quod foris apparet, intus inueniatur: deinde vt eandem ſynceritatem erga proximum quoq; exhibeat: Primò igitur excludit mendacium, tanquam pro-

Veritas ſectanda, excluſo omni mendacio.

Ioan: 8. ℣ 44. prium peccatum Diaboli. *Ipſe enim* Ioan: 8. *ab initio erat mendax menda-*
Gene: 3. ℣ 5. *ciiq; pater,* quando dicebat Gene: 3. *Nequaquam moriemini*: & idem vi-
Pſal: 140. ℣ 4. rus in homines effundit, vt & ipſi delictum palliarent, *faciendo excuſationes in peccatis.* Quod vitium adeò corruptam naturam inuaſit, vt
Pſal: 115. ℣ 2. *Dauid in exceſſu* quaſi iſtius innatæ corruptellæ dixerit: *Omnis homo mēdax.* Hoc igitur vitio depoſito, & quaſi cum vetere homine expoliato, iubet Apoſtolus *loqui veritatem cum proximo ſuo*: eò quòd mendacium præſertim pernitioſum, maximè proximum afficiat. Cauſam autem ſubinfert: *Quia ſumus inuicem membra.* Methaphora ſumpta eſt E
à corpore humano. Sicut enim corpus, accipiendo à capite & vitalibus membris vigorem, eundem ſibi fideliter & æqualiter per ſingula membra communicat, alioqui diſſolutio vel detrimentum totius corporis ſequeretur: Ad eundem modum de membris ſpiri-
1. Cor: 12. ℣ 12. tualibus ſub Chriſto capite intelligendum idem Apoſtolus alibi eti-
Ephe: 4. ℣ 16. am oſtendit. O doctrinam peruerſo noſtro huic ſæculo neceſſari-
Pſal: 11. ℣ 1. am. Vbi verè dici poteſt illud Pſal: 11. *Saluum me fac Deus, quoniam defecit ſanctus,*

cit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Vana locutus eſt vnusquiſq; ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt. Secundò corrigit Apoſtolus in renato homine vim Iraſcibilem. Cuius præ-

Ira homini Chriſtiano quomodo frænanda.

F cipuus affectus eſt ira, quam non vult Apoſtolus ex natura penitus tollere, ſed ordinare: vt homo vtatur quidem ira & zelo bono, ſed vel pro iniuria Dei, vel contra propria peccata per pœnitentiam, vel contra aliena per correctionem. Porrò iram quæ eſt affectus vindictæ erga proximum, docet Apoſtolus ſtatim refrænare, ne in opus reducatur, vel corde ad odium fraternum foueatur. Quod
clarius expreſsit Dauid Pſal: 4. *Iraſcimini & nolite peccare, quæ dicitis in* Pſal: 4. ℣ 5.
cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Quibus verbis excluditur ira deliberata, per rancorem in corde compreſſum, tendens in
odium fraternum: quod maximè animam offendit iuxta illud: *Qui* Ioan: 3. ℣ 14.
odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et alibi: *Homo homini ſeruat iram, & quærit* Eccli 28. ℣ 3.
à Deo medelam? Talem igitur moram iræ præcludens Apoſtolus addit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Quod primùm ſecundum

Sol nō occidat ſuper iracundiā quomodo.

G externam literam, de ſole materiali accipi poteſt: quaſi prohibeat Apoſtolus, iram ad ſequentem diem quæ à veſpera inchoatur, protrahere. Deinde ſol hoc loco potiùs deſignat lumen intellectus, ſeu dictamen rationis, maximè vero illuſtratum lege Euangelica,
quę, iuxta doctrinam ipſius Saluatoris, prohibet omnem motum irę Matth: 5. ℣ 23.
tàm in corde, quàm in geſtu, vel in lingua, & opere ipſo. Addit deinde Apoſtolus rationem: *Nolite locum dare Diabolo.* Sicut enim De-
us locum habet in homine per charitatem, iuxta illud Ioan: 4. *De-* Ioan: 4. ℣ 16.
us charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: ſic è conuerſò Diabolus in homine locum acquirit, per iram & odium, vt te-
ſtatur Salomon: *Inuidia Diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Imitantur* Sap: 2. ℣ 24.
autem illum, qui ſunt ex parte eius Et in Apocalypſi: *Væ terræ: quia Diabolus* Apoc: 12. ℣ 12.
H *deſcendit ad vos, habens iram magnam.* Sic in Iudam, Magdalenæ ob pieta- Ioan: 13. ℣ 27.
tem indignantem, cùm offa ſalutari, dicitur Diabolus fuiſſe ingreſſus. Species autem ſiue gradus iræ, enumerat paulò poſt Apoſtolus dicens: *Omnis autem amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia, tollatur à nobis.* Tertiò Apoſtolus corrigit in homine vim Concupiſcibilem: cuius præcipuum actum ponit furtum: quod etiam in Decalogo præcipuum in concupiſcentia proponitur. *Qui ergo furabatur,* id eſt, adhuc in incredulitate (neq; enim lex Chriſti vitia tolerat)

Furtum, notiſsimus concupiſcētiæ effectus ſingulariter prohibetur.

iam non furetur: & ſic ſecundum Pſalmiſtam, *iubet declinare à malo, & fa-* Pſal: 33. ℣ 15.
cere bonum: & iuxta Iſaiam, *deſinere peruerſe agere, & incipere bene facere.* Ac- Iſaiæ 1. ℣ 17.
quiſitioni autem per furtum illicitæ & probroſæ, opponit & commendat

mendat acquiſitionem iuſtam & honeſtam, per laborem. Siquidē
Iob 5. ✝ 6. Iob 5. *Homo ad laborem dicitur eſſe natus.* Quamuis enim in loco volupta- I
Gene: 2. & 3. tis initio conſtitutus fuiſſet, non alia tamen lege, quàm *vt operaretur*
& cuſtodiret illum. Sed quando Sathanæ fraudibus in furtum fructus
vetiti prolapſus eſt, expellitur ad laborem ærumnoſum, vt *ex ſudore*
vultus veſcatur pane ſuo. Laboris autem triplex poteſt eſſe intentio. Pri-
ma ad conſeruationem ſanitatis per exercitium. Secunda propter
deuitandum otium: Vltimò propter victum acquirendum, & ſu-
perflua pauperibus errogandum. Quæ doctrina diligentiſsimè eſ-
ſet incutienda noſtræ occidentali nationi, quæ ſicut cœlo, ſic ani-
mo & corpore frigidiuſcula, ad laborem tepet, ad rapinam autem
vel vſurpationem alienorum, propenſior eſt. Tantò ergo magis de-
bet habere laborem commendatum. Primò quidem ratione ſani-
tatis. In hac enim noſtra aëris temperie, & victus commoditate, K
diæta & labore ſeu exercitio, faciliùs homines, quàm tot confuſis
pharmacis, valetudinem plenitudine paſsim offenſam, & conſerua-
re, & recuperare poſſent. Deinde ſi qua gens, noſtra profectò eſt,
quæ otio diffluit. Paucùlos enim inuenies agricolas & opifices, qui
labore ſatis interdum ſegniter, victum & vitæ neceſſaria ſibi mini-
ſtrant, reliqui autem tali ſudorifero pauperum labore luxuriantur:
& deinceps otio & luxuria in maiora flagitia feruntur. Et ſic talis
Ezech: 16. ✝ 49 populus efficitur *ſoror Sodomæ, cuius iniquitas erat ſuperbia, ſaturitas panis, &*
abundantia, & otium ipſius, & filiorum eius: & quòd manum egeno & pauperi non
porrigebant. Tertia intentio laboris manuum eſt, acquiſitio victus & L
neceſſariorum: quam Apoſtolus perfectiorem reddit, ſi ex proprio
labore, quis ſeipſum & egenos ſuſtentet: Vt idem de ſeipſo alibi
Act: 20. ✝ 35. dat exemplum. Videant ergo qualem pietatem exerceant, qui *frau-*
Iacob: 5. ✝ 4. *dato meſſorum ſuorum labore,* ditiores pauperes ſuſtentant, & expoliato
egeno colono, templa pretioſè, magis quandoq; ad faſtum, quàm
Luxus laborem excedens, notatur, prçſertim in artificibus mechanicis.
ad deuotionem expoliunt. Iam verò artifices, apud nos & pauci
ſunt, & ignari, ac negligentes. Pauci quidem; quia ferè ad otium
procliues, vt dixi, non laborant, niſi maxima neceſsitate vel defe-
ctu adigantur. Et inter eos, minùs, vel magis adulti, laborem non
attingunt, ſed fruges conſumere nati: cùm tamen illi docilitate, iſti
experientia, ſatis ſint ad opera idonei: Quod in vicinis populis cō-
ſpicimus, vbi nullus ſtatus & ætas, ſine aliquo opere toleratur; vnde
& opes augentur, & vitia minuuntur. Deinde plerūq; noſtri artifices M
in arte deficiunt, quam nec ipſi rectè didicerunt, & perfectiores ex-
ternos artifices, propter inuidiam, à ſuis contuberniis (ad meliora
vtiq;

vtiq; ſibi conceſsis) excludunt. Tertiò dixi eſſe plerunq; ſegnes, &
negligentes. Multi enim, ſecundum Prophetam, *laborauerunt vt ma-* Ierem: 9. ✝ 5.
lè agerent: Pleriq; enim vix aliquando ſobrij, merces & operas ſuas,
qualitercunq; exactas, nimio & iniquo pretio indigentibus obtru-
dunt: & mox illo abligurito, nō niſi exhauſta crumena, ad opus re-
uertūtur. Præſertim autem dies quoſq; religioſiſsimos, ad eiuſmodi Feſta in luxuriam conuerſa.
luxum, tam incōmunitatibus Sodalitatum ſuarū, quàm in priuatis
comeſſationibus, potiſsimùm deputant. Vt Sathanæ non ſatis fue-
rit, eiuſmodi feſta, ſua deuotione ſpoliare, niſi ea etiam tantis faci-
N noribus polluiſſet. Addit etiam Apoſtolus, *operanda eſſe quæ bona ſunt.*
Non ſolum igitur non merentur, ſed peccant grauiſsimè, qui exer-
cent artes, vel omnino prohibitas, vel turpes, vel quæ luxum qua-
lemcunq; promouent. Et qui talia adinueniunt, vel proſtituunt,
peccatorum alienorum perpetuò participes euadunt. Porrò ad Vitiis linguç ſilentiū indicitur.
vtramq; vim & iraſcibilem, & concupiſcibilem, pertinent vitia lin-
guæ, quç Apoſtolus denuò prohibet dicens: *Omnis ſermo malus non pro-*
cedat de ore veſtro, ſed ſi quis, bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audien-
tibus. Vbi optimo ordine tria docentur. Primò prohibetur mala
locutio: Secundò commendatur ſilentium, quando additur (*Sed ſi*
quis.) Tertiò conceditur ſermo bonus, ad fidei & morum ædificati-
onem. Sicut etiam ſcribit B. Petrus: *Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei.* 1. Petr: 4. ✝ 11.
Poſtremò addit: *Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis,* Mali Chriſtiani quomodo contriſtant Spiritū ſanctum.
O *in die redemptionis.* Qui enim baptiſati ſunt, Diabolo per exorciſmos
fidei excluſo, acceperunt Spiritum adoptionis in ſe inhabitantem.
Sicut igitur teſte eodem Apoſtolo, iſte *Spiritus ſanctus inhabitans fideles,* Rom; 8. ✝ 26.
poſtulat pro illis gemitibus inenarrabilibus, ea quæ eorum ſalutis ſunt: hoc
eſt, ingerit hominibus deſiderium ad talia poſtulanda. Sic è conuer-
ſò, quando ſedes eius inquinatur peruerſis cogitationibus, impuris
ſermonibus, & illicitis operibus, dicitur Spiritus ſanctus methapho-
ricè contriſtari; quaſi ignominia affectus, eiuratum ſemel Satha-
nam, denuò ad templum ſanctum ſuum admitti. Sicut & *Sap: 1.* dici- Sap: 1. ✝ 5.
tur: *Spiritus diſciplinæ ſanctus effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt*
P *ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate.* Caueamus ergo Chri- Cœcitas triplex Chriſtianis vitanda.
ſtiani, cœcitatem quidem infidelium, qui Chriſtum venientem co-
gnoſcere in Eccleſia Catholica nolunt: duritiem autem & obſtina-
tionem Iudæorum, qui clariſsimè eundem Meſsiam ſeſe exhiben-
tem, non receperunt. Deniq; fugiamus plurimorum ex Catholi-
cis ingratitudinem, qui hodierna memoria recolētes, *virum pauperem* Eccli 9. ✝ 14.
& ſapientem, hoc eſt, Chriſtum in diuinitate & humanitate exinanitū,
æternam

æternam inquam, Dei ſapientiam in carne veniſſe, *& paruam ciuitatem huius ſæculi, paucoſq́; in ea viros*, ex grauiſsma Sathanæ obſidione liberaſſe: Tamen vix aliqui ſunt, qui ita vt par eſſet, *recordarentur eiuſdem* ſui redemptoris. O homines ſtupidos, & infœlices. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui*, adhuc in cunabulis iacentis: populus autem tanta filiatione Dei inſignitus, non conſiderat maieſtatem eiuſdem in cœlo iam triumphantis. Præclarè ad hoc propoſitum Chryſologus: Quæ, inquit, mandat Deus, exequitur Angelus, implet Spiritus, efficit virtus, Virgo credit, natura ſuſcipit, cœli narrant, annuntiat firmamentum, oſtendunt ſtellæ, Magi prædicant, Paſtores adorant, pecora cognoſcunt, atteſtante Propheta: *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.* Tu homo, ſi non mox cum Angelis, agnoſce vel tardiſsimè cum iumentis: ne dum moraris, ipſis iumentis, quibus ante comparatus fueras, poſtponaris. Ecce iumenta adulantur caudis, blandiuntur auribus, linguis lambunt, & motu quo poſſunt authorem ſuum fatentur contra naturam, in tuam veniſſe naturam: & tu cum Iudæis discutis, carpis, qui excluſerunt à diuerſoriis Dominum ſuum, quem iumenta in ſuis præſepibus ſuſceperunt. Hæc Chryſologus. Tale genus hominum beſtiale potius quàm rationale, iam olim notârunt viri ſancti, quòd præter formam nihil habentes humani, vẽtrem tantum, & quæ ſub ventre ſunt, curant: quibus ſecundum M. Varronem, perinde atq; ſuibus, anima data eſt pro ſale, ne videlicet corpore ad exigendas voluptates putreſcant. Diuerſam prorſus rationem Chriſtianorum oſtendit idẽ Chryſologus. Fuerit (inquit ille) neceſsitas, quòd de terra concreti, cœleſtia aſpirare nequiuimus: quòd de concupiſcentia nati, concupiſcentiam non valuimus euitare: quòd illecebris dominantibus acquiſiti, coacti ſumus illecebrarum turpitudinem ſuſtinere: quòd ſæculi huius habitaculo recepti, captiui fuimus malis: ad inſtar noſtri Domini, ſicut diximus, iam renati, quos vtiq; concepit virgo, viuificauit Spiritus, portauit pudor, genuit integritas, nutriuit innocentia, edocuit ſanctitas, virtus exercuit, Deus adoptauit in filios, imaginem totam, totâ ſimilitudine, noſtri portemus auctoris: non maieſtate qua ſolus eſt, ſed innocentia, ſimplicitate, manſuetudine, patientia, humilitate, miſericordia, concordia, qua dignatus eſt nobis fieri & eſſe communis. Ceſſet vitiorum pruritus peſtifer, delictorum lethalia blandimenta vincantur, execrandus furor, criminum comprimatur origo, diſcutiatur à ſenſibus caligo tota pompæ ſęcularis, abiiciatur à mentibus mundanæ cupiditatis illuſio: appetatur paupertas Chriſti, quæ diuitias in cœleſtibus poſsidet ſempiternas: tota ſanctitas animæ cuſtodiatur & corporis, vt non magnitudine, ſed actu, imago creatoris noſtri portetur, & clareſcat in nobis. Affirmat quod diximus, Apoſtolus, cùm dicit: *Hoc autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei poßidere non poſſunt.* Ecce quomodo carnis reſurrectio prædicatur, quia ibi caro poſsidebitur à Spiritu, non caro Spiritum poſsidebit, ſicut ex ſequentibus eluceſcit. *Neq; corruptio incorruptionem poßidebit.* Vides quia non caro deperit, ſed corruptio: non homo, ſed culpa: non perſona, ſed crimen: vt homo in Deo, & coram Deo viuens, finem ſe delictorum tandem gaudeat conſecutum. Hactenus Chryſologus. Eiuſmodi regenerationis profeſsionem, ab antiquioribus Chriſtianis arctè ſeruatam, ſic poſt alios ritus deſcribit Epiphanius: cuius verbis hunc ſermonem, & ipſum tractatum finiemus. Eccleſia Catholica (inquit ille) abſtinet ſe à societate omnium hæreſeon. Reprobat omnes ſcortationes, & adulteria, & petulantiam atq; idololatriam, & cædem, & omnem iniquitatem, & Magiam, & veneficium, aſtronomiam, vaticinationes, tremorum obſeruationes, incantationes, amuleta quæ appenduntur aut alligantur, & phylacteria quoq; appellantur: prohibet theatra & ludos equeſtres, & venationem, muſicos item, & omnem maledicentiam ac detractionem: & omnem pugnam & blaſphemiam, iniuſtitiamq́; ac auaritiam, & vſuram. Negociatores non recipit, ſed inferiores omnibus dicit. Oblationes accipit à nõ iniuſtis, neq; iniquè agentibus, ſed à iuſtè viuentibus. Preces autem aſsiduè imperat, cum omni ſedulitate ac prolixitate, & geniculatione, in ordinatis diebus, noctu atq; interdiu, ad Deum effundere. In quibuſdam autem locis, etiam in Sabbatis communiones faciunt, non vbique autem, ſed apud Acremonas. Seruatur ac cauetur, vt ne quis omnino iuret, neq; conuicietur, neque deteſtetur, ex præcepto ipſius Saluatoris, & vt neque quis mentiatur, quantum eius fieri poteſt. Pleriq; verò vendunt bona ſua ac poſſeſsiones, & dant pauperibus. Hic eſt character & forma huius ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ, cum ea quam antea declarauimus, fide, & hæc ſtatuta rituſq́; ac traditiones in ipſa habentur. Hic enim eſt character Eccleſiæ, à lege & Prophetis, Apoſtoliſq́; ac Euangeliſtis collectus, velut ex multis odoriferis virgultis ac medicamentis antidotus bona, ad ſalutem vtentium præparata, ex voluntate Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Hi ſunt characteres reuerendæ ac caſtæ huius ſponſæ Chriſti. Hæc

Marginal notes (p. 152): Si non Angeli vel homines, iumenta ad excipiendũ Chriſtum natum imitãda. — Iſaiæ 1. ✠ 3. — Chryſol: ſer: 141 de incarnatiõe. — Iudæi & Pſeudochriſtiani iumentis deteriores. — Clemens Alex: orat: cõ Gentil. Baſil: ſuper Iſai. Hier: ſup Iſa: 50. & in Ezech: 9. Gre: Naz: ſer: 16. M. Varro. — Chriſtianorum carne & ſpiritu generatio diuerſa. — Chryſol; ſerm: 117. — Linia vitę Chriſtianę exquiſita per mortificationem.

Section letters in margin: Q, R, S, T (p. 152); V (p. 153).

Marginal notes (p. 153): Chriſtianorũ verè ex Chriſto regeneratorum antiqua forma. — Epiph: in fine epitomes doctrinę Catholicæ.

est dos & testamentum hæreditatis, & voluntas sponsi ipsius, & cœlestis IESV Christi Domini nostri: per quem & cum quo, gloria Patri, honor & imperiũ, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorũ. Amen.

In festo Circumcisionis Domini,

SERMO DECIMVSTERTIVS.

De Circumcisione Legali, & anni Christianorum auspicio.

Postquam impleti sunt dies octo, vt circumcideretur puer. Luc: 2.

Pactum triplex cum Abrahamo filius Dei incarnatus adimplet.



Hristus recens natus, voluit sese mox recognoscere filium Abrahæ, à quo secundum carnem genus duceret: vt pacta cum illo ab initio inita, in veritatem & opus ipsum adduceret. Triplex autem pactum Dei cum Abrahamo fuisse legimus. Primum quidem, quando *Gene: : 12.* iubetur egredi de terra & cognatione sua, & domo patris sui, & abire in terram quandam incertam, sibiq; minimè cognitam. Hoc pactũ verè in seipso renouauit, & exhibuit filius Abrahæ Christus, quando exinaniuit Deum in hominem, & hominem rursus in seruum, immò etiam in vermem: & exiens à Patre, venit in hunc mundum, quasi colonus, & vir vagus, atq; peregrinus, non habens vbi caput suum reclinaret. Secundum pactum Abraham à Deo receperat, quando *Gene: 15.* per immolationem variorum animalium, accipit prædictionem, sese cum semine suo multas persecutiones experturum, tandem autem ex hostibus vindicatum, in terra promissionis conquieturum. Hoc etiam pactum repræsentauit Christus, quando adhuc infantulus cum animalibus secundum legem Moysis in templo sistitur, & à Simeone acceptatur, tanquam agnus innocens, variè excruciandus, & tandem immolandus: vt per passionem consumatus, vindicatis hostibus, intraret in gloriam suam, & futurus in ruinam & resurrectionẽ multorum, multos quoq; filios ad eandem gloriam secum adduceret. Tertium pactum Dei cum Abraham, & quidem semini eius proprium & peculiare *Gen: 12.* erat, vt incipiendo ab ipsomet Abraham (qui propterea pater Circumcisio-

A · B (section letters in right margin)

Gene: 12. ✝ 1.

Peregrinatio filij Dei in terra, per exinanitionem duplicem.
Plilip: 2. ✝ 5.
Psal: 21. ✝ 5.
Ierem: 14. ✝ 9.
Ioan: 16. ✝ 27.
Lucæ 9. ✝ 38.
Gene: 15. ✝ 9.
Lucæ 2. ✝ 23.
Hebr: 2. ✝ 23.
Lucæ 24. ✝ 26.

Circumcisionis fœdus Christus consumauit.
Gene: 12. ✝ 10.

cumcisionis vocaretur) omnis eius masculina posteritas, in virili membro circumcideretur: nec aliâs in populo Dei & promissionis, censeretur, quin potius periret de populo suo. Idipsum in hodierni festi memoria exhibet Christus, quando ad redemptionem nostram, non satis habet tam profundè humiliari & exinaniri, & in alieno sanguine animalium Deo Patri offerri: nisi etiam tanquam verus sacerdos, incipiat per proprium sanguinem in Sancta Sanctorum intrare, nosq; ex perditione illuc quoq; reducere. Festum igitur hodiernum maximam populo Christiano consolationem afferre debet: cùm sit initium quoddam redemptionis nostræ sanguine Christi partæ. Hodie namq; ex throno cœlesti processit & apparuit nobis, *agnus ille tanquam occisus*, qui secreta redemptionis nostræ à sæculis abscondita, aperiret, nobisq; ad Sancta Sanctorum aditum romphæa infernali præclusum, per sanguinis sui primitias reserare inciperet: vnde meritò cum cœtibus illis cœlestibus, in gaudium, iubilationem, & gratulationem, erumpere debeamus. Vt igitur maiori deuotione & fructu idipsum exequamur: in præsenti sermone primò referemus causas institutæ Circumcisionis, eorumq; mysteria explicabimus. Deinde ostendemus, cur Christus legi nõ subiectus, Circumcisionem subire voluerit. Postremò de noui anni auspicio aliqua documenta Christiana subiiciemus. Quantum ad primũ.

Hebr: 9. ✝ 11.

C

Circũcisio Christi primitiæ redemptionis per sanguinem.

Apocal: 5. ✝ 6.

Argumẽtum & partitio sermonis.

1

Circumcisionis institutæ rationes plures apud Theologos reperiuntur. Nos ad quinq; eas reducemus. Prima quidem erat, vt in genere humano, semen statim post lapsum in paradiso promissum, Diuinum nimirum, à Diabolico, post datam legem, aliqua nota externa discerneretur. Ex qua etiam ratione videtur signum istud fuisse constitutum in eo membro, quod seminis atq; ipsius propagationis humanę proprium est instrumentum. Quam rationem innuebat Moses dicens: *Quando diuidebat altißimus gentes, & quando separabat filios Adam. Pars Domini populus eius, & Iacob funiculus hæreditatis eius.* Ideo notant Ecclesiæ antiquissimi Doctores, multos ab iusto Abel viros Deo placuisse, sed & Enoch in cœlum translatum fuisse, ante institutam Circumcisionem: immò & post illius institutionem, Iob, Abimelech, Melchisedech, & alios non paucos, absq; eius susceptione Deo placuisse. Quinetiam Apostolus deducit, ipsum Abrahamum ante Circumcisionem iustificatum, & amicum Dei appellatũ fuisse, per fidem promissionum: Circumcisionem autem veluti quoddam signaculũ eiusdem fidei, quod populũ fidelem ab infideli distingueret, postmodum accepisse. Hac etiam ratione Deus, præceptũ Circumcisio-

D · E (section letters in left margin)

Causæ legalis circumcisionis.

Prima causa, vt semen & populus Dei à diabolico distingueretur.

Gene: 3. ✝ 15.
Ioan: 8. ✝ 44.
Deut: 32. ✝ 8.
Iustin⁹ dialogo cum Tryph.
Tert: con Iudæ.
Iren: li: 4: ca: 30. & cap: 42.
Epipha: contra Ebionitas.
Rom: 4. ✝ 2. 11.
Theodoret⁹ in hunc locum.

cumcisionis, quamuis vniuersale & saluificum, passus est relaxari
atq; intermitti, quando populus Israeliticus in deserto fuisset soli-
tarius. Quando verò in terra promissionis, gentibus vicinis fuisset
circumseptus, præceptum eiusdem Circumcisionis per Iosue vo-
luit esse renouatum. Iam verò in noua lege, populo vtroq; in vnū
ouile Christi coacto, eiusmodi distinctionis per Circumcisionem, fi-
nem accepit necessitas. Confirmatur hæc ratio, posteriori præce-

Exod: 12. ℣ 45.

pto: quando *Exod*: 12. ad consortium Phase, & comestionis agni Pa-
schalis, non admittebatur alienigena, hoc est, qui ritu populi Dei
non fuisset circumcisus. Simili quoq; exemplo legitur Achior ille,

Iudith 14. ℣ 6.

visa Dei virtute, per Circumcisionem susceptam, ex ritu gentilico,

Secunda causa circumcisionis, pactum inter Deum eiusq; populum.

appositus fuisse populo Dei. Secunda ratio institutæ Circumcisio-
nis erat, vt esset in signum & veluti in arrhabonem, pacti seu fœde- F
ris ac testamenti, quod Deus cum posteritate Abrahæ per propriū
sanguinem erat consummaturus: dicente Domino ad Abraham:

Actor: 7. ℣ 8. Gene: 17. ℣ 10. Aug: lib: 16. de Ciuit. cap: 26.

*Hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos. Circūcidetur ex vobis omne
masculinum: & circumcidetis carnem præputij vestri: vt sit in signum fœderis inter me
& vos.* Et post pauca: *Eritq́*, inquit, *pactum meum in carne vestra, in fœdus æter-
num.* Huius pacti clarissimum exemplum habetur *Exod*: 4. Moyses

Filius Dei p circumcisionem factus sponsus sanguinum, ad parcendum generi humano.

enim missus à Deo ad Pharaonem, vt populum Israeliticū liberaret,
cùm fortasse tergiuersando in hospitio moram traheret, occurrit ei
Angelus, & volebat occidere eum, nisi Sephora vxor Moysis, mox
accepta acutissima petra, præcidisset præputiū filioli sui, vtiq; incir-
cumcisi, & Angelū supplex placasset his verbis: *Sponsus sanguinū tu mihi*

Exod: 4. ℣ 13. Orig: lib: 5. contra Celsum.

es: post quę verba dicitur ibidē dimisisse illū propter circūcisionem.
Indignum enim erat, vt qui populum Dei circumcisum liberaturus
erat, Circumcisionem in proprio filio reprobaret vel negligeret.

Aug: lib: 2. in Exod. quæst: 11. Cyril: Alexand: lib: 4. in Ioan: cap: 51.

In quo textu cùm relatiuū sit ambiguum, vt vel filius, vel ipse Moy- G
ses fuerit ab Angelo occidendus: modò ad propositum nostrum, re-
ctè accipimus de ipso etiam Moyse: vt intelligatur genus humanū,
etiam post tot pacta & promissiones Diuinas, fuisse disperdendum,

Maria Sephoræ comparata.

nisi vera Sephora (id est pulchra, in qua macula non esset) Maria,
Christi Circumcisione, primitias sanguinis, in vnitate personæ, Diui-
nitati quasi desponsati, Deo Patri, ad futuram per sanguinem Dei
propriam redemptionem exhibuisset. Cui sensui correspondet vul-
gata quondam versio, quæ sic sonat: *Stetit sanguis Circumcisionis infantis
mei.* Tale pactum fortasse irritum voluit reddere Diabolus, quando

Exod: 1. ℣ 16.

Exod: 1. per Pharaonem iusserat, quidquid prolis masculinæ natum
esset, illicò ante ipsam Circumcisionem interficere, vel aquis suffo-
care.

Tertia ratio circumcisionis.

care. Tertia ratio Circumcisionis erat: vt esset in remediū peccati

Circumcisio in signo fidei, erat remedium peccati originalis.

originalis: sicut oblationes & sacrificia, erant instituta, ad expiatio-
nem peccati actualis: dicente B. Gregorio: Quod apud nos valet
aqua Baptismi, hoc erat apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel
pro maioribus virtus Sacrificij, vel pro iis qui ex stirpe Abrahę pro-

Greg: super Iob lib: 4. cap: 2.

H dierant, virtus Circumcisionis. Hæc ille. Non quòd (vt suprà dixi-
mus) Circumcisio ipsa haberet vim tollendi peccatum originis:

August: de Ciu: lib: 15. cap: 16. Rom: 4. ℣ 11.

sed quòd erat signaculum quoddam (vt vocat Apostolus) fidei, per
quam credebatur & sperabatur venturus Messias ex semine Abra-
hæ, qui peccatum pretio sanguinis expiaret. Hoc mysterio *Exod*: 4.

Circūcisio cur fiebat cultris lapideis.

& *Iosue* 5. Circumcisio perficiebatur cultris lapideis, vt Christi, qui
petra est, virtus, quæ per fidem est, purgationem peccati, in ipsa
etiam Circumcisione adumbraret. Fiebat etiam in membro gene-

Exod: 4. ℣ 13. Iosue 5. ℣ 2. 1. Cor: 10. ℣ 4. Augu: tract: 30. in Ioan. Anselmus. Rom: 8. ℣ 12.

ratiuo, ambitu circulari, vt videlicet expiationis modus propaga-
tioni culpæ responderet. Nam secundum Anselmum, persona Adę
infecerat naturam: deinde natura infecerat personam: quia nimi-
rum secundum Apostolum Rom: 8. *per primum hominem peccatum in o-
mnes, id est singulos homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Congruum
igitur erat, vt vicissim persona secundi Adæ cœlestis, hoc est Chri-
sti, naturam sic infectam reficeret: quod vtiq; peractum est, redem-
ptione Christi per sanguinem parta, cuius arrham quandam & velu-
I ti arrhabonem, Christus infantulus in proprio corpore per Circum-

Quarta causa. Circumcisio carnalis in baptismum transiit.

cisionem exhibuit. Quarta ratio est, vt sicut obscura lex, in lucem
Euangelicam, sic Circumcisio signaculum fidei, in Baptismum, qui
fidei simul & signum, & res ipsa signata est, transferretur. Quod

Colos: 2. ℣ 11.

expresse attestatur Apostolus sic inquiens: *In Christo circumcisi estis, cir-
cumcisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, in Circumcisione Christi
consepulti ei in Baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, &c.* Hoc

Ioan: 5. ℣ 6. Christ⁹ quomodo venit per aquam & sanguinem.

etiam attestatur S. Ioannes dicens: *Hic est, qui venit per aquam & sangui-
nem, IESVS Christus, non in aqua solùm, sed in aqua & in sanguine.* Circumci-
sio enim præsignabat peccati purgationem, per effusionem sangui-
nis Christi in pretium, Baptismus autem in ablutionem eorundem
peccatorum, per regenerationis lauacrum. Atq; ita sicut Circum-
cisio erat peculiaris nota, & quasi tessera, populo Israelitico: sic Ba-
ptismus populo Christiano, secundum quam, ab infidelibus populis

Quinta causa. Circūcisio carnalis erat typus circumcisionis spiritualis.

K distinctus, Patri, & capiti fidei suæ Christo adunaretur. Quintò: In-
stituta erat Circumcisio carnalis, vt Circūcisionem veram spiritua-
lem adumbraret, & tandem in noua lege exhiberet. Siquidem se-

1. Corin: 10.

cundum Apostolum: *Omnia in figuram contingebant populo illi Israelitico*,

 vt in no-

vt in noua lege, ipſa veritate comprobarentur. Sicut igitur ibidem Apoſtolus dicit, omnes illos Iſraelitas fuiſſe participes Baptiſmi Chriſtianorum in nube, quæ proxima potentia aquam continet: ſic à contrario conſequitur, Chriſtianos futuros quoq; fuiſſe participes modo ſpirituali eorum Circumciſionis, in præputio, non carnis, ſed cordis, & ipſius mentis, vt poſtea ſuo loco dicemus.

Secunda Pars.

Chriſtus nō ex obligatione, ſed myſterio & miniſterio, ſuſcepit Circumciſionem.

Ioan: 6. ℣ 28.
Hebr: 7. ℣ 26.
1. Petr: 2. ℣ 22.
Hebr: 1. ℣ 3.
Ioan: 1. ℣ 29.
Pſal: 68. ℣ 5.
Ephe: 2. ℣ 14.

IAm verò Chriſtum non ſubiectum fuiſſe Circumciſioni legali, patet ex iam dictis cauſis, propter quas fuerat inſtituta. Primò enim, non debebat diſtingui aliquo ſigno create & viſibili, quem Deus Pater ſignauit, & cœlitus conteſtatus eſt: & qui natura ſua eſſet *ſanctus & impollutus, & à peccatoribus ſegregatus.* Eadem ratione, non indigebat aliqua purgatione ſeu expiatione à cul- L
pa, *qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius:* ſed *qui ipſe potiùs peccatorum purgationem faciebat*, vt Deus, & vt homo, & agnus innocens, peccata quę non fecit ſuſtinebat, *& quæ non rapuit pro aliis exoluebat.* Tertiò, non indigebat antiqui fœderis ſeu teſtamenti externa conteſtatione, qui ipſe eſt, ſecundum Apoſtolum, *pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum: & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua: legem mandatorum euacuans, vt duos condat in ſemetipſo in vnum hominem, faciens pacem, & reconcilians ambos in vno corpore, Deo, &c.* Quartò, poterat Dominus in aliis & non in ſeipſo, Circumciſionis myſterium in Baptiſmū commutare, qui innocens & impollutus vtroq; non indigeret, quin potiùs, vt ſicut ſanguine ſuo veteres hoſtias, ſic corpore ſuo aquas Baptiſmi ſanctificaret. Conſequitur ergo, eum voluntariè ſubiiſſe legem, *vt legem non ſolueret, ſed adimpleret, & vt eos qui ſub lege erant redimeret, & in ſpiritualem libertatem reuocaret*: Inſuper etiam, vt ſeſe verè filium Abrahæ conteſtaretur, & ſcandalum Iudaicæ incredulitati quantū in ſe eſt, præcluderet. Vnde ſeptem præcipuas rationes ſpontaneę M
iſtius Circumciſionis colligere poſſumus: Primas autem tres ex eiſdem Apoſtoli verbis: *Miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, & adoptionem filiorum reciperemus.* Primò igitur ſubiit Chriſtus Circumciſionem, vt ſicut ſecundum veram Diuinitatem, exhibuerat ſeſe Circumciſionis miniſtrum, vel potiùs inſtitutorem: ſic ſecundum veram & non fictam (vt quidam hæretici aſſerebant) humanitatis carnem, oſtenderet ſeſe eiuſdem Circumciſionis ſuſceptorem. Deinde, vt qui legem Circumciſionis condidiſſet, veniens in mundū, eam nedum diſſolueret, ſed potiùs adimple-

Chriſt⁹ Circumciſione & Baptiſmo nō ſanctificabatur, ſed ea ſanctificabat.

Matth: 5. ℣ 18.
Galat: 4. ℣ 4.
Greg: Nazi: ora: 39. Panegyr.
Auguſt: ſer: 29. de Tempore.

Rationes ſuſceptę per Chriſtū Circumciſionis

Vide Epiphan: cōn Ebionitas.

1.
Chriſtus Circūciſiōis dator vt Deus, ſuſceptor vt homo verus.

adimpleret, & in perfectionē redigeret. Secundò, ait S. Bernardus: Voluit Chriſtus baptizari & circumcidi, vt ſeſe veteris legis & Euangelij auctorem oſtenderet: Quoniam qui per ſeipſum ait: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c.* Idem ipſe per ſeruum ſuum prius dixerat: *Omnis anima, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, peribit de populo ſuo.* Tertiò, vt adoptionē in filios Dei ſuoſq; cohæredes, quam
N nobis in lege gratię, ex lauacro regenerationis, per fidem exhibiturus erat, prius ſignaculo fidei, per Circumciſionem Abrahæ, eiuſq; fideli ſemini promiſſo, præſignaret, & quodammodo inchoaret. Quartò, vt tanquam verus Meſsias promiſſus, originem ſuam ſecūdum carnem referret, non ſolùm ad Moyſem eiuſq; legem, ſed etiā ad patres fidei antiquiores, à quibus Moſes circumciſionem acceptam, lege etiam ſcripta tradidiſſet. Quintò, ne ſcandali aliquam occaſionem præbuiſſet Iudæis, qui Sabbati violationem in hominis ſanatione calumniātes, magis idipſum obſeruaſſent in defectu Circumciſionis, quæ veluti caput legis, veros ex aliis populis Iſraelitas deſignabat: Qua ratione etiam Dominus quæſtionem de Sabbati violatione, in Circumciſionis obſeruationem detorſiſſe viſus eſt. Sextò, circumciſus eſt Chriſtus, vt contra ſuperbiam, quæ erat peccati initium, humilitatem quæ eſſet ſalutis fundamentum, in ſeipſo edoceret: quando qui legiſlator ipſe & ſupra legem eſt, ceremoniis legalibus, & qui abſq; omni peccato eſt, eius expiationi, ſeip-
O ſum ſubiicit. Deniq; circumciditur Dominus, vt futuræ copioſæ redemptionis ſuæ, archam ſanguinis ſui, Deo Patri exhibeat: (quēadmodum auidus emptor, intimis etiam ſeſe expoliat, vt mercem ſibi optatiſsimam indubia certitudine acquirat) vtq; exinde tanquam ex capite, in nos veluti membra, eiuſmodi redemptionis fructus deriuetur. Perpulchrè S. Bernardus: Non (inquit) iam quærere eſt Chriſtianis, cur voluerit Chriſtus Dominus circūcidi: propter hoc ſiquidem circumciſus eſt, propter quod natus, propter quod paſſus. Nihil horum propter ſe, omnia propter electos. Et alibi: Circumciditur puer, & vocatur IESVS. Quid ſibi vult iſta connexio? Circumciſio nempe magis ſaluandi, quàm Saluatoris eſſe videtur: & Saluatorem circumcidere decet, quàm circumcidi. Sed agnoſce mediatorem Dei & hominum, qui ab ipſo Natiuitatis ſuæ exordio, diuinis humana ſociat, ima ſummis. Et rurſus alio loco: Quid eſt enim Circumciſio, niſi ſuperfluitatis, & peccati indicium?
P In te, Domine Ieſu, quid eſt ſuperfluum, quod circumcidatur? Nonne tu verus Deus es de Deo Patre: homo verus ſine omni peccato, de

2.
Chriſt⁹ ſicut legis vtriuſq; auctor, ſic & adimpletor.

Matth: 5. ℣ 18.
Ioan: 3. ℣ 5.
Gene: 17. ℣ 14.

3.
Circumciſionis ſignaculo, futura adoptio præſignata.

4.
Chriſt⁹ Meſsias ortum ſuum ex patribus, non ex lege, cōteſtatur.

Ioan: 7. ℣ 22.

5.
Chriſtus vitando ſcandalum, circumciditur.

Ioan: 5. ℣ 16.
cap: 9. ℣ 16.

6.
Humilitatē Chriſtus docuit, ſubeundo legem.

7.
Circūciſus Chriſtus, nō ſibi, ſed redemptioni & cōpaſsioni noſtræ.

Bernar: ſer: 2. de Circumciſ.
Idem ſerm: 1.

Bernar: ſerm: 3.

to de virgine matre? Quid facitis circumcidentes eum? Putatis quia super eum posſit cadere illa ſententia: *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, peribit anima ipſius de populo ſuo? Poteſt obliuiſci Pater filij vteri ſui?* Aut non cognoſceret eum, niſi ſignum circumciſionis haberet? Immò verò, ſi quo modo poſſet non cognoſcere *filium, in quo ei bene complacuit*, ex hoc maximè ſigno poterat ignorare eum, inuenta in eo Circumciſione, quam peccatoribus ipſe prouiderat, ob purgationem vtiq; delictorum. Sed quid mirum, ſi caput pro membris accepit curationem, quam tamen in ſeipſo non habuit neceſſariam? Nonne & in membris noſtris, ſæpe pro vnius infirmitate, alteri adhibetur curatio? Dolet caput, & in brachio fit coctura: (cauterium fortaſſe ignitum intelligit) dolent renes, & fit in tibia. Ita hodie pro totius corporis putredine, cauterium quoddam infixum eſt in capite. Deniq; quid mirum, ſi pro nobis dignatus eſt circumcidi, pro quibus dignatus eſt mori? Totus ſiquidẽ mihi datus, & totus in meos vſus expenſus eſt. Hæc omnia Bernardus. Q

Gene: 17. ℣ 14. Iſaiæ 49. ℣ 15. Matth: 17. ℣ 5.

Circũciſio Chriſti, eſt cauteriũ in capite pro membris.

Tertia Pars.

CÆterum ad dignitatem hodierni feſti nõ minùs pertinet, quòd ab eo populus Chriſtianus, anni Solaris exordium auſpicatur. Quemadmodum enim Hebræi, anni eiuſdem initium trahebãt, ab initio menſis Martij, qui fuiſſet creationis vniuerſi exordium: Sic Chriſtiani multò rationabiliùs annum initiantur à die, qua filius Dei poſt carnem ex virgine aſſumptam, deſcriptione Imperiali (vt atteſtatur Iuſtinus martyr) inter filios hominum annumeratus, primitias ſanguinis ſui, ad creationem ſeu redemptionem mundi profudiſſet. Deinde Gentiles, præſertim Romani, exordium anni conſecrabant Iano bifronti Deo fabuloſo, propter ſingularem quãdam, atq; adeò primam ſimulq; extremam, temporum ac rerum prouidentiam. Quod multò rectius accommodari debet Ieſu Chriſto Dei & Mariæ filio, qui in vna perſona Deus & homo, ſimulq; ſapientia æterna exiſtens, eſt rerum omniũ *principium & finis, attingens à fine ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter.* R
Deniq; ſi Antichriſtus tantam ſibi arrogabit poteſtatem, vt *putet ſe poſſe mutare tempora, & leges temporum*: Multò magis id cõueniebat Chriſto Meſsiæ, eidemq; vero Deo, qui propria potentia, veluti omnium creator, *mutat tempora & ætates*: Ideoq; inſtitutum ſeu computatio anni, quæ antehac Iulio Cæſari, tanquam orbis primo Romano Monarchæ tribuebatur, cederet Chriſto *Regi regum & Domino dominantium*:

Anni auſpicium Chriſtiãis, à Chriſto cur nõ à Iano vel Cæſare. Iuſt: ora: ad Ant. Idẽ habet Oroſ. Aug: lib: 18. cõn Fauſtum cap: 5. Ianus bifrõs fabuloſus, verius chriſto quadrat Cicer: lib: 2. de natura Deorum. Macrobiꝰ in Saturnalibus. Cypr: de vanitate Idol. Auguſt: lib: 7. de ciu: Dei cap: 7. Chriſtus, nõ Antichriſtus, mutat tẽpora, eorumq́ue leges. Dan: 7. ℣ 25. Dan: 2. ℣ 22. & 4. ℣ 31. Augu: Ciuit: 15. cap: 1. & 11. Chriſto vero Cęſari debetur primum anni auſpicium.

nantium: idq; eo die & tẽporis articulo, quo ipſe longè nobilior Cæſar, per corporalem Circumciſionem, Regni ſui per ſanguinem conſummandi, inchoationem præmonſtraſſet. Conuenit & illud quod S. Hieronymus Ianuarium, quaſi ad ianuam anni ſeu temporis deriuat: ſimul Poëta Ethnicus ſic canens:

Primus erat Iani menſis: quia ianua prima eſt. &c.

Ipſe eſt enim *vir oriens*, ianua & principium, non ſolùm anni & temporis, ſed ſæculorum, quæ (teſte Apoſtolo) per ipſum ſunt conſtituta, & in ipſo conſtant. Ex his, quas hactenus retulimus rationibus, Gentilitas Kalendas Ianuarias in præcipua ſolẽnitate habebat, & ad imprecationem noui & fœlicis anni, munuſculis etiam ac variis ſuperſtitionibus, Deos ſuos polluebat potiùs pollutos, quàm ex ſe inglorios honorabat. Quos ritus nefarios, Eccleſia vt filiis ſuis fidelibus præriperet, inſtituit in officio Diuino totius illius temporis ſingulares & vberiores laudes Diuinas, & gratiarum actiones, qui-
S bus populus Dei authorem redemptionis ſuę recognoſceret, & maiore gratitudine Iudaicę perfidię cõtraria exciperet: atq; exinde fœliciora quæq; noui anni auſpicia expectaret. Sed dum populus Chriſtianus, ex antiquo abuſu, contra tot veterũ SS. Patrum monita, eiuſmodi ſpectaculis illicitis ſeſe immiſcet, factum eſt ſucceſſu temporis, vt *Zizania iſtud à Sathana ſuperſeminatum*, optima Eccleſiæ germina ſuffocare contendat: quando nimirum ſingulæ illæ ſacratiſsimæ feriæ, quæ à Natali Domini vſque ad Quadrageſimam producuntur, nouis ſubinde & peculiaribus, tum ſuperſtitionibus, tum luxuriis & debacchationibus, contaminentur: quarum initium à Kalendis illis Ethnicis prodiiſſe, vel prima illa ludicrorum iſtorum denominatio, quæ noſtris Kolenda dicitur, argumento eſſe poteſt. Nec ſatis habuit Sathanæ malitia & aſtutia, vt homines Chriſti ſanguine ſibi ereptos, & in filios adoptionis diuinæ mãcipatos, interiùs in anima per tot tantaq; flagitia denuò manciparet: niſi eos etiã exteriùs per Laruas ſeu Maſcharas, imagine & charactere ſuo, in facie piæ matris Eccleſię gementis, conſignaret. Tantum ſcelus, cùm ad correptionem condignam, verba in me non inueniat: defectum hũc noſtrũ ſuppleat grauiſsima correptio Tertulliani ſic ſcribẽtis: Non vtiq; eas habenas conuerſationis immuttat, (Apoſtolus) vt quoniam neceſſe ſit & conuiuere nos, & commiſcere cum peccatoribus, ideò & cùm eis peccare poſsimus. Ibi enim commertium
T vitæ, quod Apoſtolus concedit: hîc peccare quod nemo permittit. Licet conuiuere cum Ethnicis, commori non licet. Conuiuamus

Hier: in 8. cap: Zachar. Ouid: 2. Faſtor. Hebr: 1. ℣ 2. Coloſ: 1. ℣ 16. Gentiles initiũ Ianuarij auſpiciis anni futuri ſacrabant. Plin: lib: 28. hiſt: cap: 2. Sueton: in Auguſto cap: 57. Matth: 13. ℣ 25. Kolenda à Kalendis ludicris dicta. Ludi gentiles vel Diabolici, in feſtis Chriſtianorum taxantur. Tertul: lib: de Idololatria. 1. Cor: 9. ℣ 22.

cum omnibus : conlætemur ex communione naturæ, non superstitionis. Pares anima ſumus, non diſciplina : compoſſeſſores mũdi, non erroris. Quod ſi nobis nullum ius eſt communionis in eiuſmodi cum extraneis, quantò ſceleſtius eſt hęc inter fratres frequẽtare ? Quis hoc ſuſtinere aut defendere poteſt? Iudæis dies ſuos fe-

Iſaiæ 1. ✝ 14.

ſtos exprobrat Spiritus ſanctus : *Sabbata, inquit, veſtra, & neomenias & ceremonias odit anima mea.* Nobis quibus ſabbata extranea ſũt, & neomenia, & feriæ à Deo aliquãdo dilectæ, Saturnalia & Ianuariæ, & Brumę, & Matronales frequentantur, munera commeant, ſtrenæ conſonãt, luſus, conuiuia conſtrepunt. O melior fides nationum in ſuam ſectam, quæ nullam ſolennitatem Chriſtianorum ſibi vendicat, non Dominicum diem, non Pentecoſten, etiam ſi noſſent, nobiſcum non communicaſſent; timerent enim ne Chriſtiani viderentur. Nos ne Ethnici pronunciemur, non veremur. Si quid & carni indulgendum eſt, habes non dicam duos dies tantum, ſed & plures. Nam Ethnicis ſemel annuus dies quiſq; feſtus eſt, tibi octauo quoq; die : excerpe ſingulas ſolennitates nationum, & in ordinem texe, Pentecoſten implere non poterunt. Hęc Tertulliani verba, excipiat, & concludat, penitiùs propoſitum noſtrum exprimens aurilo-

Chryſol:ſer:155.

quus ille Chryſologus, ſic inquiens : Vbi noſtram Chriſtus piè natus V

Feſta Dei in ludicra Sathanæ conuerſa.

eſt ad ſalutem, mox Diabolus Diuinæ bonitati, numeroſa genuit, & pernitioſa portenta, vt ridiculum de religione componeret, in ſacrilegium verteret ſanctitatem, de honore Dei, Deo pararet iniuriam.

Dij Gentilium inimici & ſcelerati, plectendi, non adorandi.

Hinc eſt fratres, hinc eſt, quòd hodie Gentiles Deos ſuos fœditatibus exquiſitis, excogitato dedecore, & ipſa turpitudine turpiores Deos ſuos videndos trahunt, diſtrahunt, pertrahunt, quos faciunt non videndos. Quæ vanitas, qualis dementia, quanta cœcitas fateri Deos, & eos ludibriis infœlicibus infamare : Irriſores ſunt,

Idololatrię vanitas & ſtultitia.

cultores non ſunt, qui Deos quos venerantur illudunt : iniuriis afficiunt, non honorant, qui Deos à quibus ſe formatos exiſtimant, ſic deformant, confundunt, non glorificant, qui eos de ipſa confu-

Rom: 1. ✝ 22.

ſione componunt. Verè, ſicut ait Apoſtolus, *quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt* : quando eis quibus humana abrogant, dant Diuina: quando eos iudicant dignos cœlo, quando ipſos faciunt terra ipſa non dignos, verè dati ſunt in reprobum ſenſum, & non eſt hoc iudicij diuini, eſt hoc ſapientiæ Dei, vt ipſi ſint iniuriarum Dei vindices,

Luxus Idololatriæ cauſa & fomes.

qui iniuriæ probantur auctores. Quæ ira, quæ vltio, ſic in Deum X
de idolis exequeretur offenſam, vt eos quos vetuſtas aris, incenſo, victimis

victimis, gemmis, auro, Deos eſſe mentita eſt, poſteritas turpi cultu homines fuiſſe turpiſsimos iudicaret, & eorum vitam, mores, actus, ipſis eorum ſignaret in vultibus, ac doceret tales fugiendos eſſe potiùs quàm colendos ? Defleamus fratres, & eos qui talia ſunt ſecuti, & nos euaſiſſe talia cœlitus gaudeamus. Quorum formant
X adulteria in ſimulacris, quorum fornicationes imaginibus mandant, quorum titulant incæſta picturis, quorum crudelitates commendant libris, quorum parricidia tradunt ſæculis, quorum impietates perſonant tragœdiis, quorum obſcœna ludunt, hos qua dementia Deos crederent, niſi quia criminum deſiderio, amore ſcelerum poſsidentur, criminum Deos exoptant habere criminoſos? Qui peccare cupit, peccatorum colit & veneratur auctores. Hinc eſt quòd Veneri adulter inſeruit: hinc eſt, quòd ſe Marti crudelis addicit. Hæc diximus fratres, vt proderemus cauſam, quare facientes hodie quæ talia ſuſtinemus, faciant Gentiles Deos ſuos, & faciant tales, qui videntibus & horrori ſint & pudori : faciant vt eos aliquando & ipſi qui faciunt, horreant & relinquant, & Chriſtiani glorientur à talibus ſe liberatos eſſe per Chriſtum : ſi modo non e-

Spectaculis præſentes fiunt illorum rei.

orum ex ſpectaculis polluantur, ſi eorum non inquinent thura tactu, ſi huiuſmodi fugiant de aſſenſione diſcrimen : quia factis ſemper eſt æqualis aſſenſus, Apoſtolo probante, cùm dicit : *Non ſolùm*

Rom; 1. ✝ 32.

Y *qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Et ſi tanta eſt de aſſenſione damnatio, quis ſatis lugeat eos, qui ſimulachra faciunt ſemetipſos.

Laruati ſiue perſonati amittunt imaginem Dei.

Nonne iſti amiſerunt imaginem Dei, ſimilitudinem perdiderunt Chriſti, exuti ſunt indumentum, qui ſe ſimulachrorum formis ſacrilegiis formauerunt? Sed dicit aliquis, non ſunt hæc ſacrilegio-

Ludicra Gentilibus, Chriſtianis fiunt crimina.

rum ſtudia, vota ſunt hæc iocorum : & hoc eſſe nouitatis lætitiam, non vetuſtatis errorem : eſſe hoc anni principium, non gentilitatis offenſam. Erras homo, non ſunt, non ſunt hæc ludicra, ſunt crimina. Quia de impietate ludit, de ſacrilegio quis iocatur, piaculũ quis dicit riſum? Satis ſe decipit, qui ſic ſentit : tyrannus eſt, tyranni habitum qui præſumit. Qui ſe Deum facit, Deo vero contradi-

Ludere & iocari cum ſerpente & diabolo, periculoſum.

ctor exiſtit : imaginem Dei portare noluit, qui idoli voluerit portare perſonam : qui iocari voluerit cum Diabolo, non poterit gaudere cum Chriſto. Nemo cum ſerpente ſecurus ludit, nemo cum Diabolo iocatur impunè.

Chriſtianus nedum ſpectacula vitet, ſed ſinguli ſingulos ab eis retrahant.

Z Si qua ſunt ergo viſcera pietatis in nobis, ſi quæ eſt in nobis contemplatio humanitatis, ſi qua nos habet fraternæ ſalutis affectio, abſtrahamus eos qui ſic ad perditionem currũt, rapiuntur ad mortem, trahuntur ad tartara, feſtini ſunt in gehennam.

nam. Abſtrahat ergo pater filium, ſeruum dominus, parens parentem, ciuem ciuis, homo hominem, Chriſtianos omnes qui ſe beſtiis compararunt, exæquarunt iumentis, aptauerũt pecudibus, Dæmonibus formauerunt. Et ille qui liberat, inuenit præmium, qui negligit, acquirit offenſam. Beatus qui ſuæ vitę cuſtos eſt, & prouiſor eſt ſalutis alienæ. Hæc Chryſologus. Amplectamini igitur chariſſimi ardenti pectore, ardentiſsimam ſimul & ſuauiſsimam tanti viri exhortationem: atq; pro donario vel monimento noui anni, quod more patrio ex hac Cathedra expectatis, habetote, & in cordibus & actibus veſtris, iugiter conſeruate IESVM *Chriſtum, & hunc quidem* circumciſum, vt ſub illo tanquam capite, *ſpiritualiter circumciſi, creſcatis & proficiatis, ætate & ſapientia, cæteriſq; virtutibus, apud Deum & apud homines.* Et certi eſtote, quòd ei cum IESV Saluatore eueniet bonus annus, cui cum Chriſto circumciſo euenit bonus animus, *bonæ, inquam, illius voluntatis*, quam Angelo denuntiante, pax in terris, gloria autem in cœlis conſequitur. Quam nobis largiatur Chriſtus Ieſus cum Deo Patre, & Spiritu ſancto, in æuum benedictus. Amen.

Epilog⁹ exhortatoria.

Ieſus Chriſtus circumciſus, donariũ noui anni.

Bono animo, bonus annus euenit.

In feſto Circũciſionis Domini,

SERMO DECIMVSQVARTVS.

De ſpirituali Circumciſione.



Hodiernum filij Dei cum genere humano per ſanguinem commertium, quo ſecundum S. Bernardum, filius Dei incarnatus, Diuina humanis ſociauit, ima ſummis, liceat nobis, deuotiſsimi auditores, comparare cum non abſimili illo pacto, quod principem Sichimitarum cum fideli genere Iacob pepigiſſe, ſacra Geneſis memorat hiſtoria. Ibi enim habetur, Dinam filiam Iacob, dum ſe ludis & ſpectaculis gentis illius immiſcet, à Principe illo fuiſſe carnaliter oppreſſam: atq; exinde ſic adamatam, vt eius coniugalia iura, Princeps ille cum populo ſuo, Circumciſionis conſortio acquirens, morte tandem conſignârit. Certè quod aliquando amator terrenæ ſapientiæ, hominem ludum Dei eſſe cenſuit: idipſum Diuina ipſa ſapientia æternus Dei filius, in veritate profeſſus eſt, ſic inquiens per Salomonem: *Quando* (Deus Pater) *appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per* A

Chriſti cum genere humano p ſanguinem ſociati typus. Gene: 34.

Bernar: ſerm: 1. de circumciſione.

Ludo aſsimilata Dei cum hominibus conuerſatio.

Plato de Legibus Dialogo 7.

Prou: 8. ℣ 22.

bar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: Et delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum. Enimuerò ab initio mundi & promiſſionis de humana reparatione, idem Dei filius, quodam veluti ludo & ſpectaculo, ſeipſum generi humano exhibebat. Vt autem alias plures eiuſmodi apparitiones omittamus, potiſsimam illam Abrahæ exhibitam expendamus, quæ ſecundum Conſtantinum Magnũ, Diuinæ legis, ac Diuini cum hominibus commertij erat initium.
B Ludum enim & ſpectaculum (ſi Diuinis humana componas) referebat; quando Deus in humana, Creator in creaturæ, ſpecie, apparebat: quando in tribus viris, vnus Dominus recognoſcitur, adoratur, & ad conſortium domeſticum inuitatur. Siquidem hoc velamine Dominus, in Diuina quidem natura tres perſonas in vna ſubſtantia, in humana autem, tres ſubſtantias (videlicet, Diuinitatem, animã rationalem, & carnem) in vna perſona adumbrabat. Ludus profectò & vmbra futuræ redemptionis erat, quando Dominus præcipuè ſub arborem, crucis vtiq; præſagam inuitatur, & inducitur: quando lotionem pedum præmittit, ad expurgandum veteris legis fermentum, & nouam Euangelicæ gratiæ per ſata farinæ tria conſperſionem, ſimulq; ſecundum Prophetam, ad ſpecioſam pedũ Euangelicæ annunciationis præparationem. Ludus omninò Diuinæ in hominem bonitatis extitit, virum, & inſuper Deum, cum fœmina de riſu diſsimulato contendere, ſenibus & ſterilibus annuam prolem humano quodam condictamine indicere: demumq; cœleſte illud ſecretum & decretum de ſubuerſione Sodomorum, homini reuelare, & immutabile Dei conſilium, licitationi cuidam humanæ exponere. Huic viciſsim ludo ſeu ſpectaculo, natura humana in lumbis patris ſui Abrabæ exiſtens, ſeſe commiſcuit: quando ni-
C mirum Abraham, veluti ex tabernaculo ſenſualitatis egreſſus, in ipſo feruore, non tam diei, quàm fidei, in tribus viris, vnum Dominum eminus ſpeculatur, eidem occurrit, cominus recognoſcit, adorat, compellat, & ad domeſtica veluti humanitatis iura, non ſolùm allicit & inuitat, ſed quaſi etiam compellit: Deinde quando cœleſtes hoſpites modo terreno excipit, & pertractat: quãdo myſtica redemptionis futuræ profert fercula: quando de futura prole miraculoſa, humana cum diuinis recipit condictamina: quando deniq; cœleſtis iuſtitiæ ſententiam, in terrenam indulgẽtiam commutare contendit. In tali profectò dignationis humanæ ludo, Dina iſta, hoc eſt natura humana, copulata eſt per incarnationẽ Verbo æterno Principi regum terræ: idq; non ſine quadam oppreſſione, quan-

Dei Abrahamo prima apparitio futurę redemptionis ænigma. Geneſ: 18.

Clemens Alex: li:1. pedag: ca: 7.

Euſeb: li: 3. ca: 51. de vita Conſt.

Niceph: lib: 8. cap: 30.

1. Cor: 5. ℣ 7.

Matth: 13. ℣ 33.

Iſaiæ 52. ℣ 3.

Incarnatiõis & Circumciſionis typus, in copula Dinę, cum Duce Sichimitarum. Gene: 34.

ne, quando nimirum naturis integris, ſuppoſitum humanum ceſsit diuino, vna & æterna diuinitatis perſona remanente. Porrò iſtam arctiſsimam coniunctionem tantopere adamauit filius Dei, vt ſecũdum Apoſtolum, quando pueri *communicauerant carni & ſanguini, ipſe ſeſe communicauit eis*: ideoq; quia ſua innocentiſsima humanitas, ex pacto generis Abrahæ, ſubiacebat Circumciſioni, eam in perſona ſua diuina, ſicut poſtmodum mortem ipſam (vt ibidem oſtendit Apoſtolus) ſubire non detractauerit. Tantum igitur myſterium, & ſtupendum erga nos beneficium, vt dignius recolamus: Poſtquam Sermone ſuperiori, legalem Circumciſionem pertractauimus: nunc D
cum Dei auxilio veſtris precibus obtinendo, oſtendemus. Primò: circumciſionem carnalem fuiſſe datam in typum multò melioris & nobilioris Circumciſionis ſpiritualis, & quæ ſit illa. Deinde quomodo eandem Circumciſionem ſpiritualem in nobis recognoſcere & exequi debeamus.

Hebr: 2. ℣ 14.
Deum fuiſſe paſſum in humana natura.
Vide Epiphan: coñ Dimærit.
Athan: Epiſt: ad Epictetum.
Thema & diſpoſitio ſermonis.

Quantum ad primum: Circumciſionem legalem ſecundum carnem, fuiſſe typum potiùs quàm effectum, veræ & ſaluificæ per Spiritum Circumciſionis, oſtendi poteſt ſex rationibus. Prima deduci poteſt ex quadam incongruentia, quæ etiam teſte S. Cypriano à Gentilibus fuit irriſa tripliciter. Primò ratione cuiuſdam crudelitatis. Deo enim cenſebant minimè conuenire, vt Saluatoris benignitas, plagis infantium delectetur; & vt immeritos, in ipſo vitæ initio, periculo mortis addicat. Deinde propter quandam fœditatem, quòd nimirum pactum diuinũ cum homine, in ea parte conſignaretur, quam naturaliter homines erubeſcunt. Deniq; propter quandam vilitatem. Leuiuſculum enim videtur, ſanationem animæ, extrema pudendi membri pellicula conquirere. Et hæc quidem Gentiles, ſecundũ carnem iudicantes cauſabantur. Quamuis nobis Chriſtianis Spiritu edoctis, eiuſmodi ſaluandi modus, non confuſionem, ſed potiùs gloriam inducat. Propterea enim filius Dei noſtræ carnis infirmitatem ſuſcepit, vt ſub E
ſpecie rerum viſibilium, & egenorum quamuis elementorum, ſuæ diuinitatis communicationem exhiberet, & morte propria mortem noſtram deſtrueret.

Circumciſionis carnalis in ſpiritualem transferendę rationes.
1. Incõgruentia.
Cypr: de operibus Chriſti cardinalibus.
Circũciſio carnalis ſecundum ſenſum, non fidem, ridicula.

Secundò: Circumciſio carnalis immutanda erat in ſpiritualem, ex ipſa facti ratione. Obſeruant enim antiqui Eccleſię Doctores, Dei opera fuiſſe perfecta, magis autem creationis hominis, propter quem reliqua fuiſſent cõdita. Non potuit igitur, neq; voluit Deus in homine aliquid ſuperfluum creare: alioqui potuiſſet illum abſq; virili præputio plaſmare. Quando igitur eum detruncat, in ea præſertim parte, per quam concupiſcentiam

propagari

2. Ratio. Circumciſio naturaliter non ad corpus, ſed ad inordinatos affectus ordinata.
Lact: li: 4. ca: 14
Epiph: hær: 30.

propagari, vel ipſa primorum parentum perizomata conteſtantur: arguitur exinde, non præputium penis, quod Deus creaſſet, ſed præputium cordis, quod ſerpens infernalis ſuperinduxiſſet, hoc eſt prauos ac inordinatos affectus, fore præcidendos.

Iuſt: cum Tryph.
Aug: tract: 30. in Ioan. & lib: 13. de Ciuitate.
Ambr: epiſt: 72.
Philo lib: de circumciſione.

Tertiò: Circumciſio ſpiritualis, ſupplere debebat carnalis inſufficientiam. Nam ſecundum antiquiſsimos Eccleſiæ Doctores, multi præceſſerunt homines ab ipſo Adamo, ante & poſt Abrahamum, qui ſine Circumciſione Deo placuiſſent, quamuis promiſsio reparationis humanæ ab initio lapſus humani facta fuiſſet. Quinetiam, cùm reparatio illa futura eſſet per ſemen mulieris: Circumciſio tamen legalis, veluti exors perfectæ expiationis, ſexum fœmineum excludebat. Ac-
F cedit & illud, quòd hominem à planta pedis ad verticem corruptũ, Circumciſio legalis, in vna tantùm, & quidem vili & occulta particula expiaret.

3. Ratio ex Circũciſiõis carnalis inſufficiẽtia.
Iuſt: cũ Tryph.
Tert: coñ Iud.
Iren: lib: 4. cap: 30. & 42.
Epiph: contra Ebionitas.

Quarta ratio ducitur ex origine, & intentione iſtius Circũciſionis. Abrahã enim prius erat pater & profeſſor fidei & iuſtitiæ, quàm Circumciſionis. Circumciſionẽ autem accepit in pactũ ſeu fœdus non ipſius ſalutis, ſed in ſignaculum fidei, per quam aliis quoq; qui præputio & fide fierent filij Abrahæ, ſalus contingeret, vt ex profeſſo oſtendit Apoſtolus: qui etiam alibi ſic determinat: *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto eſt in carne Circumciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circumciſio cordis, in Spiritu non litera, cui laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Et alio rurſus loco: *In Chriſto Ieſu* (inquit) *neq; Circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.* Rectè igitur D. Macarius: Iudæi (inquit) ex Circumciſione agnoſcebantur eſſe populus Dei: nunc verò populus Dei peculiaris, Chriſtiani intus notam Circumciſionis cordi ſuo inſculptam ſuſcipiunt. Gladius enim ſpiritualis, ſuperfluitatem mentis amputat, hoc eſt impurum præputium peccati. Ad eundem modũ Tertullianus: Iuſtificamur credendo Deo, ſicut Abraham, qui in carnis integrita-
G te credidit; & vitam conſequimur, ſicut iuſtus ex fide viuit.

4. Ratio. Circumciſio carnalis erat ſignum non cauſa ſalutis per fidem.
Geneſ: 17. ℣ 10.
Rom: 4. ℣ 11.
Iuſt: cum Trypho: in pluribus locis.
Tert: coñ Iud. & li: 5. coñ Marc.
Epipha: contra Ebionitas.
Idẽ coñ Corint.
Rom: 2. ℣ 28.
Galat: 5. ℣ 5.
Macar: hom: 47

Quinta ratio patet ex ipſa legis interpretatione. Licet enim Moyſes Circumciſionem carnalem populo Dei, nõ vt ex lege, ſed tanquam ex patribus, multò firmiorem tradidiſſet; eam tamen poſtmodũ ad ſpiritualem reuocauit. Quod S. Cyprianus ſic expreſsit: Manet itaq; erubeſcentia propter ſenſum, vt qui in agone contendit, ſciens Circumciſionis myſterium, ab omnibus ſe abſtineat, quæ poſſunt huic flammæ miniſtrare fomentum. Ferebatur enim illa Circumciſio corporalis in ſpiritualem, de qua *Deut: 10.* reſtauratis tabulis quæ fractæ fuerant, dixit Moyſes: *Circumcidite præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram*

Tert: lib: 5. coñ Martionem.
5. Ratio. Moyſes carnalem Circumciſionẽ ad ſpiritualem reuocauit.
Cypr: lib: de operibus cardin.
Deut: 10. ℣ 16. & 30. ℣ 6.

cem veſtram ne induretis ampliùs. Et Deut: 30. *Circumcidet Dominus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, vt poßis viuere.* Circumciditur autem cor, cùm ab omni labe purgatur. Hucuſq; Cyprianus. Ex his & ſimilibus rationibus, S. Iuſtinus Martyr exprobrat Iudæis, Circumciſionem legalẽ, poſt illatam legem nouam, relictam illi genti fuiſſe, non ad gratiam, ſed potius in contumeliam: vt populus, qui Diuino iudicio à gentibus eſſet vaſtandus, hoc ſignaculum ſui perpetui exterminij retineret. Subſequitur ergo vltima ratio, Circumciſionem illam carnalem relatam fuiſſe ad Circumciſionem ſpiritualem, quam ſicut (vt modo diximus) Deus per Moyſen promiſerat populo ſuo, ſic H Ioſue ſucceſſor eius typum ipſius Saluatoris gerens, in opus veluti inducere incœpit. Quamuis enim & ipſa denuò inducta Circumciſio, auferebat præputium carnale; tamen ablationem præputij cordis, quæ fit in Baptiſmo, præſignabat, ex ſequentibus rationibus. Prima: quia præcepto ſecundæ illius Circumciſionis præmittitur tranſitus miraculoſus aquarum Iordanis, qui hoſtium populi Dei animos perculiſſet: quod non obſcurè Baptiſmi virtuti, qua Circũciſio ſpiritualis perficitur, accommodari poteſt. Secundò: quia licet Circumciſio illa facta per Ioſue, fuerit eadem cum priori, Abrahæ eiuſq; ſemini tradita (niſi quòd in deſerto fuerit neceſſariò intermiſſa:) tamen Deus vocat eam ſecundam Circumſionem, & nouo præcepto illam indicit: ſimiliter ab antiquis Doctoribus vocatur noua & maior, non alio vt reor myſterio, quàm quòd aliquandò deſinere debebat in nouæ legis ſpiritualem Circumciſionem, quæ eſt Baptiſmus. Hinc Apoſtolus aſſerit, *Iſraelitas mare tranſeuntes, baptizatos fuiſſe in nube, & in Moyſe, conſequente eos petra, quæ erat Chriſtus*: quia nimirum Circumciſio ceſſauerat in deſerto, eò quòd Duce Chriſto, qui ſeſe veram petram Eccleſiæ exhibere debebat, in typum & primitias quaſdam Baptiſmi eſſet commutanda. Eodem myſterio filius Moyſis, petra circumciſus, factus erat ſponſus ſanguinum Angeli, & ſic ab internetione liberatus. Vnde tertia ſeſe prodit ratio: Siqui- I dem Circumciſio illa ſecunda, iubetur fieri cultris lapideis. Nam ſecundum Iuſtinum Martyrem, ſicut ferrum conueniebat obſtinationi Iudæorum, ſic lapis obedientiæ fidelium ex gentibus Chriſtianorum, *qui exciſi ſunt ex petra*, vel potius in vera petra Chriſto & Petro ſtabiliti. Quartò: quia Iudæi prima circumciſione circumciſi, dicuntur propter præuaricationem periiſſe in deſerto: ibidem verò nati, quaſi deſertam gentilitatem deſignantes, poſt ſuſceptam ſecundam

Iuſt: cũ Tryph.

6. Ratio. Circumciſio ſecunda ſub Ioſue referebat circumciſionẽ ſpiritualẽ ſub vero Ieſu Saluatore.

Ioſue 5.

Baptiſmi notæ in circumciſiõe

1.

Aug: quæſt: in Ioſue, cap: 1.

2.

Circũciſio ſub Ioſue, dicta, ſecunda, noua, & maior, quia referebat baptiſmũ.

Ioſue 5. ℣ 2. 4.

Iuſt: cũ Tryph. & quæſt: 102.

Epiph: locis cit. & in cõpẽd: fid.

Aug: epiſt: 108.

Cyrill: lib: 1. in Ioan. cap: 21.

Cypr: ſer: de ratiõe circumciſ.

1. Cor: 10. ℣ 1.

Exod: 4. ℣ 14.

Epiph: cõ: Ebio.

3.

Circumciſio cultro lapideo Chriſtum petrã reſpiciebat.

Ioſue 5. ℣ 2.

Iuſt: cũ Tryph.

Augu: Tract: 30. in Ioan.

4.

Iudæi ex deſerto nouiter circumciſi Chriſtianos deſignabant.

cundam Circumciſionem, veluti poſt tranſitum Iordanis à Deo (vt iam diximus) inſtitutam, intrauerunt, & hæreditate poſſederunt terram promiſsionis, populo electo & fideli promiſſam: quod propriè præſtat Baptiſmus, poſt carnalium cupiditatum reſectionem & mortificationem. Quinta ratio ex effectu: quando poſt ſuſceptam illam Circumciſionem, dicit Dominus ad Ioſue: *Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis.* Ægyptus enim denotat ſeruitutem Diabolicam, à qua per Baptiſmum liberamur: iuxta illud quod Moyſes poſt traiectas aquas Iordanis, & Aegyptiorum ſubmerſionem dicebat: *Ægyptios quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis in ſempiternum.* Sextò: Locus ille in quo peracta eſt Circumciſio illa ſecunda, vocatus eſt in perpetuum Galgala, quod ſecundum S. Hieronymum ſonat reuolutionem, hoc eſt, non ſolùm Circumciſionis in Baptiſmum, ſed le-
K gis ipſius in Euangelium commutationem, quam fusè Apoſtolus deſcribit, & prophetiis comprobat. Septimò: Vtraq; illa carnalis Circumciſio præcipiebatur fieri die poſt natum infantem octauo. Quem quia & ipſe Euangeliſta obſeruat in Circumciſione Chriſti, qui ſupra legem erat, duplici myſterio ad legem nouam referebatur. De primo Auguſtinus: Sic (inquit) & in veteribus Sacramentis, Circumciſio paruulorum octauo die fieri præcepta eſt: quoniam Chriſtus, in quo fit carnalis delicti expoliatio, quam ſignificat Circumciſio, die Dominico reſurrexit, qui poſt ſeptimũ Sabbati octauus eſt. Aliud myſterium S. Cyprianus ſic ſubinfert: Hoc (ſigno Circumciſionis) cùm octaua die iuſſum ſit celebrari, & nomen circumciſo aptari, intimatum eſt, his qui digni Sanctorum conſortio cenſebantur, quòd eorum nomina ſcriberentur in cœlis, & æternę beatitudinis, quam poſt huius vitæ ſeptimanam octaua cõſequitur, hæredes fierent, & conſortes, quicunq; vitę innocentia, & cœlibatus ſanctimonia ſeſe Domino conſecraſſent. Hactenus ille. Talem profectò Circumciſionem de qua hactenus diximus, expreſsit Apoſtolus ſic inquiens: *In quo* (id eſt Chriſto, *in quo placuit plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter*) *circumciſi eſtis, circumciſione non manu facta, non in expoliatione corporis carnis* (ſed) *in Circumciſione Chriſti, conſepulti ei, in quo & reſurrexiſtis, per fidem operationis Dei.* Eandem Circumciſionem ſic latiùs
L explicat Iuſtinus Martyr antiquiſsimus. Circumcidimur & nos (inquit) Circumciſione Chriſti per Baptiſmum, exuentes ipſum Adam, per quẽ peccatores facti, mortui eramus: & induentes ipſum Chriſtum, per quem iuſtificati reſurreximus à mortuis. In quo, ait Apoſtolus, Circumciſi eſtis Circumciſione, quæ fit ſine manibus, dum exuiſtis

5.

Secũda Circũciſio notat Baptiſmum ex ſeruitute liberantem.

Exod: 14. ℣ 13.

6.

Galgala ſeu reuolutio loc⁹ verę Circũciſionis per Baptiſmum.

Ioſue 5. ℣ 9.

Hieron: contra Heluidium lib: 1. cap: 12.

Hebr: 8.

7.

Octaua dies Circumciſionis nouæ legi quadrat.

Auguſt: Epiſt: 89. & 119.

Cypr: ſerm: de ratione Circumciſionis.

Circumciſionis Spiritualis per Baptiſmum & mortificationẽ ratio.

Coloſ: 2. ℣ 13.

Iuſtin⁹ Martyr quæſt: 102.

Cypr: ſer: de ratione Circumciſionis.

Epipha: contra Ebionitas.

exuiſtis corpus veſtrum. Eodem reſpicit S. Cyprianus ſic ſcribens:
Ideo circumciſio Abrahæ, & ſemini eius mandata etiam, vt in primis elementis diſcerent paruuli, ſemper propriæ memores ſectionis, contraria curare contrariis: & ad cohibendos refrænandoſq; turpitudinum appetitus, neceſſarium eſſe ſale corroſorio, carnis perfricare pruritus, & ſemper recrudeſcentes deſiccare putredines.

1. Cor: 9. ℣ 27.
Galat: 2. ℣ 20.
Mortificatio martyrij apparatus.

Ad hoc corpus ſuum mortificabat Apoſtolus, totum ſe crucifigens, & omnibus extraordinariis motibus opponens cauterium: & vſq; adeò corpus ſuum redigens in ſeruitutem, vt diceret: *Viuo iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus.* Hoc antiquum redemptionis noſtræ conſilium, ſanctis patribus reuelauit Deus; voluitq; vt paulatim aſſueſcerent omnes paſsioni, & morti neceſſariæ, voluntariȩ mortis opponerent libamentum: & pœnam in medelam, & ſupplicium in remedium commutarent.

Cur in membro concupiſcentiæ imperata Circũciſio, vt ſecus in lege noua.
Pſal: 39. ℣ 8.

Imperata eſt Circumciſio, & pars illa corporis, in qua eſt voluptatum ſeminarium, & libidinis officina, iuſſa etiam in paruulis amputari: vt proprij primitias ſanguinis, ei qui totum ſanguinem ſuum oblaturus erat offerent. Et poſtea M
ſubinfert: Vbi verè Chriſtus Dominus venit, *de quo in libri capite ſcriptum eſt*, non iam truncationem præputij Euangelium imperauit, ſed Circumciſionem cordis: & omnem tam membrorum quàm affectionum petulantiam gladio Spiritus reſecari, immutabili decreto mandauit. Hæc Cyprianus. Sed iam Circumciſionem hanc ſpiritualem ad praxim noſtram accommodemus.

Secunda Pars.

Circumciſio in Chriſto quomodo imitanda Chriſtianis, per aquam & ſanguinem.
Bernar: ſerm: 3. de Circumciſione.
1. Ioan: 5. ℣ 6.

IN Circũciſione Domini (inquit Bernardus) habemus fratres, quod amemus, & admiremur, habemus quod & imitemur. Hæc ille. Amor & admiratio, ex his quæ hactenus à nobis dicta fuerunt de myſterio Circumciſionis, colligi ſatis potuerunt. Reliquum eſt, vt imitationem quoq; ad noſtram eruditionem & correctionem proſequamur. Quam luculenter nobis indicat B. Ioannes Apoſtolus ſic inquiens: *Ieſus Chriſtus venit per aquam & ſanguinem, non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine.* Sic ille. Baptiſmũ enim ſalutarem ſic Dominus ſubiit, nobiſq; cõmunicauit, vt meritum illius, profuſione ſanguinis ſui per Circumciſionem initiando, nobis quoq; baptiſmo ſibi coniunctis, crucis & mortificationis ſuȩ ſequelam relinqueret: ſecundum quod dicit Apoſtolus: *Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.* Et alibi: *Semper* (inquit) *mortificationem Chriſti in corpore noſtro circumferentes.* Quocirca ad imitatio-

Galat: 5. ℣ 24.
2. Cor: 4. ℣ 10.

Chriſtus innocens circumciſus ob imitationem noſtram.
Bernar: ſer: 1. de Circumciſione.

N imitationem illius Circumciſionis S. Bernardus mellitis nos adducit verbis, ſic inquiens: Ad quid tibi (Domine Ieſu) Circumciſio fuit neceſſaria, qui peccatum non cõmiſiſti nec contraxiſti? Quod ipſe non feceris, ætas manifeſtat: quod non contraxeris, multò magis probat Patris diuinitas, & matris integritas. Summus ſacerdos es, quem nec ſuper Patre, nec ſuper matre contaminandum eſſe, prophetatum eſt in lege, potiùs quàm mandatum. Eſt enim tibi Pater ab æterno, ſed Deus eſt, in quem peccatum non cadit. Eſt & mater ex tempore, ſed virgo: nec parere potuit incorruptio corruptelã.

Chriſtiani incircũciſi mente notantur.

Et paulò poſt: Non ſic (inquit) impij non ſic; Non ſic agit peruerſitas humanȩ elationis: Erubeſcimus vulnerũ ligaturam, qui (in vulneribus nati) de vulneribus interdũ gloriamur. Et alibi: rationẽ & modum eiuſmodi Circumciſionis ſic rurſus explicat: Et nos fratres circumcidi neceſſe eſt, & ſic nomen ſalutis accipere. Circũcidi ſanè non litera ſed ſpiritu, & veritate: circumcidi non vno membro, ſed toto corpore ſimul.

Circũciſio Chriſtianorum vniuerſalis in anima & corpore perfectiſsima.
Bern: ſer: 1. de Circumciſione.
Leuiathan vas cõcupiſcentiæ ſubinde excreſcentis.
Iob 40. ℣ 20.
Iſaiæ 1. ℣ 6.

Licet enim in ea parte in qua mandata eſt Iudæis circumciſio, regnet additamentum Leuiathan, quod à malo eſt, & amputari debet: vniuerſam tamen occupat carnem. *A planta pedis ad verticem non eſt in nobis ſanitas,* nec eſt aliqua pars, quæ non tabida ſit hoc veneno. Propterea ſicut paruulus adhuc in fide & dilecti-
O one populus, congruum ſibi mandatum exiguæ Circũciſionis accepit: ſic vbi creuit in virum perfectiorẽ, toto iubetur corpore baptizari: quæ totius eſt hominis integra circũciſio.

Circumciſio Euãgelica omnia ſuperflua reſecando carnem transfert in Spiritum & in cœlum eleuat.
1. Tim: 6. ℣ 8.
Gene: 28. ℣ 12.
Chriſtus miniſter Circumciſionis Euangelicæ abſolutiſsimus.
Rom: 15. ℣ 8.
Matth: 5. ℣ 21. & 28.

Et paulò poſt: Quæ eſt ergo moralis Circumciſio noſtra, niſi quam cõmendat Apoſtolus? *Victum inquirentes, & veſtitũ habentes, his contenti ſimus.* Optimè prorſus circũcidit nos, & ſuperflua reſecat vniuerſa, voluntaria paupertas: pœnitentiȩ labor, regularis obſeruatio diſciplinæ. Hæc Bernardus. Quæ enim, quæſo, perfectior potuit excogitari animi ſimul & corporis Circumciſio, quàm illa à cœleſti magiſtro ſic nobis propoſita? quando præmiſsis virtutibus, quæ ſecundum omnes animæ potentias, hominem veluti ſcala Iacob ad cœlum proueherent, ſubdit omnis concupiſcentiæ & ſenſualitatis detruncationem, ſic edocens: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides; & qui occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo racha, reus erit conſilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis.* Et ibidem: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis: Ego autem dico vobis: Quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt cum ea in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,*

lizat te, erue eum, & proiice abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum P
tuorum, quàm totum corpus mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorũ tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Super quæ verba Chrysologus:

Christus quo sensu membra excessiua truncari suadet.
Chrysol: ser: 27.

Quamuis (inquit) Dominus, lapsus & vitia iusserit nos sic secare, non membra: tamen si hoc Eua mater generis humani sic fecisset, melius sine oculo & manu in vitam venisset, quàm totam posteritatem suam lamentabilem misisset in mortem. Sic ille. Et iterum ipse Dominus sic infert:

Matth: 5. ℣ 38.

Audistis quia dictum est antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico vobis, non resistere malo: Sed si quis te percuserit in dextram maxillam tuam, præbe ei & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunq; te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit te, da ei: Et volenti mutuare à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego enim dico vobis: Diligite inimicos vestros: benedicite his qui oderunt vos; & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Item alio loco:

Matt: 10. ℣ 24.

Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Et inimici hominis domestici eius. Similem spiritualem Circumcisionem edocet Apostolus: Q

1. Cor: 7. ℣ 29.

Hoc itaq; dico fratres: Tempus breue est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam nõ habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Hæc ille.

Circumcisionis Euangelicæ necessitas & modus.

Quando igitur caput tuum, ô Christiane, innocenter (vt suprà diximus) Circumcisionem in corpore admisit, eamq; longè exactiorem in Spiritu, cœlesti magisterio edocuit: quid tu membrum sub spinoso capite delicatum, in animo Circumcisionem eam erubescis? Sanatus quidem es in Baptismo, *ablutus, sanctificatus, & iustificatus.*

1. Cor: 6. ℣ 11.

Sed quia in fomite tibi ad certamen & coronam relicto, nouas subinde sordes contrahis & superinducis, opus est, vt eas subinde per mortificationem & pœnitentiam, reseces & emundes. Incipe ergo ab eo, quod in te est primum, quod inquam primum viuificatur, & vltimum moritur: & *omni custodia custodi cor tuum: ex illo enim vita procedit:* E conuersò autem, docente ipso Saluatore: *ex corde prodeunt malæ cogitationes, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ:* hæc omnia tanquam inutilia præputia & impedimenta, resecca: & secundum Prophetam *fac tibi cor nouum, & spiritum rectum Dominus innouet in visceribus tuis.* Et monente Isaia: *Aufer mala cogitationum tuarum.* Pulchrè notat Lactantius, Circumcisionem carna- R

Circũcisio cordis, quod primum in vita & vltimum est.
Prou: 4. ℣ 22.
Matt: 15. ℣ 19.
Ezech: 18. ℣ 31.
Psal: 50. ℣ 12.
Lactant: lib: 4. Instit: ca: 14. 17.
Isaiæ 1. ℣ 1.

Y lem non

lem non vacasse insigni mysterio. Si enim Deus voluisset, potuisset hominem creare sine inutili carne præputij: sed particulã cordis similem voluit Circumcisione denudari, vt ipsum cor denudandum esse ostenderet. Ex eiusmodi cordis Circumcisione, dependet reliqua corporis & sensuum Circumcisio, quam Gregorius Theologus sic egregiè expressit: Oculus fornicando non seruat cœlibatum & virginitatem: Lingua meretricando, Diabolo miscetur: Pedes inordinate gradientes, morbum aut periculum menti prouocant. Virginitatem conseruet, & cogitatio ipsa: non extra vagetur, & errabunda discurrat, non circumferat typos & formas prauorum operum. Nam & typus, pars est fornicationis: non idola sibi faciat imaginando, quæ anima odit. Hæc ille.

Præputium cordis, non penis auferendum.
Iustin⁹ cum Triphone.
Philo de Circumcisione.
Greg: Nazian: oratione 31.

Secundò igitur circumcidendi sunt oculi, veluti cordis seu mentis nuntij, vel secundum Ieremiam Prophetam, & Lactantium, *fenestræ, per quas mors ad animum ingreditur, vt eam deprædet, atq; spoliet.* Ideo Dominus inter ea flagitia, quæ ex corde tanquam fonte prodeunt, ponit etiam oculum nequam. Et Salomon dicit: *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa.* Hoc etiam apertissimè docuit Saluator dicens: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequã, totum corpus tuũ* S *tenebrosum erit.* Truncandus igitur est oculus omni prauo aspectu: iuxta illud Dauidis: *Auerte oculos tuos ne videant vanitatem.* Et exemplo innocentissimi Iob dicentis: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem de virgine.* Alioqui rectissimè dictũ est ab Augustino: Ne dicatis vos gerere animos pudicos, oculis impudicis: quia impudicus oculus, impudici cordis est nuntius.

Circumcisio oculorum.
Ierem: 9. ℣ 21.
Lactan: loco citato.
Thren: 3. ℣ 51.
Marc: 7. ℣ 22.
Prou: 26. ℣ 21.
Luc: 11. ℣ 24.
Matth: 6. ℣ 22.
Psal: 118. ℣ 31.
Iob 31. ℣ 1.
August: in Regula & Epistola 109.

Tertiò, circumcidendæ sunt aures, vt dum diuinis monitis & inspirationibus mundana & carnalia ipsæq; adulationes obstrepunt, non audiantur. De quo ipse Dominus conqueritur per Ieremiam inquiens: *Cui loquar & cui contestabor vt audiat? ecce incircumcisæ sunt aures eorum, & audire non possunt: ecce Verbum Domini factum est illis in opprobrium, & non suscipient illud.* Et Dominus ipse ex Isaia: *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt. &c.* Sic S. Stephanus aduersarijs à sua prædicatione continentibus aures suas dicebat: *Incircumcisis auribus & cordibus, vos semper Spiritui sancto restitistis &c.* Quod autem de oculis & auribus, hoc etiam de aliis sensibus intelligendũ est.

Circumcisio aurium & aliorum sensuum.
Ierem: 6. ℣ 10.
Matth: 13. ℣ 14.
Isaiæ 6. ℣ 9.
Acto: 7. ℣ 51.

Quartò: oportet circumcidere linguam, in cuius manu mors T & vita, & quæ secundum S. Iacobum, *modicum quidem membrum est, sed magna exaltat, & maculat totum corpus, atq; inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna: quam nullus hominũ domare potest.* Eam verò linguæ refræna-

Circũcisio linguæ.
Iaco: 3. 1. ℣ 25.

Y 3 refræna-

refrænationem, propriè ad Christianos pertinere, ſuperiùs ſic edo-
cuit: *Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor
ſuum, huius vana eſt religio.* Hæc ille. Vtrumq; ergo horum circumci-
Eccli 28. ℣ 28. dendum eſt, vt docet Sapiens his verbis: *Sepi aures tuas ſpinis, & linguam
nequam noli audire. Et ori tuo facito oſtia, & fores auribus tuis.* Simile & illud
Pſal: 140. ℣ 3. Pſalmiſtæ: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.*
Circũciſio my- Quintò: Circumcidendæ ſunt manus, hoc eſt intentio, & virtus o-
ſtica manuum, perandi, iuxta illud Iſaiæ: *Manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine*, hoc eſt iniu-
pedum, totiuſq; ſtitia & iniquitate. Ideo clamat S. Iacobus: *Emundate manus veſtras pec-
hominis.
Iſaiæ 1. ℣ 15. catores, & purificate corda veſtra, duplices animo.* Deniq; oportet circum-
Iacob: 4. ℣ 8. cidere pedes, hoc eſt impulſum quendam ad patranda mala: quem
Pſal: 13. ℣ 2. Apoſtolus & Pſalmiſta ſic depinxêre: *Veloces pedes impiorum ad effunden-
Rom: 3. ℣ 15. dum ſanguinem.* Et Pſalmiſta: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris
Pſal: 35. ℣ 12. non moueat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec
potuerunt ſtare.* Porrò Circumciſionis modum docet Salomon di-
cens: *Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Si dixerint: Veni nobi-
ſcum, inſidiemur ſanguini, &c.* Et cùm plures alias illecebras peccandi V
Prou: 1. ℣ 10. enumeraſſet, ſubinfert: *Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſe-
Iſaiæ: 59. ℣ 7. mitis eorum: pedes enim illorum ad malum currunt, &c.* Deniq; circumciden-
dum eſt totum corpus. Quod enim in legali præſignatione dictum
Gene: 17. ℣ 14. fuerat: *Maſculus cuius caro præputij non fuerit circumciſa, peribit anima eius de
populo ſuo*: id veriſsimè in noua lege exigitur, vt reſecato præputio
concupiſcentiæ, corpus inhabitanti Spiritui diuino, impollutum
Coloſ: 3. ℣ 9. & integrum conſeruetur: iuxta illud Apoſtoli: *Expoliantes vos veterem
2. Cor: 4. ℣ 10. hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem ſe-
cundum imaginem eius, qui creauit illum.* Et alibi: *Semper mortificationem Chri-
ſti in corpore noſtro circũferentes, vt vita IESV manifeſtetur in corporibus noſtris.*

Eiuſmodi Circumciſio peragitur *gladio illo verbi Dei ancipiti, & pertin-
genti vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagum quoq; ac medullarum, & diſcre-
tore cogitationum, & intentionum cordis.* Neq; enim otioſè & ad verbo-
ſam tantùm animi præparationem, tam exacta à Domino Circum-
ciſio, ſeu mortificatio proponitur: ſed à corpore tanquam inſtru-
mento bonæ vel malæ operationis, extendere ſeſe debet, ad animã
rationalem: exindè verò Spiritu cõfirmari ad perfectionem, quam
Perfectionis æ- Dominus à nobis requirit, illa quæ retulimus dogmata, ſic conclu-
mulatio, ſecun- dens: *Eſtote ergò perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Qualem per-
dum animam, fectionis æmulationem antiquiſsimus Martyr Irenęus diuinè pror-
corpus & ſpiri- ſus edocet ex illis Apoſtoli verbis: *Ab omni mala ſpecie abſtinete vos: Ipſe* X
tum.
1. Theſ: 5. ℣ 23. *autem Deus pacis, ſanctificet vos per omnia: vt integer Spiritus veſter & anima &*
Iren: li: 5. cap: 6. *corpus,*

corpus, ſine querela, in aduentu Domini noſtri IESV Chriſti ſeruetur. Primò enim
in carne, hoc eſt in corpore ipſo, & anima ſenſitiua, exigit quoddã
veſtigium imaginis Dei, non ratione ipſius corporis (vt craſſè aſſe- Antropomor-
rebant Antropomorphitæ) ſed vt ipſe illorum confutator Augu- phitæ ſeu Vadi-
ſtinus intelligit, ratione formæ ſeu conſtitutionis corporis, quæ ani, corpus Deo
versùs cœlum formata arguit, quòd Dei & immortalitatis à natura attribuentes.
capax exiſtat. Exinde verò imaginem iſtam magis elucere in ho- Niceph: lib: 11.
mine ipſo, ſecũdum animam rationalem, cuius coniunctio cũ cor- hiſt: cap: 14.
pore propria, hominem conſtituit: quando nimirum per fidem & Aug: de Geneſi
baptiſmum induit Chriſtum, & illi per compaſsionem ſeu mortifi- cont: Manich: lib: 1. cap: 17.
cationem ad conglorificãdum conformatur. Tertiò: iſta imago in
homine perficitur, quando pertingit vſq; ad Spiritum: hoc eſt quã-
do corpore & anima, ſicut modo dictum eſt, diſpoſitis, ſuperuene-
rit vigor ille Spiritus ſancti, qui habitans in animis, ſimul & corpo-
ribus noſtris, iuxta Apoſtolum, *reddit teſtimonium ſpiritui ſeu animæ no-
ſtræ, quòd ſimus filij Dei*, & dirigendo modus & actus noſtros per varia Rom: 8. ℣ 16.
chariſmata, nos gratiæ & vitę æternę efficit cohæredes: atq; adeò
Deo ipſi per Chriſtum charitate nos coniungit, iuxta illud Apoſtoli:
Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Et iterum: *Neſcitis quòd corpora veſtra mem-* 1. Cor: 3. ℣ 16
Y *bra ſunt Chriſti?* Et alibi: *Neſcitis quòd templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat* 1. Cor: 6. ℣ 16
in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet eum Deus. Concludit
tandem Irenæus: Perfecti (inquit) ſunt, qui & Spiritum in ſe per-
ſeuerantem Dei habent; & animas, & corpora ſine querela ſerua-
uerunt (Dei) id eſt, illam quæ ad ad Deum eſt fidem ſeruãtes, & eam
quæ ad proximum (iuſtitiam) cuſtodientes. Hactenus Irenæus. Circumciſionis

Talem Circũciſionem, ô Chriſtiani, ſatagunt Prædicatores veſtri, Spiritualis mi-
verbo Dei, quaſi cultro quodam lapideo, exigere in cordibus ve- nus patientes
ſtris. Sed quidnam proficiunt? Dum loquuntur placentia, placent adulti, quàm car-
& laudantur & ipſi. Cùm veritatem dicunt, auditores pleriq; ſibi- nalis infantes.
metipſis malè conſcij, deteriores etiã efficiuntur. Talibus quadrat
illud B. Hieronymi: Diſpoſui naſum ſecare fœtentem, caueat qui Hieron: Epiſt:
ſtrumoſus eſt. Sic ille. Homines importunè queruli, ſimiles ſarto- ad Bonaſum.
rio forcipi, qui ſciſſuris pannorum inuolutus, tandem appulſu pu-
gni ad tabulam ſuo ſeſe ſtrepitu prodit. Sic iſti, generales prædica-
torum correctiones, ſibimet imputantes, vitia quæ in confeſsioni-
bus Sacramentalibus fortaſſe occultauerant, ſic publicè proprio
Z iudicio produnt. Quando igitur filius Dei æternus, tam arcto car- Epilog⁹ exhor-
nis & ſanguinis vinculo & fœdere, nos ſibi copulauit, nobis potius tatorius ex ver-
quàm populo illi vmbratico, illud per Moyſen dictum putemus: *En* bis Moſaicis. Deut: 10. ℣ 14.
Domini

Domini Dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra, & omnia quæ in ea sunt: & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos: elegitq; semen eorum post eos, id est vos, de cunctis gentibus, sicut hodie probatur. Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius: quia Dominus Deus vester, ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera: Facit iudicium pupillo & viduæ: amat peregrinum, & dat ei victum atq; vestitum. Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. Dominum Deum tuum timebis, & ei seruies, ipsi & adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui. In septuaginta animabus (potest hoc applicari exiguo collegio Apostolorum post Dominicam Ascensionem) *descenderunt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit te Dominus sicut astra cœli.* Quo nos perducat *IESVS* Christus pro salutis nostræ arrhabone hodie circumcisus, cũ Deo Patre, & Spiritu sancto regnans in sæcula. Amen.

In festo Circũcisionis Domini,

SERMO DECIMVSQVINTVS.

De nomine IESVS.

Adæ cælestis & terenni, vt in natura, sic in nomine analogia.
1. Cor: 15. ℣ 46. 22.



INter filium Dei incarnatum, & primum hominem ab initio plasmatum, Apostolum talem legimus statuere comparationem: *Primus* (inquit) *homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis: Et sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificabuntur. Sicut igitur portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis.* Si eiusmodi analogia facta est in vtriusq; istius hominis natura & origine: non incongruum est, eam quoq; requirere in ipso nomine. Sicut igitur primus homo, acceperat quidem nomen ab ipso cœlesti plasmatore, sed quòd ad terram Adamam seu ruffam, de qua sumptus esset reuocaretur: sic secundus homo, Circumcisionis quidem lege communi, ab hominibus & per homines nomen assumit, sed quod primæua, immò æterna origine, ad cœlestia reuocetur, & per Angelos, ad homines deferatur. De quo sic D. Bernardus: *Quod vocatum est* (inquit) *ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur.* Vocatum planè non impositum: nempè hoc ei nomen est ab æterno. A natura quippe habet, vt sit Saluator: innatum est

A

Iesus est nomen cœleste & salutis, oppositum primo Adæ perdenti.
Bern: ser: 2. de Circumcisione.
Lucæ 2. ℣ 21.

nâtum est nomen hoc, non inditum ab humana vel Angelica creatura. Hæc ille. Deinde Adam accepit diuinitùs secundùm propriam naturam nomen, vt illud in reliquarum creaturarum naturas & species simili proprietate diffunderet. (*Omne siquidem quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius:*) sic Dei filius assumpta humanitate, accepit nomen *IESVS*, quod & naturæ Diuinæ, & humanę, per quam salutem ac redemptionem esset peracturus, congrueret. *Non enim aliud* (teste Apostolorum Principe) *nomen sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Præterea: Homo ille terrenus, sub nomine suo, non tam sator quàm perditor posteritatis suæ, propter præuaricationem extitit: dicente scriptura: *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus à ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrem omnium:* Homo autem nouus cælestis Christus, genus humanum vtraq; morte penè extinctum, dupli-ci insuper vita vegetauit: dicente ipso de suis ouibus: *Ego veni vt vitã habeant, & abundantiùs habeant. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur.* Deniq; quemadmodum Adam productæ ex latere suo mulieri, denominationem à seipso communicauit, vt nimirum *ex viro sumpta, Virago vocaretur:* atq; postmodum coæquato veluti sexu, ambo vnius & eiusdem hominis Adę nomen à Deo sortirentur: Longe nobiliori modo, Christus sponsam suam Ecclesiam, ex latere futuræ passionis suæ, *tanquam carnem ex carne, & os ex ossibus* productam, suo quoq; nomine Christiano nimirum dignatus est, in cœlesti demum patria nomine suo æterno illam signaturus. *Quicunq; enim* (inquit Apostolus) *in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non enim est Iudæus, neq; Græcus: non est seruus, neq; liber: non est masculus, neq; fœmina. Omnes enim nos vnum sumus in Christo Iesu.* Tale mysterium magnum, refert nobis charissimi, breue hodiernum Euangelium. Quo, quantùm Circumcisionem vtramq; attinet, pro viribus alibi explicato, præsenti Sermone de nomine *IESV*, ipso auxiliante pertractabimus. Primò quidem ostendendo, Quod, Quale, & Quantum, sit hoc sacratissimum nomen: hoc est, quæ sit eius notio & proprietas: Secundò, quæ excellentia & dignitas: Tertiò, quæ virtus & vtilitas: Postremò, in adoratione & imitatione, quanti Christianis habendum. Quantum ad primum. Cùm de nomine filij Dei æterni tractationem instituimus, nemo existimet, nos aliquid eius nominis moliri, quod naturam & essentiam eius exprimat, quæ nominum ratio vera esse solet. Deo enim propterea, quòd vnus, solus, primus, & nouissimus, immensus, & incomprehensibilis est, nomẽ imponere

B

Genes: 2. ℣ 19.
Acto: 2. ℣ 12.
Eccli 40. ℣ 1.
Ioan: 10. ℣ 10.
1. Cor: 15. ℣ 22.
Adam secundus nõ minus quàm primus, sponsæ, vt corpus, sic nomen cõmunicauit.
Gene: 2. ℣ 23.
Gene: 5. ℣ 2.
Ephes: 5. ℣ 30.
Apoc: 22. ℣ 4.
Galat: 3. ℣ 27.
Thema & methodus Sermonis.
Deus natura innominabilis, & cur secus nomen Iesus.
Dionys: Areop: de Diuinis nomin: cap: 1.
Iustin⁹ Martyr, oratione contra Gentiles, & ad Antoninum.

Iustin⁹ Martyr, oratione contra Gentiles, & ad Antoninum.

imponere vt impossibile, sic insanum est, quemadmodum S. Iustinus Martyr gentilibus ostendit: quod etiam nos loco magis proprio, Deo volēte, fusius cōprobabimus. Hoc etiam Salomon, cū pro colophone mysteriorum suorum, Diuinam immensitatem descri-

Prou: 30. ℣ 4.

psisset, asserit inquiens: *Quod est nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti?* Tamen quia filius Dei æternus, dignatus est fieri filius hominis temporalis: ista ratione & respectu, nomen quod propriè conueniret suæ humanitati, ad eius quoq; personam diuinam extenditur. Et sic C

Clemens Alex: lib: 5. Strōmatum.

intelligimus, quod antiquissimus Ecclesiæ Doctor scriptū reliquit: Omne quod sub nomen cadit, velint nolint, genitum est. Sic ille.

Iesus nomē nouum, & cur per Angelum cælitus delatum.

Cæterùm cùm nominis proprietas ex ipsa natura & essentia dependeat; rectè consequitur, nomen filio Dei, quamuis in carne suscepta, non potuisse nisi cœlitus contingere: dicente ipso Domino:

Matt: 11. ℣ 27.

Nemo nouit filium nisi Pater: neq; Patrem quis nouit, nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Ideo secundum Origenem: hoc nomen dignissimum, non

Origenes hom: 14. in Lucam.

debuit primò reuelari ab hominibus, sed à Deo: neq; ab eis in mūdum adferri, sed à digniori natura Angelica, & consequenter per dignissimam Dei matrem, eiusq; castissimum sponsum promulgari. Quod clarissimè hodiernum attestatur Euangelium: *Vocatum est nomen eius IESVS: quod vocatum est ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur.*

Isaiæ 62. ℣ 2.

Hoc est illud nomen, de quo olim vaticinatus est Isaias, dicens: *Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Quæ verba Christo conuenire ex-

Cyril: Alexand: lib: 5. de Trinit.

ponit Cyrillus. Et rectè quidem, cùm ipse sit caput Ecclesiæ suæ, de qua ibi loquitur Isaias. Verè etiam dicitur nomen nouum: quia se-

Rom: 8. ℣ 20.
2. Cor: 5. ℣ 17.
Apoc: 21. ℣ 5.

cundum Apostolum, per Christum, & in Christo, per nouam legem gratiæ, veteribus vmbris extinctis, reparata est noua creatura, tandem etiam in beatitudine consummanda: iuxta illud Apocalypsis: *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.*

Iesus nomen, quib⁹ ante Christum & qua ratione communicatum.

Præcesserunt quidem ab initio mundi alij viri eiusdem nominis, sed nō eiusdem virtutis. De quo Bernardus: Circumciditur (inquit) verus Abrahæ filius: Iesus vocatur tanquam filius Dei. Neq; enim ad instar priorū,

Bern: ser: 1. de circumcisione.
Orig: homil: 1. in Iosue.

meus iste Iesus nomen vacuum & inane portat. Non est in eo magni nominis vmbra, sed veritas. Cœlitus siquidem nomen inditum D Euangelista testatur, quod vocatum est ab Angelo, priusquā in vtero conciperetur. Et attende verbi profunditatem: postquam na-

Iesus Saluator hominum & Angelorum.

tus est Iesus, Iesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur. Idem quippe & Angeli Saluator & hominis: sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ.

Tres viri Christum nomine & officio præsignantes.

aturæ. In quibus verbis intelligit S. Bernardus, tres viros insignes, eodem nomine appellatos: quorum postremus fuit Iesus filius Sirach, qui nouissimus in lege dabat præcepta populo Iudaico: Medius, Iesus filius Iosedech, qui fuit sacerdos in lege magnus: primus autem & præcipuus erat Iesus, qui ex Aegypto populum Dei saluans, terrā promissionis eidem diuisit. Eos autem verū IESVM Messiam figurasse, sicut nomen, sic officia ipsa in Iesu Christo consummata arguunt, iuxta illud Isaiæ: *Dominus Legifer & index noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos.* Sed singulos horum, cum Iesu nostro accuratiùs conferamus.

Isaiæ 33. ℣ 22.

Iesus Sirach, vt Doctor, typus Iesu Christi.
Vide Prologum Ecclesiastici.

Iesus Sirach erat quidem Legifer seu præceptor populi Dei: quem tamen non in spiritu & veritate, sed vmbraticè, non ad æternam, sed ad temporalem fœlicitatem erudiebat: quorum vtrumq; Iesus noster sufficientissimè præstitit: quando dicebat: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos: quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ideo magister ille in Israel, ad magistrum & autorem omnis creaturæ tandem seipse reuocat: quando enumeratis mirabilibus operibus Dei in creatione & prouidentia totius vniuersi, de abysso (qui Ocœanus, vel potiùs informis adhuc illa creationis massa seu chaos intelligi potest.) Sic loquitur: *In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum: & plantauit illum Dominus Iesus.*

Ioan: 15. ℣ 15.

Abyssum placauit, quia prius plantauit Dominus Iesus.
Eccli 43. ℣ 25.

Quod in Iesu nostro impletum fuisse attestantur populi, quando post sedatos ab illo fluctus, quibus nauicula mergebatur, dicebant:

E *Quis est hic, quia mare & venti obediunt ei?* Ideo enim mare ad vocem vel cogitationem eius placatum est: quia secundum Euangelistam, *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil:* quin potius quia secundum Apostolum, *ipse Dominus ab initio fundauit terram, & opera manuum eius sunt cœli.*

Matth: 8. ℣ 27.
Ioan: 1. ℣ 2.
Hebr: 1. ℣ 10.

Iesus Sacerdotium typicum consummauit.

Deinde Iesus Christus Messias, in veritate exhibuit, quod Iesus filius Iosedech in figura præsignârat. Primò enim secundum Apostolum præstitit sese Sacerdotem, non temporalem secundum ordinem Aaron, *sed æternum secundum ordinem Melchisedech: & assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manu factum, id est, non huius creationis, neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.*

Hebr: 7. & 9.
Psal: 109. ℣ 5.

Iesus in vestitu sordido cum Sathana disceptans typus saluatoris
Zacha: 3. ℣ 1. 8.
Orig: hom: 14. in Lucam.

Deinde: Iesus ille Sacerdos magnus, qui apud Zachariam vltimum ferè Prophetarū, introducitur coram Deo, primò quidem in vestitu sordido, deinde in vestimento mutatorio, & Cidari munda super caput eius, verè figurabat Iesum filium Dei & hominis, ex sequentibus rationibus. Prima: quia ibidem paulò post promittitur *vir Oriens mundo affuturus,* profectò non alius quàm ille, qui secundum alium Zachariam Prophe-

Iust: cū Tripho.
Ter: cōt: Iudæos
Lact: li: 4. ca: 14.
Lucæ 1. ℣ 78.

tam posteriorem, in suscepta carne *visitauit nos Oriens ex alto*: tum etiã quòd ibidem promittitur lapis vtiq; Christus Mesias, lapis angularis sine manibus abscissus, & in caput ædificij diuini constitutus, qui etiam septiformi gratia Spiritus S. præ participibus suis esset perungendus. Secunda ratio: Quia verè Christus in agnoe & passione sua, fuit voluntariè præsentatus Deo Patri: cui propter sordes peccatorum nostrorum, propter quas *factus est pro nobis peccatum & maledictum*, improperabat Sathan, *imperium suum mortis quod habebat*, in ipsum per Iudæos tumultuantes exerendo: ex alia parte apparente & assistente sibi Angelo de cœlo, qui confortabat eum. Tertiò: post eiusmodi certamen, & veluti victoriam, datum est Iesu vestimentum mutatorium, hoc est ex clamide ignominiosa, illud gloriosum, *super quo & super fœmore suo scriptum sit, Rex regum, & Dominus dominantium*: in capite autẽ eius data est Cidaris, hoc est diademata multa, *habẽs nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse*, Vestimentum autẽ tantæ glorię & F innocentiæ, nõ satis conueniebat Iesu filio Iosedech, qui sese cũ ceteris alienigeno & illicito cõiugio in Babylone polluisset. Quartò: Solius Iesu Christi redẽptoris merito propria est promisio, quæ ibidem ponitur in hæc verba: *Hæc dicit Dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meã custodieris* (in perficiendo redẽptionis humanę curriculo,) *tu quoq; iudicabis domũ meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui modo hîc aßistunt.* Cui promisioni correspondet illa apud Isaiam: *Et Dominus conterere voluit eum infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.*

Sed omnium maximè præsignabat Iesum Dominum nostrum, Iesus ille seu Iosue filius Nun, Moysis successor, & populi Dei in terram promisionis deductor. Quod quamuis satis comprobet, vel solus S. Iudas Thadæus, qui ad literam eundem Iesum Israelitas ex Ægypto saluasse affirmat, qui rebelles in deserto perdidisset, Pseudoangelos sedibus cœlestibus deiecisset, & Sodomitas igne cœlesti exussisset: quæ sane tria posteriora non nisi de Iesu filio Dei æterno intelligi possunt: Tamen cætera mysteria, quæ exinde Doctores sacri colligere solent, nequaquam sunt omittenda. Primùm quidem est: Inter exploratores, quos Moyses iussu Diuino ex singulis tribubus mittebat ad explorandum terram promisionis, potisimus ponitur Oseæ filius Nun, cui etiam propterea per Moysen nomen fuisse immutatum, vt mox dicetur. Rectè igitur in hoc quoq; officio præsignabat Iesum filium Dei: qui in mortali carne, quodam modo explorauit terram illam viuentium: Primò quidem in sua gloriosissi-

Christus Oriẽs, & lapis angularis, perunctus septiformiter.
Christi in passione cum Sathana certamen.
2. Cor: 5. ✝ 21.
Galat: 3. ✝ 13.
Hebr: 2. ✝ 14.
Typus victoriæ Christi per sanguinem.
Ioan: 19. ✝ 5.
Isa: 63. ✝ 2.
Apoc: 19. ✝ 12.
Iosedech illicitis nuptiis pollutus, Christus verò per omnia impollutus.
Vide Hiero: in Zach: 3.
Lactant: lib: 4. cap: 14.
Zacha: 3. ✝ 7.
Isaiæ 53. ✝ 10.
Iosue typus proprius Iesu saluatoris veri.
Iudæ 1. ✝ 5.
Orig: homil: 1. in libr: Iosue.
Lactant: lib: 4. cap: 17.
Iesus Christus terræ viuẽtium primo explorator, deinde Saluator, & diuisor.
Num: 13.
Iosue 14.

gloriosissima Transfiguratione, adhibitis competentibus testibus: G Moysę quidem, qui prioris explorationis typicę author & director esset: Elias autem, qui terram ipsam viuentium incoleret. Deinde eandẽ explorationem quasi perficiendo, insinuabat ipse Dominus dicens: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Expedit vobis vt ego vadam. Vado enim parare vobis locum: & cùm abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam ad vos, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.* Ad eiusmodi præsignationem, applicant antiqui Doctores illam Prophetiam: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan*, quòd ex eo loco ad populum Dei saluandum, Iosue quidem in litera, Iesus verò in spiritu & veritate procesisset. Secundum mysterium deducitur ex ratione ipsius nominis. Ille enim filius Nun, vocabatur Oseę, vel Auses, vt Græca habet editio. Sed cùm postmodum à Moyse assumeretur ad officium primò exploratoris, deinde ducis populi Dei in terram Chanaan, vocatus erat Iosue seu Iesus, à verbo Iosoah, quod salutẽ designat, vt exinde & ipse saluator populi Dei ex Ægypto (vt attestatur S. Thadæus) euaderet. Cuius rei significatio colligi quoq; potest inde, quòd idem nomen Iesuah habetur Romæ in titulo à Pilato descripto, quem Euangelista causam mortis eius nominauit, non aliam profectò quàm nostram redemptionem & salutem. Sed hoc ipsum clarisimè interpretatur ipse Angelus dicẽs: *Vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*, Vbi etiam obiter sic obseruat Cyrillus: Qui (inquit) nondum genitus est, quomodo populũ habere intelligeretur, nisi antequã nasceretur, fuisset? Et hoc est quod ex eius persona dicitur: *De ventre matris meæ, vocauit nomen*: quia prædixerat Angelus, quòd Iesus vocabitur. Et rursus, propter Herodis insidias: *Et sub protectione* (inquit) *manuum suarum occultauit me.* Hæc Cyrillus. Aliud eius nominis mysterium colligunt antiquisimi Doctores, ex ipsa nominis mutatione, quæ simul nouam aliquam excellentiam vel dignitatem comitaba- H tur. Sic Abraham ob præcellentiam scientiarũ naturalium, dictus erat cũ simplici a, Abram, quasi pater excelsus. Postquam autem ex singulari reuelatione, vnicum verũ Deum cognouisset, ex Physiologo (vt loquitur Clemens Alexandrinus) factus φιλόθεος, hoc est, Dei amator, addita altera litera a, quæ vnius Dei notio esset. Similimodo Sara, initio, sine additione, vocabatur Domina: post susceptam autem promisionem prolis benedicendæ, cum adiectione literæ i, vocata erat Sarai, hoc est Domina mea: Mariam vtiq; matrem veræ benedictionis præsignans. Sic Iacob post luctam illam qua

Transfigurationis Dñcæ mysterium.
Matth: 17. ✝ 2.
Ioan: 14. ✝ 2.
Tert: lib: 4. cõt: Marcionem.
August: contra Faustum lib: 16. cap: 19.
Deut: 33. ✝ 2.
Abac: 3. ✝ 3.
Num: 13. ✝ 1. 4.
Iosue quomodo mutato nomine expresit verũ Iosuham saluatorem.
Iesuah pro Iesus habet titulus Crucis Christi.
Matth: 27. ✝ 37.
Matth: 1. ✝ 21.
Cyril: Ierosol: Catech: 10. illuminat.
Isaiæ 49. ✝ 1.
Nominis mutatio in Iosue dignitatem nominis Iesu. signabat.
Gene: 17. ✝ 16.
Clemens Alex: li: 5. Strõmatu.
Iustin: cum Tryphone sæpe.
Tert: cont: Iudæos, & lib: 3. contra Marcionem cap: 16.
Aug: quæst: in Iosue cap: 1.

Nominum mutatio in veteri & noua lege quid designabat.
Gene: 32. ℣ 28.
Ioan: 1. ℣ 42.
Acto: 9. ℣ 1. ca: 13. ℣ 9.
Marc: 3. ℣ 17.
Iesus nomẽ mysticum ad saluandum.
Acto: 4. ℣ 12.
Dion: Cartusi: in hunc locum.

Iam qua contrà Deum præualuisset, vocatus erat Israel. Simili ratione in noua lege, Simon vocatus erat Cæphas, hoc est petra, seu Petrus; Saulus verò, Paulus: Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, Boanerges, hoc est, filij tonitrui. Obseruant insuper Hebrææ literaturæ scrutatores: sicut in transnominato Abraham, interpositione literæ, ad notionem Diuinitatis pertinentis, eum mysticum (vt diximus) benedictionis nomen fuisse consecutum: sic Ausen istum, vel Oseam, præpositione literę vnius ex nomine Tetragrammaton, verè & realiter expressisse Iosuah, quod sonat Deus saluabit; vt nimirum quidquid officio illius inesset salutis, non ad ipsum, sed ad eum de quo dicimus, Iesum Saluatorem referretur. *Non est enim* (teste Apostolorum Principe) *aliud nomen sub cælo, in quo nos saluari oporteat.* Ideò rectè annotauit Dionysius Carthusianus, nomen Iesus trifariam Christo competere: Primò à potentia saluandi, secũdum suam Diuinitatem: secundum quam rationem vocabatur istud nomen à Deo Patre ab æterno. Secundò, ab habitu saluandi, ab instanti conceptionis suæ, ad perficiendum opus redemptionis nostræ: & sic impositum ei fuit ab Angelo. Tertiò, ab ipso actu saluandi: & secũdum hoc, accepit nomen IESVS in Circumcisione, quando opus redemptionis per proprium sanguinem, quodam modo inchoauit: vt suo loco diximus.

Iesus agnatum nomini Tetragrammaton.
Clemens Alex: lib: 1. Pædagog. cap: 7.
Iustin: cum Tryphone.
Tert: cont: Marcionem lib: 4. cap: 23.
Vide Petrũ Galatinum de arcanis fidei.
Iesus Propheta magn⁹ per Moysen promissus.
Deut: 18. ℣ 15.
Acto: 3. ℣ 22.

Insuper antiquissimi & recentiores Doctores,
I nomen IESVS sic vt diximus intellectum, asserunt repræsentare, vel potiùs ad eloquẽdum disponere, nomen illud Diuinitatis essentiale & alioqui innominabile, Tetragrammaton, à quo etiam primã literam nomen IESVS, vel hoc ipso respectu fuisset mutuatum. Quod comprobât primo ex illis verbis, vbi dicebat Moyses, successorem perpetuum in prophetia relicturus: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies: vt petisti à Domino tuo in Horeb, quando contio congregata est: atq; dixisti: Vtinam non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar.* His enim verbis (vt S. Petrus ex professo demonstrat) promittitur Propheta de gente quidem & cognatione gentis, ex qua prodierat Moyses, hoc est Iudaicæ, similis illi secundum carnem, sed qui vnus semper perpetua successione permaneret: qui tanquam verus Emmanuel, hoc est Deus simul & homo, in denuntiandis cœlestibus decretis, quidquid Diuinum, & veluti ignitum, secundum iustitiæ rigorem procederet, hoc misericordia humanitatis, & meriti sui in redimendo humano genere, temperaret. Talis Propheta in typo quidem erat Iosue, non secundum personæ ipsius & nominis propri-

Hebr: 1. ℣ 1.
Lucæ 7. ℣ 16.
Ioan: 4. ℣ 19.
Iesus nomẽ Dei habẽs, verus saluator, & extremus populi punitor.
Exod: 23. ℣ 20.
Iustin: cum Tryphone.
Tert: loco supra citato.
Idem lib: 2. Testamentorum.
Cypr: cont: Iudæos lib: 2. ca: 5.
Angelus faciei & magni consilij Christus.
Isa: 63. ℣ 8. 9. ℣ 6. iuxta 70. interp.
Iustin: loco citato.
Hieron: super Isaiæ 6.
Gene: 32. ℣ 24.
Hebr: 4. ℣ 8.

etatem, sed secundum denominationis & officij (vt hactenus dictum est) præsignationem. Re ipsa autem Propheta ille est Iesus Saluator, hodie Circumcisionis titulo nobis promulgatus. *Ab initio enim mundi,* secundum Apostolum, *Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum.* Eum certè Prophetam tot miraculis præstiterat sese Dominus, quando turbæ conclamabant: *Surrexit Propheta magnus, & visitauit Dominus plebem suam.* Idipsum mulier illa Samaritana contestabatur, dicens: *Domine vt video Propheta es tu, &c. Cùm ergo venerit Messias qui dicitur Christus, scio quod annuntiabit nobis omnia: Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.* Por-
K rò quantæ dignitatis & authoritatis futurus fuisset Propheta ille, ipse Deus testatur, quando per eundem Moysen breui moriturum, de futuro successore populum suum ex Aegypto commigrantem, sic alloquitur: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & conducat in locum, quem præparaui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec cõtemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaueris: & est nomen meum in illo.* Quæ verba clarè indicant, quòd Iosue, non erat iste Angelus, sed ipse Dei filius, ille quem Isaias præuidit, *Angelus faciei Dei,* hoc est Verbum æternum Dei Patris, *qui* (vt ibidem loquitur) *populi Dei, filiorum non negantiũ, futurus esset Saluator.* Ille inquam secundũ eundem Isaiam, *magni consilij Angelus*: quia vt loquitur Iustinus Martyr, res magnas, quas in cõsilio suo cõstituerat Pater, erga homines omnes sibi placitos & placituros, & aduersus eos, qui à volũtate eius desciuissent, homines iuxta & Angelos, vnicus ipse, clarè & apertè docuit. Cùm autem apud Isaiam immediatè sequâtur hæc verba: *Deus fortis, Pater futuri sæculi*: rectè omnia accipi possunt de Iesu Dei filio, qui in specie Angeli luctando cum Iacob, fortem & Deum sese exhibuit; & hæreditate cœlesti nobis communicata, Pater futuri sæculi extitit. Iam verò reliqua etiam verba Moysis, non Iosue, sed Iesu Christo correspondent. Iesus enim verè erat Dei filius, qui Israelitas in deserto præcedebat in columna ignis & nubis, & subsequendo veluti petra eosdem protegebat. Quod etiam alibi contestatur idem Apostolus dicens: *Si populo illi Iesus seu Iosue requiem veram præstitisset, nunquam* (Dauid) *de alia requie loqueretur, ad quam veluti perfectum Sabbatismum populus Dei esset perducendus.* Vbi etiam Apostolus pœnas rebellis illius populi, quibus plectebatur in deserto, comminatur populo in noua lege, tanquam ab eodem ipso authore infligendas. Idipsum multò ex-
L pressiùs S. Thadæus Apostolus, asserit, verum Iesum vel Saluatorem populi Dei ex Aegypto, eiusdemq; punitorẽ, extitisse, eundẽ ipsum, qui Ange-

qui Angelos Apoſtatas cœlo deturbatos gehennæ perpetuæ addi-
xiſſet, & Sodomorum regionem igne cœleſti abſumpſiſſet. Tantò
igitur conuenientiùs de illo intelligi debet, quod dicit Moyſes: *Ob-*
ſerua illum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: (nimirum propter
exinanitionem ad formā hominis & ſerui, vſq; ad mortem crucis)
Ioan: 5. ℣ 22. *quia non dimittet, cùm peccaueris:* (*Pater enim non iudicat quenquam, ſed omne iu-*
Hebr: 2. ℣ 2. *dicium dedit filio, quia filius hominis eſt*) *Eſt tamen nomen Dei in illo,* quia eſt na-
Hebr: 1. ℣ 1. tura ipſa & eſſentia, ſecundum quam, iuxta Apoſtolum, *nouiſsimè locu-*
Ioan: 10. ℣ 10. *tus eſt nobis in filio.* Ideo dicebat ipſe: *Ego & pater vnum ſumus.* Et: *Mea do-*
Ioan: 7. ℣ 16. *ctrina non eſt mea, ſed eius qui me miſit, & qui in me loquitur Patris.* Huius rei
Angelus Princeps exercitus populi Dei Ioſue apparens, erat filius Dei. figura ſatis euidens exhibita fuit in ipſo Ioſue. Cùm enim ingreſ-
ſum terræ promiſsionis, à primo eoq; fortiſsimo eiuſdem propu-
gnaculo, ciuitate nimirum Iericho eſſet aggreſſurus, apparuit ei in
agro loci eiuſdem vir euaginatum tenens gladium: Ad quem ille
Ioſue 5. ℣ 13. perrexit, & ait: *Noſter es tu, an aduerſarius? Qui reſpondit: Nequaquam: ſed*
ſum princeps exercitus Domini: & nunc venio. Cecidit Ioſue pronus in terram, &
adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Solue, inquit, calcea-
mentum tuum de pedibus tuis. Locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Fecitq; Ioſue vt ſi-
bi erat imperatum. Ibi enim in manifeſtò eſt, eum qui apparebat, non
fuiſſe ſimplicem aliquem hominem ſeu virum, vt totus contextus
ſenſusq; verborum indicat. Non poteſt etiam cenſeri Angelus: eò
quòd aliquoties nominatus, nunquam tamen nomine Angeli: quod
tamen ſcriptura in ſimilibus apparitionibus, vbi Angeli ſpecies eſt,
non ſolet reticere. Conſequitur ergo fuiſſe Dei filium, vel Angelum
eum propriè repræſentantem, in aſſumpta aliqua ſpecie humana,
quæ ſi creaturæ Angelicæ ſæpius conceſſa erat, magis Angelorum
creatori & Domino, in typum veræ carnis aſſumendę famulabatur.
1. Quod certè aliquot rationibus euadit firmiſsimum. Primò: quòd M
cùm ille in forma viri apparuiſſet: poſtea tamen Dominus, hoc eſt
2. Deus, à Ioſue appellatur, & factis ſeſe comprobat. Deinde: quòd
Iuſtinus Martyr Dialogo cū Tryphone. requiſitus à Ioſue: *Noſterne es, vel contra nos? reſpondit: Nequaquam: ſed ſum*
Princeps, (vel vt Iuſtinus vertit) Archidux *exercitus Domini.* Primò e-
nim quando ſe dicit eſſe Principem exercitus Dei, oſtendit ſe eſſe
verum Ieſum ſeu ſaluatorem, illius quidem populi tunc ex ſeruitu-
te Aegypti, totius autem generis humani, ex ſeruitute peccati, ſi-
Matth: 1. ℣ 21. cut Angelus Ioſepho explicabat, dicens: *Vocabis nomen eius Ieſum: Ipſe*
enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Deinde requiſitus: *No-*
Sap: 18. ℣ 13. *ſterne es an aduerſarius?* reſpondet per particulam exquiſitè negātem:
Lucæ 11. ℣ 21. *Nequaquam:* Sic enim non obſcurè *durus ille è ſedibus regalibus debellator, &*
fortis ar-

fortis armatus, hac veluti teſſera militari proteſtatur, ſe eſſe illum
promiſſum Emmanuelem, qui homo factus habitauit in nobis, neq;
nos fratres ſuos vocare erubuit. Tertia: Quia ſicut antea Moyſi 3.
in rubo, hoc ipſum Verbum incarnandum, præſignauerat naturam Exod: 3. ℣ 2.
ſuam Diuinam in igne (*Deus enim ignis conſumens eſt*) ſic eius ſucceſſo- Deut: 4. ℣ 24.
ri in præſenti myſterio, in ſpecie viri, exhibet aſſumendam hu-
manitatem, per quam, & in qua, victoriam ex hoſte infernali fu-
iſſet reportaturus. Ideo ſicut in priori illa viſione, ſic & in iſta
Deus manifeſtè præſentiam ſuam conteſtatur, dicens: *Solue calcea-* Exod: 3. ℣ 5.
menta de pedibus tuis: Locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt: non alio vtique re- Ioſue 5. ℣ 14.
ſpectu, quàm propter veri Dei præſentiam, homini adeò famili-
arem. Quartò idipſum coniicitur ex operibus. Ille enim ipſe qui 4.
apparuit, aſſeuerat ſe tanquam Deum verum, tradidiſſe in manus
Ioſue Ciuitatem Iericho, cum Rege & incolis eius: rurſus au-
tem tanquam Archidux reſpectu humanitatis, eiuſdem expu-
gnationem, myſterio redemptionis ſuæ futuræ pleno, edocet.
Poſtremò hoc ipſum ſatis conuincit adoratio Diuina, quam Ioſue 5.
procidens exhibet illi, qui apparuerat, Dominum eum compel-
lans: qualem profectò honorem Angelus bonus nequaquam ſuſti-
nuiſſet. Eiuſdem nominis virtuti attribuit Iuſtinus Martyr, quòd Iuſtin: Dialogo
boues, recluſis domi earum vitulis, Arcam Dei ex terra Philiſtina cum Tryphone.
deportantes, ſpontaneo, ſed fatali quodam, nec in dextram nec in 1. Reg: 6. ℣ 13.
ſiniſtram progreſſu, non alibi conſtitiſſent, quàm in agro Ioſue
Bethſamitis: vnde etiam Sacrificio exacto, Arca ipſa in locum ſuū
N reduceretur: Quæ ſanè omnia virtute futuri Saluatoris exacta ſūt,
qui ſicut olim Iudæos ex Aegypto, ſic populum ſuum ex captiuita-
te Sathanæ, per proprium, non vitulorum ſanguinis ſacrificium, ad Ioſue opera per Ieſum filiū Dei conſummata.
terram viuentium fuiſſet reducturus. Iam verò & operibus Ieſus
filius Nun, Ieſum Dei filium adumbrabat, nec tamen vllo modo ad- Iuſtin: cū Tryphone.
æquabat. Ille enim in conflictu hoſtili, Solem iam declinātem cō-
ſiſtere fecit: hic verò *Sol ipſe iuſtitiæ,* paſsione ſua *ſuper occaſum aſcendens,* Hier: ad Paulinum, & in Epiſt: Paulæ ad Marcellam.
& Dominum creaturarum ſeſe oſtendens, ſolem in medio diei, &
luna oppoſita, contra naturæ ordinem, obſcurauit. Ioſue tempo-
ralem hæreditatem, per ſortes populo diſtribuit, Ieſus filiis per ad-
optionem gratiæ aſſertis, ampliſsimam & æternam conceſsit fœli- Cyril: Ieroſ: Catech: 10. illum.
citatem, ſine modo & menſura, *quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec* Ioſue 10. ℣ 13.
in cor hominis aſcendit. De quo etiam S. Bernardus: Duos (inquit) Ieſus Lucæ 22. ℣ 24.
lego, in typo huius quem nūc in manibus habemus, præceſsiſſe, am- Bern: ſer: 2. de Circumciſione.
bos populis præfuiſſe: quorum vnus populum ſuum Babylone e- Malac: 4. ℣ 2.
duxit, Pſal: 67. ℣ 5.

duxit, alter ſuum in terram promiſsionis introduxit. Et illi quidem eos quibus præerant, ab hoſtibus deffendebant, ſed nunquid ſaluabant à peccatis eorum? Is autem noſter I*ESVS*, à peccatis ſaluat populum ſuum, & introducit in terram viuentium. Et alibi excel-

Nomen IEſus reliqua in ſe cõplectitur.
Iſaiæ 9. ✠ 6.

lentiam huius nominis ſic proſequitur. *Vocabitur*, inquit Iſaias, *nomẽ eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis.* Magna quidem nomina: ſed vbi eſt nomen, quod eſt ſuper omne nomen, *nomen Ieſu, in quo omne genu flectitur?* Et poſtquam ſingula prædicta nomina ad ſolum hoc nomen I*ESVS* accommodaſſet, oſtendit, quòd ſicut omnia flumina in mare intrant, ex eoq; profluũt, ſic nomen I*ESVS* omnia nomina excellentię & perfectionis in ſeſe con-

Sicut ex Deo Patre omnis paternitas: ſic ex filio, omnis filiatio & adoptio.
Epheſ: 3. ✠ 14.

tinet, & in alia nomina ſeſe diffundit. Si enim Deus Pater adeò Pater eſt, vt ſecundum Apoſtolum: *Ex eo omnis paternitas in cœlo & in terra denominetur*: Sic dici poteſt, filium in tantum eſſe filium, vt ex eo omnis filiatio in cœlo & in terra, & conſequenter etiam gratiæ adoptio, & hæreditas æterna, deriuetur. Poſtremò huius nominis

Sibylla nomen & vitam Chriſti artificioſe complexa.
Aug: de Ciuit: lib: 8. cap: 23.
Idem epiſt: 119.
Euſe: Cæſar: de vita Conſtant.
Lact: lib: 4. ca: 6.

myſteria iam pridẽ expreſſerat Sibylla Erithræa, primò ex literis & ſyllabis myſteria ſacra huius nominis oſtẽdens: deinde Græcis verſibus, quorũ primæ literæ exprimerent hæc verba, I*ESVS CHRISTVS, DEI* filius Saluator, Crux. Ex quibus etiam literis Auguſtinus colligit triplicem expreſsionem Octonarij numeri, qui certo myſterio beatitudinem deſignat. Sed de notione & dignitate tanti nominis dicta ſufficiant: reliquũ eſt, vt ad eiuſdem nominis virtutẽ, & exinde honorationem & imitationem, ſermonẽ conuertamus.

Secunda Pars.

Nominis I*ESV* dignitas & virtutes.
Rom: 1. ✠ 4.



Vm ſuperiùs oſtenderimus, nomen I*ESVS* non fuiſſe ſubſecutum Chriſti Natiuitatem, vt cõmuniter alia nomina, ſed prædeſtinatum fuiſſe diuinitus ab æterno, iuxta illud Apoſtoli: *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei virtute*: mirum videri non debet, non ſolùm rem nominatam, ſed ipſum etiam nomen, virtutem ſui nominati continere. Quod aliquot argumentis ex ſacra ſcriptura

Ieſus nomen æquipollet Trinitati in Baptiſmo
Matt: 28. ✠ 19.
Acto: 2. ✠ 38. cap: 8. ✠ 12. ca: 9. ✠ 18. cap: 22. ✠ 16. cap: 10. ✠ 48.
1. Cor: 1. ✠ 14.
Galat: 3. ✠ 27.

oſtendemus. Primò: quia cùm forma Baptiſmi inſtituta ſit in nomine totius Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: tamen plerumq; per Apoſtolos reſtricta fuit, ad inuocationẽ & virtutem ſolius nominis I*ESV*. Sufficiet autem aliqua loca referre, reliquis in margine notatis: In prima concione *Actor*: 2. Princeps Apoſtolorũ loquitur: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum, in nomine IESV Chriſti, in remiſsionem omnium peccatorum veſtrorum.* Actor: 8. *Cùm verò credidiſſent*

didiſſent Philippo euangelizanti de regno Dei, & in nomine IESV Chriſti baptizabuntur viri & mulieres. Actor: 9. & 22. Dicit Ananias Saulo: *Exurge & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipſius, id eſt Domini Ieſu.* Act: 19. Sanctus Paulus Epheſi inuentis Chriſtianis qui ignorarẽt quid eſſet Spiritus ſanctus, intellexit eos baptizatos fuiſſe Baptiſmo Ioannis: poſtea illos ſic inſtruit: *Ioannes baptizauit Baptiſmo Pœnitentiæ populum dicens: in eum qui venturus eſſet, vt crederent, hoc eſt in Ieſum. His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu.* 1. Cor: 1. *Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Secundò: Opus ſalutis & redemptionis

Virtus prædicationis Euangelicæ nomini IESV attributa.
Marc: 16. ✠ 17.

noſtræ per fidem, eiuſq; prædicationem, Chriſto in cœlum cõſcendente, iſto etiam ſolo nomine eſt inſignitum, & veluti conſignatũ, dicente Domino: *Signa autẽ eos qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo Dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent: etſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Atq; iſta effatus Dominus, dicitur ab Euãgeliſta in cœlũ aſſumptus eſſe, & ad dexteram Dei conſediſſe: vt vel inde authoritas, & virtus tanti nominis mortalibus comprobaretur. Ter-

Miracula & virtutes Apoſtolorum in nomine Ieſu.
Acto: 2. ✠ 21.
Ioel: 2. ✠ 32.

tiò: quidquid poteſtatis & virtutis ſpiritualis Apoſtoli in conuertendo mundo exercuerunt, id ad iſtud nomen reuocabant. Vt autẽ aliqua exempla adducamus: D. Petrus in prima ſua illa concione Apologetica, in die Pentecoſtes, Prophetiam de viſibili miſsione Spiritus ſancti, concludit illis verbis. *Et erit: Omnis qui inuocauerit nomen Dei, ſaluus erit.* Quod nomen ſtatim applicat ad Ieſum Nazarenum, qui vt homo paſſus & mortuus, viciſsim tanquam Deus ad gloriam reſurrexiſſet. Iudæis verò eius oratione compũctis, & dicentibus: *Quid faciemus viri fratres: Reſpondet: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum veſtrorum, & accipietis vnctionem Spiritus ſancti.* Rurſus quando Petrus cum Ioanne hominem à natiuitate claudum, ſolo nomine Ieſu perfectæ ſanitati reſtituiſſent, populuſq; eos veluti quædam numina conſpiceret: Dicebat

Acto: 3. ✠ 12.

Petrus: *Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Deus glorificauit filium ſuum Ieſum, &c. & in fide nominis eius hunc quem vos videtis & noſtis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.* Et poſtmo-

Acto: 4. ✠ 10.

dum cùm Apoſtoli in carcerem coniecti, in ſenatu quærerentur, in qua virtute, & in quo nomine tantum miraculum ediđiſſent: Reſpondit Petrus: quòd in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ab illis quidem crucifixi, ſed à Deo reſuſcitati, in quo & nõ in alio eſt ſalus. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Si-

Pauli vocatio, prædicatio, & virtutes, in no-

militer & vas electionis Paulus, *non ab homine neq; per hominem, ſed per Ieſum Chri-*

mine Iesu, non tanquam hominis.

Acto: 9. ℣ 5. 15. Galat: 1. ℣ 1. 11. Acto: 19. ℣ 12. Acto: 5. ℣ 15. Paulus per Dionysium nōdum fidelem, cœcum sanauit.

Iesus nomē mirabile, Iacob Patriarchā sub mysterio celatur.

Gene: 32. ℣ 29. Gene: 28. ℣ 12.

Nominis Iesu diuersæ & stupendæ virtutes.

Psal: 110. ℣ 10. Sap: 18. ℣ 10. Apoc: 12. ℣ 11. cap: 13. ℣ 8. Sap: 18. ℣ 13. Psal: 18. ℣ 7. Lucæ 10. ℣ 17.

Virtus nominis Iesu cōtra Dæmones, apud Catholicos, secus apud Hæreticos.

Luc: 11. ℣ 18. 23. 2. Cor: 6. ℣ 15. Matth: 6. ℣ 24.

sum Christum, ad dexteram Dei residentem, vocatus est ad Apostolatum, vt portaret nomen eius coram gentibus & regibus, & filiis Israel: cui etiam illico ostensum fuit, quanta oporteat illum pro isto nomine pati. In hoc nomine sudaria & semi- Q cinctia Pauli, & vmbra Petri, varios morbos persanabant, & mortuos ad vitam reuocabant. Quin etiā virtutem huius nominis fertur Paulus Dionysio adhuc incredulo concessisse, vt cœcum natum lumini restitueret. Hoc est illud mirabile nomen, quod olim Iacobum Patriarcham celatur, donec luctæ victoria per fortiorem armatū superata ab ipso victore, militibus suis, quasi per scalam cœlestem communicetur. Hoc nomen iuxta Psalmistam sanctum est, simul & terribile: Sanctum quidem Angelis, & piis fidelibus: terribile autē Dæmonibus, & qui sunt ex parte eius peccatoribus. Istud nomen omnibus verè credentibus erat semper turris fortissima, contra omnes Diabolicos insultus. In virtute huius nominis boni Angeli Apostatas angelos vicerunt, in sanguine agni (ab origine mundi occisi) & propter Verbum testimonij sui. Hoc est illud Verbum omnipotens, quod exiliens de cœlo, de regalibus sedibus, vt gigas fortis, ad currendam viam redemptionis nostræ, durus debellator, & stans in terra vsque ad cœlum attingendo: suis fidelibus dicentibus: *Domine, etiam Dæmonia subiiciuntur nobis in tuo nomine: respondit: Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem: Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Vnde ad hæc nostra tempora in confesso est, per exorcismos nomine & virtute IESV concinnatos, Dæmonia ex corporibus hominum, & aliis creaturis eiici, & omnem Diabolicam potestatem propulsari. Quæ potestas non nisi in successoribus fidei Apostolicæ reperitur: vt vel hac nota ab illis Hæretici & Schismatici discerni queant. Sicut enim Catholicis veris conuenit illa ratiocinatio ipsius Saluatoris: *Si Sathanas Sathanam eiicit, quomodo stabit regnum eius?* quippe qui Dæmones eiiciendo, nil cum illis cōmune habere possint: Sic Hæreticis & Schismaticis competit, quod subinfert Dominus: *Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Quia enim nulla conuentio Christi ad Belial. & nemo potest duobus Dominis seruire:* illi R dum vel caput ipsum, hoc est veritatem & consensum fidei impetunt, vel corpus Christi quod est Ecclesia, scindunt, ita quidem vano professionis Christianę titulo, Christum pro Domino agnoscunt, vt interim Diabolum quoq; sibi dominari patiantur. Idipsum dicēdum est de Catholicis nomine, sed qui reipsa Dæmonibus addicuntur, per pacta & commertia cum illis explicita, vel implicita, Magica ludi-

Christiani Dæmonibus participantes, nominis Iesus exortes.

ca ludibria, incantationes, veneficia, & alias ad genus Diabolicas imposturas, quorum corruptissimo hoc sæculo plena sunt omnia. A quibus nec illi prorsus immunes fiunt, qui talia depellendo, non ad nominis & Crucis Iesu virtutē, sed ad similia Diabolica ludibria, veriùs quàm præsidia, confugiunt. Eiusdem nominis virtus & inuocatio, cum recta & ardenti fide, propulsat, omnes animæ, corporis, & fortunarum, aduersitates, prauos affectus extinguit, & è conuersò, bona desideria, & pios motus virtutum excitat. Hoc enim est illa æterna sapientia, cum qua fatetur Salomon omnia sibi bona aduenisse. Ne autem in illis recensendis longiores simus, audiamus S. Bernardum, sic ea breuiter complectentem: Nec tantū (inquit) lux est nomen Iesu, sed est & cibus. An non toties cōfortaris, quoties recordaris? Quid æquè mentē cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus: virtutes roborat: regenerat mores bonos atque honestos, castas fouet affectiones? Aridus est animę omnis cibus, si non oleo isto infunditur: Insipidus est, si nō hoc sale conditur: Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est & medicina. Tristatur aliquis nostrum? veniat in cor IESVS, & inde saliat in os, & ecce ad exortū nominis, lumen nubilum omne diffugit, redit serenū. Labitur quis in crimen, currit insuper ad laqueū mortis desperando: nōne si inuocet nomen vitæ, cōfestim respirabit ad vitā? Cui aliquan-
S do stetit ante faciem salutaris nominis duritia (vt assolet) cordis, ignauiæ torpor, rancor animi, languor acediæ: Cui fons forte siccatus lachrymarum, inuocato IESV, non continuò erupit vberior, fluxit suauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti, inuocatum virtutis nomen, non satis fiduciam præstitit, depulit metum? Cui quæso in dubiis æstuanti & fluctuanti, non subito ad inuocationem clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduersis diffidenti, iam iamque deficienti, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animæ isti sunt, illud medicina. Deniq; & probare licet: *Inuoca me, inquit, in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restingit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cùm nomino IESVM, hominem mihi propono mitem, & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni deniq; honestate ac sanctitate conspicuum, eundemq;

Nomen Iesus omnia bona inducit, & aduersa propulsat.

Bern: ser: 15. in Cantica.

Sapi: 7. ℣ 10.

Nota

Psal: 49. ℣ 15.

Iesus nomē non est nudū & inane fidelibus.

demq; ipſum Deum omnipotentem, qui ſuo me & exemplo ſanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia ſimul mihi ſonant, cùm inſonuerit *IESVS*. Hactenus Bernardus.

Adorationis nominis Ieſu rationes.

Ex his quæ hactenus dicta ſunt, ſatis conſtare poteſt, in quanto honore, & veneratione, illud Sanctiſsimum nomen Chriſtianis eſt habendum. Hoc tamen aliquot aliis rationibus inſuper aſſerere non grauabimur.

1.

Deus in filio vt viſibilis ſic in Ieſu nominabilis.

1. Tim: 6. ℣ 15.
Ioan: 1. ℣ 18.
cap: 14. ℣ 9.
Coloſ: 2. ℣ 9.

Prima quidem: quòd nomen in hoc noſtro Ioſue ſeu Ieſu, Deus ſuum vocauerit, vt paulò ante oſtendimus. Nec immeritò quidem. Sicut enim Deus natura ſua inconſpicuus, in filio ſuo propter inhabitantem plenitudinem diuinitatis corporaliter, factus eſt nobis viſibilis: ſecundum quod ipſe conteſtabatur dicens: *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Ad eundem modum, quamuis in natura ſua ſit incomprehenſus, & innominabilis: tamen in eodem filio, factus eſt nobis Angelo veluti cœlitus interprete, nominabilis. T Iam verò nomen Dei cùm non ſit extra ipſam ſuam eſſentiam (omnia enim ſecundum Theologos quæ in Deo ſunt, ſunt ipſe Deus) quis negabit nomen hoc, ſicut ipſam eſſentiam eſſe adorandum?

2.

Ieſus Trinitatem virtute repræſentat.

Matth: 28. ℣ 19.

Secundò: Quando Dominus cœlos conſcenſurus dicit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti:* Nemo (ſi modò fidelis eſt) negauerit, nomen hoc eſſe totius diuiniſsimæ Trinitatis, cui ſine vlla hæſitatione adoratio debeatur. Sed ſuperius oſtendimus, eam ipſam virtutem & operationē in Baptiſmo, ſoli nomini *IESV* applicari: Conſequitur igitur, nomen ipſum non minùs quàm totius Trinitatis eſſe adorandum.

3.

Deus filium ſuum vtiq; Ieſum, in mundo adorandum præcepit.

Hebr: 1. ℣ 6.
Galat: 4. ℣ 6.

Tertiò: Quia ſecundum Apoſtolum, *Deus cùm filium ſuum introduceret in Orbem terrarum.* (tunc vtique quando miſit filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, quam hodierna Circumciſione primùm conteſtari voluit) *dixit: Adorent eum omnes Angeli Dei.* Cùm autem idem ipſe filius Dei per ipſum Angelum hoc nomine definitus ſit, procul dubio, nomen etiam ipſum ab Angelis adoratum, magis ab hominibus, ex quibus & propter quos filius Dei apparuit, adorari debet.

4.

Nomen Ieſus ex merito iuſſu Dei Patris adorandum.

Philip: 2. ℣ 9.

Christus habet formam Dei, ergo & nomē Dei.

Hieron: ſuper Ierem: cap: 23.

Quartò: Ipſe Deus hoc decernit, meritum in perſona Chriſti exactum, ad nomen etiam ipſum extendi oportere; quoniam per Apoſtolum non humanitus ſed cœlitus edoctum & miſſum, atteſtatur: Primò quidem, *IESVM* Chriſtum *fuiſſe in forma Dei:* qui autem habet formam ſeu naturam Dei, habet nomen Dei: Siquidem, ſecundum B. Hieronymum, ex verbis, & interpretatione nominum, ſepè res oſtenduntur. Deinde poſtquam intuliſſet voluntariam eius exinanitionem ad formam hominis & ſerui, & tali exinanitione obedientiam

entiam vſq; ad mortem Crucis: ſubijcit hæc verba: *Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine* V *Ieſu, omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

Nomini Ieſus cultus latriæ cur competat.

In quibus verbis, quia dictum erat, nomen *IESVS*, quod filio Dei facto homini fuit impoſitum, & propter meritum Paſsionis ſic exaltatum, ab omnibus tamen creaturis eſſe adorandum: ne quis id (vt hodie faciunt Hæretici) idololatriæ imputaret: mox additur quaſi declarando, vt omne genu eiuſmodi adorationi, ſic omnem linguam eiuſmodi confeſsioni ſubijci, quia *IESVS* Chriſtus eſt in gloria Patris: proptereaq; nomen hoc adorari, quia eſt nomen propriæ perſonæ filij Dei, in qua etiam verè, quamuis per inſtrumentum humanæ naturæ, meritum redemptionis humanæ exegerit.

Cur nomen Ieſus, non Chriſtus præcipuè adoratur.

Atq; exinde prodit ſeſe ratio, quæ Hæreticos inſulſos adeò torquere ſolet: cur nimirum nomen Ieſu à nobis adoretur, & non nomen Chriſti, (quamuis & illud nobis ſit venerabile) cùm tamen vtrumq; ſaluatori noſtro conueniat? Quia nimirum nomen *IESVS* proprium eſt eius perſonæ, quæ Diuina eſt, & quatenus eſt ſaluator ac reparator totius vniuerſi: Chriſtus verò eſt nomen officij, & ſuſceptæ vnctionis, quæ in natura humana erat inſtrumentum redemptionis noſtræ.

Ieſus & Chriſtus quomodo filio Dei competunt.

Alexander Ales.
Bonauentura.

Ideo quidam Theologi vtuntur iſta diſtinctione: Ieſus eſt nomen Diuinitatis relatæ ad humanitatem relatione rationis: Chriſtus autem, eſt nomen humanitatis, relatæ ad diuinitatem, relatione reali.

5.

Ieſus nomen adorandum docet ſcriptura.

Mariæ, Ieſus nomē Sanctum & adorandum.

Lucæ 1. ℣ 47.
Iren: lib: 2. ca: 11.

Quintò adoramus hoc ſanctiſsimum nomen, quia Spiritus Sanctus in ſcripturis Diuinis hoc ipſum nos edocet: Prodeat prima in medium ſanctiſsima noſtra Prophetiſſa, & digniſsima Dei mater, cuius os in Circumciſione, ſicut Dei ipſius in æterna prædeſtinatione, iſtud nomen nominauit. Quæ poſtquam intellexiſſet, exultaſſe Ioannem in vtero Elizabethæ, in Cantico ſuo, ipſa quoq; ſentit & fatetur, ſpiritum ſuum, quo nō minus quàm carne Verbum æternum concepiſſet, exultaſſe in Deo ſalutari ſuo, hoc eſt fructu illo ventris ſui benedicto, quod ibidem ſalutare, hoc eſt Ioſuah ſeu Ieſum X nominat. Quem celebrat, quòd feciſſet ſibi magna, vt nimirum ex ancilla, mater Dei euaderet; eò quòd nomen eius eſſet ſanctum, hoc eſt, diuina virtute præditum: proptereaq; (vt initio propoſuerat) magnificandum, ſeu adorandum.

Dauid quantopere nomen Ieſus in myſterio celebrat.

Pſal: 71. ℣ 15.

Comitetur filiam ſuam Dauid Propheta, qui ſecundum ſingulas circumſtantias, ad nomen hoc collaudandum & honorandum inuitat. Primò, ratione temporis, Pſal: 71. *Sit nomen eius benedictum in ſecula: ante ſolem permanet nomen eius.*

Psal: 112. ℣ 3. Mala: 1. ℣ 11. Psal: 47. ℣ 11. Colos: 3. ℣ 23.

eius. Deinde ratione loci, Psal: *112. A solis ortu vsq; ad occasum, laudabile nomen Domini*: & Psal: *47. Secundum nomen tuum, sic & laus tua in fines terræ.* Prosequantur istam dignationem, duo absolutissimi magistri cœlestis discipuli, Ioannes quidem ex pectore mortali, Paulus verò ex throno glorioso, edocti: qui cùm in scriptis suis mentionem magistri sui, per nomen magis familiare Christus, enuntiare potuissent: tamen plus quàm quingentis vicibus *IESVM* nominant. Sed & S. Ignatius, Mariæ & Ioannis discipulus, istud nomen, quod in ore assiduè gereret, in corde etiam, aureis literis scriptum tenuisse in martyrio compertus est. Porrò modum talis honoris edoceat idem Apostolus, sic inquiens: *Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, in nomine Domini nostri IESV Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum*: quæ gratiarum actio vtiq; sine debito honore fieri non potest. Concludat hoc testimonium adorandi verum nomen *IESVS*, typicus ille Iesus filius Sirach. Qui postquam enumerasset multa fortia & mirabilia opera Dei, quæ fecisset ille filius Dei, qui ab initio plantauit abyssum (sicut superiùs explicuimus) tandem in eius laudes sic prorumpit: *Glorificantes Dominum quantumcunq; potueritis, superualebit adhuc. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude. Exaltantes eum, replemini virtute. Ne laboretis: non enim comprehendetis.* Hæc ibi.

Ioannes & Paulus Apostoli Iesum vbiq; sonant.

Ignatius autem in corde etiam mortuus.

Marc' Michael Cortoniẽsis, de viris illustribus.

Iesus Sirach typicus, quantopere verum Iesum celebrandum edocet.

Eccli 43. ℣ 32.

6. Sextò: dignitatem tanti nominis expressit Apostolus sic inquiens: De spiritualibus nolo vos ignorare, fratres. *Scitis quoniam cùm gentes essetis, ad simulachra muta perducebamini, euntes: Ideò notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit Anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus IESVS, nisi in Spiritu Sancto.* Vbi docet Apostolus, nomen *IESVS* quamuis filio Dei, tanquam homini impositũ fuisset, nõ propterea tamen illud spirituali & diuina virtute, quæ Spiritui sancto naturaliter cohæreat, & consequenter diuina veneratione, excidere: Sed sicut eius honoratio ex Spiritu diuino, sic eius anathema ex spiritu maligno, proficiscatur. Quem sensum elucidat, quod apud S. Marcum sic legitur: *Respondit Iesu Ioannes dicens: Magister, Vidimus quendam in nomine tuo eiicientem Dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum. Iesus autẽ ait: Nolite prohibere eum: Nemo enim est, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito malè loqui de me.* Exinde igitur consequitur, quòd nos Catholici, nomen Iesu, quamuis in carne Dei filio impositum, spiritualiter accipiendo, & non ampliùs Christum secundum carnem cognoscendo, neque nuda elementa, sed virtutem illius attendendo, propterea in Spiritus sancti naturę communicatione illud adoramus. Et sicut olim Augustinus in Deo æterno, sic nos in Verbo eius æterno,

Paulus nomini Iesu honorem non anathema indicit.

1, Cor: 12. ℣ 1.

Nomẽ Iesus Catholici ex Spiritu S. adorãt: hæretici ex spiritu maligno blasphemant.

Marci 9. ℣ 38.

Hæretici carnales Christũ gloriosum secundum carnem recognoscunt.

2. Cor: 5. ℣ 16. 1. Petr: 4. ℣ 14. Iudæ 1. ℣ 10. 19. Aug: cont: Origenistas cap: 5.

æterno, non syllabas, sed quod sonant attendimus. Hæretici autem *animales Spiritum non habentes*, prout sensu gentilico ducuntur, elementare tantùm simulachrum ex literis & syllabis (vt ipsi nos calumniantur) contextum, in hoc sacratissimo nomine attendentes,

Caluinus.

virtutem illius, quam etiam Dæmonia agnouêre, prorsus abnegant, & sic illi anathema dicunt: idq; non ex Spiritu Dei, sed spiritu Diaboli: proptereaq; tantum flagitium (quia spirituale, & Spiritus sancti operationi colligatum nomen blasphemant) in præsenti & futuro sæculo nunquam expiaturi. Restat vt sermonem istum verbis S. Bernardi concludamus: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Vtinam & me peccatorem dignetur Dominus Iesus annumerare populo suo, vt saluum me faciat à peccatis meis. Verè enim & *beatus populus, cuius iste Iesus Dominus Deus eius*: quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vereor autem, ne multi se profiteantur esse de populo eius, quos tamen ipse nõ habeat pro populo suo: Vereor ne plerisq; qui quęri in populo eius religiosiores esse videntur, ipse aliquando dicat: *Populus meus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Nouit enim Dominus* IESVS, *qui sunt eius, nouit & quos elegerit à principio. Quid me vocatis* (ait) *Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Vis scire an pertineas ad populum eius, vel potiùs vis esse de populo eius? Fac quæ dicit Iesus: & computabit te in populo suo. Fac quæ iubet in Euangelio Dominus Iesus, quæ iubet in lege & Prophetia, quæ iubet per ministros suos, qui sunt in Ecclesia: obtempera eius vicariis *præpositis tuis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam discolis: & disce ab ipso Iesu, quia mitis est, & humilis corde*, & eris de beato populo eius, quem elegit in hæreditatem sibi: eris de laudabili populo eius, *quem Dominus exercituum benedixit, dicens: Opus manuum mearũ tu es hæreditas mea Israel.* Cui (ne fortè Israel carnalem æmuleris) etiam testimonium perhibet dicens: *Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Quod nobis præstare dignetur IESVS Christus verus Saluator noster, cum Deo Patre & Spiritu sancto in æuum benedictus. Amen.

Hæreticorum blasphemia nominis Iesus est peccatum in Spiritum sanctum.

Matth: 12. ℣ 32.

Peroratio sermonis: exhortatoria, de veris cultoribus & sectatoribus Iesu.

Bernar: homi: 3. super Missus est.

In festo Circũcisionis Domini,

SERMO DECIMVSSEXTVS.

De nomine CHRISTVS, & Christianorum denominatione & professione.

Emmanuel in Iesum, illicitè mutatum, frustra cauillantur infideles.

Isaiæ 7. ✠ 14.
Lucæ 1. ✠ 31.
Matth: 1. ✠ 16. 21. 25.

Iustin: quæ: 135.
Tert: cont: Iudæos.

Chrysost: hom: 5. in Matth.



PRodiderunt memoriæ antiqui Ecclesiæ scriptores, A
Iudæos & alios infideles, inde fuisse scandalizatos in Christo, quominùs eum pro Messia agnoscerent, quòd cùm in Prophetia nomen eius præsignatum fuisset EMMANVEL, in Circumcisione & in genealogia, nomen aliud, hoc est IESVS Christus acciperet: quasi inuicem sibi repugnarent illæ sententiæ: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*: & quod Angelus dixit: *Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius IEsum*: tum quod rursus dicit Euangelista: *Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Quam cauillationem post alios sic breuiter dissoluit Chrysostomus: Consuetudo (inquit) est scripturæ, res quæ contingunt, pro nominibus ponere. Nihil est ergo aliud quod dicitur: vocabunt (seu vocabis) nomen eius Emmanuel: quàm, videbunt Deum cum hominibus. Addit autem Epiphanius: Et significanter dixit: Vocabunt nomen eius Emmanuel: non autem: Vocabo nomen eius Emmanuel: hominibus namq; manifestabatur, quibus ignotus erat Deus. Hæc ille. Possumus etiam dicere, quòd singula ista nomina, definiunt distinctas in Christo proprietates. Emmanuel enim exprimit in illo diuinam simul & humanam naturã in vnione hypostatica: Iesus autem signat personam, quæ vt propriè diuina est, sic potentia saluandi, ex illa quoq; propriè dependet. Christus autẽ dicitur ab vnctione, quæ in humanitate fuit peracta. Hoc etiam fortasse mysterium Euangelistæ in sua descriptione spectabant. Nam S. Ioannes dicendo: *In principio erat verbum. &c. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, satis exprimit nomen Emmanuelis, sub quo vtraq; natura distincta continetur. Rursus S. Lucas respicit hypostasim filij Dei propriam, humanitati vnitã, quãdo Iesum in B
carne quidem apparentem, ex genere humano vsq; ad Deum perducit: cuius verba sunt: *Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est: Tu*

Epipha: in Ancoratu.

Emmanuel, Iesus, & Christus, diuerso respectu dicuntur.

Euangelistæ in denominando saluatore, proprietatem naturarum personæ, & officij respiciunt.

Ioan: 1. ✠ 1. 14.

S. Lucas ex sacro humano genere, genus veri filij Dei deducit.

est: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur filius Ioseph: qui fuit Heli: qui fuit Mathan, qui fuit Leui (& cùm reliquos Christi secundum carnem maiores, per genus Leuiticum enumerasset, sic deducit, & cõcludit) *qui fuit* (filius) *Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Si enim in illa genealogia, alia erat filiatio secundum carnem, secundum quam Ioseph ex Iacob (sicut & alij superiores) genitus erat: alia rursus filiatio secundũ genus, qua dicitur Ioram genuisse Oziam, cùm ipse quartus eius nepos fuisset, (vt Hieronymus & Hilarius obseruant) non debebat creatura à suo quoq; genere excludere creatorem, quominùs genus Christi, sicut carnale per lineam Regum & Sacerdotum, sic spirituale & diuinum, ex hominibus ad Deum ipsum, quasi per vtramque naturam deduceretur. Porrò S. Matthæus, quãdo dicit ex Maria natum esse Iesum, qui vocatur Christus, ad humanitatem præcipuè respicit, secũdum quam (sicut Ioannes secundum diuinam) gesta illius reliqua enarrare pergit. Nos igitur eundem ordinem insequentes: cùm hactenus de Verbo æterno, eiusq; cum carne vnione personali, seruata naturarum proprietate (quod nomine Emmanuelis comprehenditur) exinde etiam de ipso nomine IESVS, non pauca dixerimus: aliqua etiam de Christo subiungamus. Primò breuiter, quæ sit istius nominis & officij ratio. Deinde de Christianorum denominatione, professione, & vtriusq; horum abusu. Quod quidem cum inuocatione istorum sacratissimorum nominum iam aggrediamur.

Lucæ 3. ✠ 22. 38.
Iustin: in respõsionib: quæ: 103.
Aug: de consensu Euang: lib: 2. cap: 1.

Hieron: & Hilarius in 1. cap: Matthæi.

Iesus cum additione Christus, humanitatẽ denotat.

Matth: 1. ✠ 16.

Partitio & argumentum sermonis.

Iesus & Christus qualia nomina, & quomodo Deo & homini conueniunt.

Domini & Saluatoris nostri nomen, quod Deus Pater per Angelum denominauit (IESVS) S. Matthæus in sua secundum carnem
C genealogia, vocat quoq; Christum. Cuius denominationis differentia constituitur, vt Iesus quidem designet Saluatorem, illud nimirum semen, ab initio lapsus humani promissum, quod (virtute vtiq; diuina) caput serpentis fuisset cõtriturum. Christus autem Græcè, Messias autem Hebraicè, sonat vnctum: Christus enim promissus seu Messias, erat præfiguratus summus Rex, summus Propheta, & summus Sacerdos seu Pontifex: ad qualia officia assumpti, oleo materiali vngebantur. Christus autem noster, quia in vna persona simul Deus & homo est, vnctione externa non indiguit, cuius potiùs virtute, vnctiones priores typicæ perficiebantur. Sed vnctionis eiusmodi modum conuenientem Dauid præscripserat dicens: *Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ participibus tuis.* Non enim sine magno mysterio iteratur nomen Deus: vt nimirum primò positum, designet personam vnctam, quæ quamuis in carne vnctionis capaci,

Gene: 3. ✠ 15.

Christus idem quod Messias ab vnctione Regali, Sacerdotali, & Prophetica.

Iustin: cum Tryphone.

Augu: de consens: Euang cap: 1. 2.

Christus quomodo simul vnctus, vngens, & vnctio.

Psalm: 44. ✠ 8.
Hebr: 1. ✠ 8.
Acto: 10. ✠ 38.

Deus tamen in propria persona est. Deinde Deus secundo loco notat vnctorem, qui eius qui vnctus est, quasi possessione Deus est proprius, hoc est Deus Pater cum Spiritu sancto, per Filij consubstantialitatem, (iuxta illud: *Omnia mea tua sunt: & tua, mea sunt,*) D & ipsum Verbum per hypostaticam ad carnem, vnionem. Quia secundum Theologos, Christus vnctus, natura verò Diuina, vnctio est. Et sicut Iesus à salute, sic Christus à Chrismate siue diuina vnctione: Iesus nomen proprium Dei saluantis: Christus nomen potestatis & Sacramenti. Porrò quomodo istud nomen Christus, ad triplex officium illius, nimirum Regis, Sacerdotis, Prophetę, sese extendat, proximo sermone attigimus, & alibi non deerit fortasse plenius dicendi occasio. Nunc autem ad Christianorum statum transeamus. Vbi prima exoritur quæstio: Cur credentes & fideles, non à Iesu, sed à Christo, primam denominationem Antiochiæ acceptam, semper profiteantur? Nominis enim Iesus quod est diuinitatis & gloriæ, participatio, reseruatur illis ad futuram & gloriosam vitam: iuxta illud Isaiæ: *Seruos suos vocabit nomine alio.* Et Apoc: 2. *Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Et Cap: 22. *Et videbunt faciem Dei, & nomen eius in frontibus eorum.* Hoc etiam innuit S. Ioannes Apostolus, dicendo: *Annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis, quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis: vt & vos societatem habeatis nobiscum: & societas nostra, sit cum Patre, & cum filio eius Iesu Christo.* Hæc ibi. Nominis enim Christi tanquam vncti, notio tribuitur illis, in via seu vita præsenti, quæ est tentatio & lucta aduersus hostes spirituales, ad E quam Christi virtute in Baptismo vnguntur. Quemadmodum autem carnali natiuitate acceperunt nomen humanum in vniuerso genere: & rursus in regeneratione spirituali abluti, & induentes Christum, sortiuntur nomen Christianum, in specie populi Dei: sic particulariter & in ipso indiuiduo, ex communi lege, & exemplis scripturæ diuinæ, assumunt nomina propria, apud Ethnicos quidem & Iudæos, diuersis intentionibus, & rationibus imposita, nunc verò ad viua & gloriosa Christi membra, nimirum diuos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines, & alias beatas fœminas relata. Quod videtur insinuatum esse, dum dicit Dominus: *Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam; effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam: Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob; Et hic scribet manu sua Domino: & in nomine Israel assimilabitur.*

In Christo vnctus, est homo, vnctio Deus.
Greg: Nazian: oratione 4. de Theologia, & li: 2. de fide.
Chrysost: hom: 57. 59. 60.
August: super 1. Ioan: 1.
Tert: lib: 3. cót: Marcionem.
Christiani dicũtur in via, Iesuani in patria.
Isaiæ 65. ℣ 15.
S. Igna: ad Magnesianos.
Cyril: Hieroso: Catech: 17. illuminat.
Apoc: 21. ℣ 17. & cap: 22. ℣ 4.
1. Ioan: ℣ 2.
Nominũ apud Christianos in specie, & indiuiduo ratio.
Isaiæ 44. ℣ 3.

Et in Apocalypsi dicit ipse Dominus: *Qui vicerit, scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, nouæ Ierusalem.* Et rursus Apostolus: *Accessistis* (inquit) *ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequẽtiam, & Ecclesiam primariorum, qui conscripti sunt in cœlis.* Hæc ibi. Porrò in hac nominum impositione, sequendum esset Christianis B. Ioannis Baptistæ denominandi exemplum. Cùm enim amici secũdum carnem & sanguinem, illum vocari contenderent nomine patris sui F Zachariam, eò quòd nomen Ioannis, toti illi cognationi insitatũ fuisset & peregrinum: præualuit tamen vnanimis & miraculosa vtriusq; parentis aspiratio, & constans voluntas, vt non mundi vel carnis, sed spiritualis notionis, hoc est gratiæ, nomen Ioannis acciperet. Quamuis igitur non sint damnandi, qui respectu parentum, cognatorum, vel in Baptismo suscipientium (modò ambitio, adulatio, vel auaritia absint) nomina paruulis suis imponant: cùm & ipsi fortasse nomina à Sanctis & beatis accepissent: Tamen laudabilior est maiorum nostrorum consuetudo, vt infantes, ex euentu festi incidentis, vel proximè instantis, nomina eorum Sanctorũ vel Sanctarum, præcipuè verò propriorum terræ Patronorũ, in Baptismo sortiantur: quæ obseruatio, ad tempus etiam natalitiorum exactiùs calculandum, conducere potest. Sic rursum prorsus detestandus eorum mos, qui infantibus suis, ad sacrum fontem, non verentur asscribere nomina Gentilium, infidelitate & idololatria omnique impietate (quidquid de externis virtutibus falsis habuerint) pollutorum. Cùm enim duplici ratione attribuantur in Baptismo nomina, vel vt abiecto charactere Sathanæ, diuinum signaculum imponatur: vel vt baptizati, iure adoptionis filiorum Dei, cœlo adscribantur: iam *quæ* (secundum Apostolum) *erit conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? qui consensus templo Dei* (quod homo per G Baptismum efficitur) *cum idolis?* Vt non mirum sit, ita denominatos, sæpiùs non Christum cum actibus suis induere, sed illam ipsam barbariem, quam in gentilibus, æmulari non erubuerunt, retinere. Et ridiculum videtur, qui Hercules, Pompeios, Cæsares, Scipiones, Anibales, & his similes, pro nominum insigniis assumunt, eosdem excludere Pharaones, Antiochos, Caiphas, Herodes, Pilatos, qui etiam aliqua virtute in suo statu non caruerunt: sed & ipsos Ioues, Saturnos, Mercurios, Veneres, Cæreres & Bacchos, qui talium patronorum Dij extiterunt. Proh Christiani populi cœcitatem & ignorantiam. Cæterùm quidquid sit de particularibus nominibus, illud maximè exa-

Apoc: 3. ℣ 12.
Hebr: 12. ℣ 22.
Nominũ in Baptismo impositionis regula & cõtrarij abusus.
Lucæ 1. ℣ 59.
Nominũ in Baptismo ratio nõ Gentilica.
2. Cor: 6. ℣ 15.
Confusio Christianorum in vsurpatis nominibus infideliũ.

Chriſtianorum nomini & profeſsioni vita reſpondere debet
Ioan: 15. ✠ 5.
1. Ioan: 2. ✠ 4.
Dion: Areop: Hierarch: Eccleſiaſt: cap: 1.
Iuxta verſionē Hoſii Card: cōfeſſ: fidei ca: 71.
Iuſtin: orat: cōt: Gentiles: & ad Antoninum.
Baſil: homil: 10. Exameron.
Greg: Nazian: orat: 31. & oratione in Baſilium.
Greg: Niſſe: de pfeſsione Chriſtiana.
Chryſoſt: hom: 18. in Ioan: & in Matth: hom: 20.

ximè examinandum & curandum eſt, vt populi Deo electi profeſ-
ſio & vita nomini ſuo reſpondeat. Clariſsimè hoc cōteſtatur ipſe
Saluator dicens: *Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic*
fert fructū multum, quia ſine me nihil poteſt facere. Eius autē manſionis effe-
ctū & ſignū, ſic deinde deſcribit intimus eius Apoſtolus: *Qui dicit ſe*
noſſe eum (id eſt Chriſtū de quo loquitur) *& mandata eius non cuſtodit, men-*
dax eſt, & in hoc veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc cha-
ritas Dei perfecta eſt: in hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. Idipſum co-
pioſiùs edocent antiquiſsimi Doctores ſacri, inter quos ſic illumi-
natiſsimus ille Pauli Apoſtoli diſcipulus Dionyſius dicit: Deus ma-
ximè deſiderat ſalutem noſtram, quæ nobis, niſi Deificatis con-
tingere non poteſt. Deificatio autem, eſt ad Deum, quantum poſsi- H
bile eſt, & ſimilitudo & vnitas: quæ quidem ſimilitudo reddit crea-
turam Deo amabilem & dilectam. Quod etiam videtur proſpexiſ-
ſe in Spiritu Propheta, quando dicebat: *Audite hæc domus Iacob, qui*
vocamini nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei
Iſrael recordamini, non in veritate, nec in iuſtitia: de ciuitate enim ſancta vocati ſunt,
& ſuper Deum Iſrael conſtabiliti ſunt. Cùm enim Iacob ſonet ſupplanta-
torem, Iſrael autem eum qui lucta præualuiſſet Deo, vtrumq; hoc
rectè deſignat hominem ex præuaricatione ad Deum per fidem cō-
uerſum, eiq; adhærentem. Rurſus autem Iuda, cùm denotet con-
feſsionem & laudem, non incongruè quoq; inſinuat profeſsionem
& characterem, eius fidei, quæ fit per ablutionem aquæ, virtute Spi-
ritus ſancti. Porrò reliqua verba indicant obligationem legis Euā-
gelicæ, Deo tanquam Patri, & Eccleſiæ tanquam matri debitam.

Chriſtianū nomen Diuinitatis particeps.
2. Cor: 6. ✠ 16.
1. Cor: 3. ✠ 17.
Leuit: 26. ✠ 12.
2. Tim: 2. ✠ 19.
Chriſtiani cooperatores Dei ad ſuam ſalutē.
2. Petr: 1. ✠ 10.

Quam ſpiritualem ædificationem, veluti ex quatuor parietibus, ſu-
ſtentat firmum ſtabilimentum, quod deſcribit Apoſtolus inquiens:
Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis, & inambula-
bo: & ero eorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eo-
rum, & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: Et ero vobis in Pa-
trem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens. Et alibi: Poſt-
quam Apoſtolus iuſsiſſet vitare hæreticos & reprobos, mox ſubii-
cit: *Sed firmum fundamentū Dei ſtat, habens hoc ſignaculū: Cognouit Dominus qui*
ſunt eius. Diſcedat ab omni iniquitate, qui inuocat nomē Domini. Quibus verbis
Apoſtolus oſtendit: firmum & infallibile fundamētum ſeu cauſam
prædeſtinationis bonorum, vel reprobationis malorum, ſicut ex I
parte Dei eſſe voluntatem eius, vel præſcientiam; ſic ex parte ho-
minis ſanctimoniam, vel impietatem. Idipſum Princeps Apoſtolo-
rum atte-

Chriſtiani à Chriſto vncti ad Regnum & ſacerdotiū ſpirituale.
Baſil: lib: 2. de Baptiſmo ca: 8.
Ambr: lib: 4. de Sacram: cap: 1.
Leo ſerm: 3. ſui Anniuerſarij.
Exod: 19. ✠ 5.
Aug: Sententia 342. Proſperi.
1. Petr: 2. ✠ 9.
Apoc: 1. ✠ 6.
Apoc: 5. ✠ 9.

rum atteſtatur inquiens: *Magis ſatagite, vt per bona opera, certam faciatis vo-*
cationem & electionē veſtram. Cùm autem iſta ſanctitas deriuetur à Chri-
ſto capite, quem fideles in Baptiſmo induunt, Chriſtus autē per vn-
ctionem ſpiritualem fuerit Rex, Sacerdos, ſeu Propheta, vt antehac
oſtendimus: inde fit vt eoſdem Chriſtos ſeu vnctos ſuos, hoc eſt
Chriſtianos, non dedignatus fuerit Regni & Sacerdotij ſui eſſe con-
ſortes, quando dicebat per Moyſem: *Si audieritis vocem meam, & cuſtodi-*
eritis pactū meū, eritis mihi peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra: &
vos eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Quod ad Chriſtianos nouę
legis propriè dictum fuiſſe, Princeps Apoſtolorum ſic ad illos ſcri-
bens atteſtatur: *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, popu-*
lus acquiſitionis: vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit, in admira-
bile lumen ſuum. Et Apoc: 1. *Qui* (IESVS Chriſtus) *dilexit nos, & lauit nos*
à peccatis noſtris ſanguine ſuo: & fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo & Patri ſuo.
Et iterum: *Quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tri-*
bu, & lingua, & populo, & natione: & feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes,
& regnabimus ſuper terram. Porrò regnum hoc Chriſtianorum, ſicut &

Regnum ſicut Chriſti, ſic Chriſtianorum ſpirituale & internum.
Ioan: 18. ✠ 36.
Lucæ 17. ✠ 21.
Prou: 16. ✠ 32.
Ambro: & Leo locis citatis.
Concupiſcētiæ frænum naturale & gratuitum.
Gene: 4. ✠ 6.
Rom: 6. ✠ 12.

ipſius Chriſti, non eſt de hoc mundo, ſed intrinſecum & ſpirituale:
K ſicut ipſe dicebat: *Regnum Dei intra vos eſt*; quod eſt longè aliis perfe-
ctiſsimum, ſicut fatetur Rex ſupra omnes reges terræ, Salomon in-
quiens: *Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vr-*
bium. Tale regnum, ſed concupiſcentia iam infirmatum, requirebat
Deus in Caimo, ſic illū compellans: *Quare iratus es & concidit facies tua?*
Nonne ſi bene egeris, reperies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum ade-
rit? Sed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Hoc imperium ſeu re-
gnum reparauit Chriſtus in homine tanquam noua creatura, per
ſuam reſurrectionem: de quo ſic Apoſtolus: *Ita & vos* (inquit) *exiſti-*
mate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo; in Chriſto Ieſu Domino
noſtro. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcen-
tijs eius: ſed neq; exhibeatis membra veſtra, arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos
Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum
enim vobis non dominabitur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Ideò S. Iaco-

Lex Chriſtiana Regalis.
Iaco: 2. ✠ 8.
Chriſtianorum hoſtiæ ſpirituales quæ.
Hebr: 13. ✠ 15.
Pſal: 49. ✠ 23.

bus hanc gratiæ legem, vocat *regalem*, quòd hominem in regendis
cupiditatibus perficiat, & ſic ad verum æternumq; regnum perdu-
cat. Similiter etiam Chriſtianis ſecundum quod ſunt Sacerdotes,
duplicem hoſtiam Apoſtolus ſtatuit, primam laudis & gratiarū acti-
onis, de qua ſic loquitur: *Per ipſum* (Chriſtum) *offeramus hoſtiam laudis*
ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius: de qua etiam Pſal-
L miſta: *Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare*
Dei.

Dei. Alteram hostiam ibidem Apostolus mox edocet: *Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus.* Et alibi dicit:

Rom: 12. ✝ 1.

Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum: Et nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. In eundem sensum & S. Petrus:

1. Petr: 2. ✝ 5.

Et vos (inquit) *tanquam lapides viui, superædificamini domos spirituales, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.* Hæc ibi.

Hebr: 12. ✝ 11. 13.

Eiusmodi *sanctimoniam* (sine qua secundum Apostolum, *nemo videbit Deum*) requirit à Christianis, sicut officij (vt modo diximus) sic nominis ipsius & denominationis ratio.

Chrysost: hom: 19. in Matth. Greg: Nazian: oratione 3.

Nam secundum Chrysostomum & Gregorium: sicut prophetantes in nomine Christi, & charitatem eius abnegantes, decreto extremi iudicis: sic non minùs, nomen Christi gerentes, & spiritum ac virtutem eius in operibus non exhibentes, meritò regno cœlorum excluduntur.

Christiani veri etymon, forma, & qui hoc nomine indigni.

Iustin: oratione contra Gentiles & ad Antoninũ.

Sic Iustinus Martyr antiquissimus, deffendens sui temporis Christianos à calumniosis persecutionibus gentilium, deducit Christianos denominari à Christo, idq; non solo nomine, sed etiã re ipsa: Χρίστος enim per ι. scriptum, sonat vnctum, quasi qui superatis omnibus vitiis, virtutum & charismatum plenitudine abundet. Idem autem nomen per η expressum (χρήστος) sonare, bonum & commodum, hoc est, (quod etiam lex Euangelica concludit) *qui omnibus prodesse studeat, nemini autem noceat.*

Tert: in Apologet: cap: 3.

M

Lactant: lib: 4. cap: 7.

Prodesse omnibus, nocere nemini, Christianum est.

Et tali nomine meritò gloriabantur antiqui Christiani, veluti omnium maximo & dignissimo, tanquam filij Dei, *caro ex carne, & os ex ossibus: qui enim Deo adhæret, vnus spiritus est*, vt ibidem S. Iustinus, & alij antiquissimi Doctores attestantur. Qui verò aliter viuerent quàm nomine profiterentur, eos nequaquã esse Christianos, sed maleficos, non persecutioni quæ soli innocentiæ infertur, sed iustę pro sceleribus punitioni, subiiciendos.

Matth: 7. ✝ 12.
Lucæ 6. ✝ 31.
Tobiæ 4. ✝ 16.
Ephes: 5. ✝ 30.
2. Cor: 6. ✝ 16.
1. Petr: 4. ✝ 12.

Quod etiam exactissimè edocet Princeps Apostolorum, sic inquiens: *Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autẽ vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine.* Hæc ibi.

Christianus nõ est, qui legem Christi exactè non seruat.

Galat: 5. ✝ 3.
Matt: 28. ✝ 20.
Iaco: 2. ✝ 10.

Quemadmodum enim omnis homo circumcisus, obligatus est ad seruandam totam legem Moysis, vt testatur Apostolus: Sic omnis qui baptizatus est, obligatur ad obseruandam totam legẽ Christi,

Christi, dicente ipsomet: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis.* *Qui autem* (monet S. Iacobus) *in vno deliquerit, factus omnium reus.*

Augu: tract: 4. in cap: 3. Canonicæ 1. Ioan.

N

Chrysost: hom: 20. in Matth.

Alioqui (inquit Chrysostomus) non est contrarium, quòd quidam de Ecclesia cadunt: illi enim nunquã Christiani fuerunt. Sicut enim non omnes qui sunt in Israel, hi sunt Israelitæ: sic non omnes qui Christiani dicuntur, sunt Christi. Christianorum enim opera sunt aspicienda, non nomina.

Christiani & Catechumeni diuersè tractandi.

Aug: lib: de natura & gratia cap: 68.

Huc spectat & illud Augustini: Si volumus (inquit) amicos ad rectè viuendum frigidos & pigros, Christianis exhortationibus excitare & accendere, primitùs exhortemur ad fidem qua Christiani fiant, & eius nomini subiiciantur, sine quo salui esse non possunt. Si autem iam Christiani sunt, & rectè viuere negligunt, verberentur terroribus, & præmiorum laudibus erigantur. Hæc ille.

Rom: 2. ✝ 28.

Sic etiam, quo modo idem Apostolus, verum Iudæum & Circumcisionem, à falsa discernit; eodem modo nos, verum Christianum, & baptisma, à falso possumus dignoscere, dicentes: Non enim qui in manifesto (hoc est solo professionis titulo) Christianus est: neq; qui in manifesto Baptismus est; sed qui in abscondito Christianus est; & Baptismus in Spiritu non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Hier: Epist: 14. ad Cœlantiam, cap: 2.

O

In eundem sensum S. Hieronymus: Non debemus (inquit) ad multitudinis exempla respicere, quæ nullam morum disciplinam sequens, nullum viuendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quàm quodam impetu feratur. Nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine, gentilem vitam agunt, & aliud professione, aliud cõuersatione testantur, atq; vt Apostolus ait: *Deum confitentur se nosse, factis autem negant.*

Ad Tit: 1. ✝ 15.
2. Cor: 6. ✝ 14.

Christiani nequam scandalizant infideles.

Hier: Epist: ad Paulinum.

Inter Christianum & gentilem, non fides tantùm debet, sed etiam vita distinguere, & diuersam religionem, per diuersa opera monstrare. *Nolite* ait Apostolus, *iugum ducere cum infidelibus.* Et alibi sic definit: Christianum esse, grande est, non videri.

Aug: Tract: 50. in Ioan.

Augustinus autem ait: Qui malè viuunt, & Christiani vocantur, iniuriam Christo faciunt: de quibus dictũ est, quòd *per eos nomen Dei blasphematur.* Si per tales nomen Dei blasphematur, per bonos nomen Dei laudatur. Audi Apostolum: *Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco.* Hæc ille.

Rom: 2. ✝ 24.
2. Cor: 2. ✝ 14.

Christianorum corruptio vniuersalis, extremo huic sæculo quadrans.

Isaiæ 59. ✝ 1.

Sed quid de nobis dicemus, ô Christiani, qui verè extremas huius sæculi fœces incolimus? videamus, si non ea nobis ad amussim cõueniunt, quæ olim sacri Prophetæ in populo illo legali deplorabant: Isaias quidem in hunc modum: *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat: neq; aggrauata est auris eius, vt non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos,*

 & Deum

& Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neq; est qui iudicet vera: sed confidunt in nihili, & inquirunt vanitates. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperunt, & telas araneorum texuerunt: qui comederit de ouis eorũ, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neq; operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, & festina[nt] vt effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum, cogitationes inutiles: va[st]itas & contritio in vijs eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum: semitæ eorum incuruatæ sunt eis: Omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iudicium à vobis, & non apprehendet vos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cœci parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis, quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis, quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra Dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit. Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. Et vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluabit sibi brachium suum, & iustitia ipsa confirmauit eum. Ad eundem modum Michæas: *Væ* (inquit) *mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur. Malum manuum suarum dicunt bonum: Princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam. Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus quasi spina de sepe.* Non potuit Propheta veriori comparatione exprimere, probitatem si quæ est moderni Christianismi: quæ non ad tramitem pietatis, sed ad sequelam consuetudinis plerumq; reuocatur: vt respectu pessimorum, quorum plena sunt omnia, reliqui paulò probiores pro iustissimis reputentur. Quod sanè antiquissimus Origenes sic ritè reprehẽdit: Beatus qui non ex comparatione meliorum iustus appellatur, & non ex comparatione pessimorum: sicut Sodoma, quæ ex comparatione Ierusalem

P

Q

Mich: 7. ✠ 1.

Christiani non satis probi, respectu pessimorum reputantur iusti.

Origenes lib: 3. in epist: ad Rõ.

Seneca epist: 80

Thren: 4. ✠ 6.

R

Ierusalẽ iustificata memoratur. Vnde & ego vereor, ne ex nobis qui videmur esse in Ecclesia Dei, & legi eius operam dare, ac præceptis Euangelicis deseruire, inueniantur aliqui infideliũ iustificãdi. Hæc ille. Sic & Seneca: Non est (inquit) bonitas, pessimis esse meliorem. Sed audiamus Prophetã, inchoatã exprobrationẽ sic persequentem: *Dies speculationis Euæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas eorum. Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* Hæc est (ô nos infelices) vinea illa Domini exercituum, *quæ facta est dilecto filio in cornu filio olei*, hoc est in Christianis, qui vnctionem filialem ex ipso acceperunt: de qua sic per Prophetam loquitur: *Sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam: Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? Et nunc ostendam vobis, quid faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriem eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam, & non putabitur, & non fodietur, & ascendent vepres, & spinæ, & nubibus mandabo, ne fluant super eam imbrem.* Huic similitudini correspondet illa Ezechielis de ligno vitis, quod nisi in vite manserit, non solùm non fructificat, sed nec operibus mechanicis sicut cætera ligna idoneum est, igni & fauillæ exponendum. Quod S. Augustinus accommodat malis Christianis: qui Iudæis & aliis infidelibus duplici nomine sunt deteriores: primò quidẽ ex parte sua, quãdo propter obstinata peccata vix aliquando resipiunt, iuxta illud: *Peruersi difficilè corriguntur*: Deinde quòd bene credendo, & malè viuẽdo, supercilio sanè Pharisaico (vt ipse Dominus conqueritur) *tollunt clauem scientiæ, & ipsi non intrantes, alios aditu fidei & gratiæ excludunt.* Infideles siquidẽ, maximè vero Iudæi, legis suæ quamuis mortuæ, & mortificantis, quàm pleriq; Christiani suę vitalis & viuificæ, multò tenaciores reperiuntur. Scelera etiam quæ in Iudæis & infidelibus lex Euangelica reprehendit, atrociora sæpenumerò & magis impunita in Christianis reperiuntur: vt S. Bernardus quosdam Christianos suo sæculo non adeò vtiq; corrupto, Iudæos baptisatos appellare non dubitauerit. Vnde fit, vt Iudæi ipsi, aliiq; infideles, sua ipsorum scelera palliantes, Christianorum dissolutionem conuersioni suæ obtendant: quinetiam Deum Christianorum tanquam minùs prouidentem atq; iustum, proptereaq; non illum verum creatorem v-

S

Matth: 10. ✠ 35.

Vinea facta Christo in cornu oleĩ quã vastata per malitiam Christianorum.

Isaiæ 5. ✠ 1.

Ierem: 2. ✠ 21.

Matth: 21. ✠ 33.

Lignũ vitis, vel fructificat, vel ardet.

Ezech: 15. ✠ 2.

Ioan: 15. ✠ 6.

Aug: in Psal: 30. conc: 2. & 3. & in Psalmum 31.

Eccli 1. ✠ 15.

Iudęi baptizati, peruersi Christiani.

Bern: epist: 322. ad Spirenses.

niuersi reputent, qui Christianis magnifica exhibens, & indignissima passus, tantas tamen contra legem suam præuaricationes sustineat.

T

Extremorũ nũc temporum mores ad viuum picti.

Deut: 32. ℣ 33. Matt: 24. ℣ 12. Lucæ 18. ℣ 8. Chrysost: hom: 1. in Matth: operis imperfecti.

Omnino si quis penitius statum corruptæ nunc Christianitatis introspiciat, inueniet festinanter adesse tempora illa extrema calamitosissima, à Saluatore nostro prænuntiata, quando refrixa charitate, & abundante iniquitate, districtus ille iudex fidem in terris vix inueniat. Qualia tempora B. Chrysostomus comparat regno Salomonis & Roboam. Cùm enim Ecclesia vigente Salomone, hoc est Spiritu Christi plusquam Salomonis, in Apostolis, & primis illis Apostolicis viris, prosperè egisset: demum senescente quodã modo sæcularibus studiis disciplina Christiana, inuectę sunt veluti mulieres alienigenæ, hoc est variæ sectæ atq; hæreses, quæ postmodũ in vniuersalem quasi dissolutionem imperij iuuenilis Roboam sint prolapsæ: & in professione Christiana omnia ferè sursum atq; deorsum confundere inceperunt.

S. Hippollytus Martyr lib: de Antichristo.

Micheæ 3. ℣ 5.

Prophetarum seu sacerdotum corruptella.

Qualem statum antiquissimus ille martyr Hippolytus sic ad viuum depinxit. *Hæc dicit Dominus super Prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant super eũ pacem: & si quis non dederit in os eorum, sanctificant super eum prælium. Propterea nox vobis erit pro visione, & tenebræ vobis pro diuinatione. Et occidet sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies: & confundentur qui vident somnia, & deridebuntur diuini, & operient omnes vultus suos: quia non est responsum Dei.* Hæc ita præmisimus, vt noritis futuram in extremis temporibus turbationem & dolorem, & omnium hominum inter se consuetudinem vitæ, & conuersationem, & inuidiam, & odium, & contentionem: pastorum de ouibus incuriam, & populi erga sacerdotes inordinatam affectionem.

V

Statuum omnium peruersio.

Quapropter omnes iuxta voluntatem propriam ambulabunt: liberi parentibus inferent manus: coniunx proprium virum in mortem tradet, & vir vxorem suam tanquam ream ad iudicium ducet. Heri seruis suis inhumaniter dominabuntur, & serui aduersus dominos, inordinatos affectus assument. Senioris canos nemo reuerebitur, & iunioris formæ nemo miserebitur.

Religionis & sacrorum prophanatio.

Templa Dei vt ædes priuatæ erunt, & euersiones Ecclesiarum vbiq; cernentur. Scripturæ despicientur, & hostis cantilenæ vbiq; locorum sonabunt. Scortationes & adulteria, & periuria, & incantationes, & diuinationes, ponè cum alacritate & vehementia sequentur: & in vniuersum ab iis qui putantur esse Christiani, tum excitabuntur pseudoprophetæ, pseudoapostoli, impostores hõines, corruptores, malefici, mendaciis inter se certantes, adulteri, fornicatores, raptores, auari, periuri, obtrectatores. Pastores sicut lupi erunt: mo-

nachi res mundanas expetent: Diuites animos immisericordes induent: Principes pauperi opem non ferent: magnates, homines miserabiles reiicient: Iudices ius & iustitiam ex iudicio tollent, & muneribus excœcati iniquitatem contrahent.

Cœlestes, & elementorum impressiones noxiæ.

Sed quid de hominibus loquor, quando & elementa ipsa ordinem proprium abnegabunt? Concussiones & terræ motus per regionem omnem erunt: fulmina, venti, horrenda fulgura, domos & agros exurentia: ventorum procellæ, terram & maria maximopere turbantes; terræ sterilitates, maris sonitus, fluctus intolerabilis, & commotio à frigore & interitu hominum: signa in sole, signa in luna: astrorum immutationes,

X

angustiæ gentium, aëris intemperies, grandinis iacula super faciem terræ, hyemis inordinatæ tempestates, congilationes diuersæ, æstus consolatione carentes, subita tonitrua, incendia inopinata; & (vt semel dicam) per terram omnem luctus erit & planctus, consolationem non habens. Ex eo enim quòd peccatum multiplicabitur, refrigescet charitas multorum. Propter hæc omnia, eiusmodi tempestatem & confusionem (ἀταξίαν) rerum vniuersarum Dominus per Euangelium promulgat, dicens: *Videte ne in fraudem seducamini, &c.* Hæc S. Hippolytus.

Ecclesia persecutionibus floruit, imperio languet & ruit. Hieron: in vita Malchi Eremitæ.

Euenit (eheu) quod sacer Hieronymus suis temporibus in nobis magis, quàm in suis deplorabat dicens: Ab aduentu Saluatoris, vsq; ad nostram ætatem, id est ab Apostolis, vsq; ad nostri temporis fœcem, Christi Ecclesia nata & adulta, Persecutionibus creuit, & martyriis coronata est. At postquam ad Christianos principes venit, potentia quidem & diuitiis maior,

Y

sed virtutibus minor facta est. Eundem Christianorum statũ, eiusq; externas pœnas depinxit Angelus Domini S. Blasium sic alloquens:

Baptista Mantuanus lib: 2. in vita S. Blasii.

Hæc tamen, ô Blasi, de tempestate quietis
Pacificæ, clades heũ deploranda sequetur,
Et graue manabit dulci de melle venenum.
Vox est blanda quies, pax delectabile nomen,
Plura tamen de pace fluent opprobria, damna,
Dedecora, ærumnæ, quàm de crudelibus armis.
Degenerabit enim virtus antiqua, voluptas,
Inter opes & delitias, delumbia reddet
Corpora, & amittet mens eneruata vigorem.
O studia, ô mores, ô tempora sordida cerno,
Oblitos Christum populos, incredula corda
Conculcare fidem, scelus omne incurrere facto
Agmine certatim, fieriq; animantia bruta,
Et Romam in caulas atq; in magalia versam.

Deinde de pœnis ſubiungit:

Chriſtianorum malorum, vltimum exterminium.

Iraſcente Deo, coitum mala ſydera in vnum
Conuenient, triſtes in humum iaculantia flammas:
Atq; viam, cœlum inueniet, qua conterat illud
Inſidum, crudumq; genus. Soluentur ab Arcto
Terribiles hominum vultus, animiq; feroces,
Sauromatæ, ſine Diuina, ſine lege humana
Viuentes: Hunni, Alani, Turci, atq; Agathyrſi.
Adde, quòd inter ſe Chriſti inteſtina nepotes
Mutua, more canum rabidorum, in vulnera verſi,
Bella gerent. Græcis Itali, Gallis Alemani,
Certabunt odiis plus quàm capitalibus, vtq;
Se extirpent, parcent Turcis, parcent Agarenis.

Epilog⁹ exhortatoria verbis Apoſtoli.
Hebr: 10. ℣ 19.
Hebr: 6. ℣ 4.
Deut: 17. & ca: 19. ℣ 15.
Deut: 32. ℣ 35.

Cùm igitur, ô Chriſtiani, iſta omnia ante oculos noſtros adimpleri, & reliqua breui nobis imminere cernimus, recolligamus nos verbis Apoſtoli, ſic concludentes: *Habentes itaq; fratres, fiduciam in introitu Sanctorum, in ſanguine Chriſti: quam initiauit nobis viam nouam & viuentem, per velamen, id eſt carnem ſuam: & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeßionem indeclinabilem (fidelis enim eſt qui repromiſit) & conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum: non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes: & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia; terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur. Quantò magis putatis, deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit: Mihi vindictam ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit Dominus populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Qui trinus & vnus in ſæcula viuit benedictus & adorandus. Amen. Z

APPENDIX SERMONIS DECIMISEXTI.

Perfectio Chriſtiana, non ad ſolos Monachos vel Clericos pertinet.

Vereor ne moderni molles Chriſtiani & politici, qui mundo ſimul & cœlo ſtudere volũt, acriùs excipiant doctrinam de perfectione Chriſtiana, ſuperiori Sermone à nobis congeſtam. Siquidẽ talia præcepta, vel conſilia, quæ lex Euangelica à ſuis cultoribus exigit, ad Monachos tantum & Clericos, quaſi propterea ſpirituales dictos, non autem ad ſe qui ſæculares vocitentur, pertinere autument.

ment.

Pſalm: 1. ℣ 4.
Matth: 5. 6. 7.
Iacob: 2. ℣ 10.

ment. Non ſic, impij, non ſic ſenſit ipſe Legiſlator & Magiſter noſter: qui omnibus in vniuerſum fidelibus, præcepta iuſtitię, ſupra faſtum pietatis Phariſaicum conſtituit, per omnes animæ potentias abſolutiſsima, ſub gehennæ reatu adimplenda: adeò vt qui in vno deliquerit, factus ſit omnium (generalitate præuaricationis) reus. Talemq; perfectionem edocuit eſſe ex Deo ipſo (cuius homo imaginem creatione quidem inditam, recreatione autem ſeu incarnatione verbi reformatam) mutuandam & imitãdam: eadem dogmata ſic concludens: *Eſtote igitur perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Matth: 5. ℣ 48

Quod autem initio prædicationis ſuæ Dominus propoſuerat, idipſũ in eius decurſu & cõſummatione, veluti vltimo ſigillo conſignauit, iam iam in cœlum conſcenſurus dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Docentes eos ſeruare omnia quæcunq; præcepi vobis.* Matt: 28. ℣ 19

Prima Eccleſia Apoſtolica, ad normam Euangelicam directa.
Acto: 2. ℣ 41.
Acto: 11. ℣ 26.
Hieron: de viris illuſtribus, in Marco, & Philone.

Quibus verbis, eam quam inſtituerat vitæ perfectionem, per Apoſtolos quidem, quibus ordo ſpiritualis ſuccedit, ſed ad omnes ex æquo in vniuerſum, qui ſibi per fidem & Baptiſmum nomina dediſſent, extendit. Ideò prima illa Eccleſia Apoſtolica, vt præcepta Euangelica expeditiùs cuſtodiret, adiunxit ſimul & ſtatum obſeruandorum conſiliorum Euangelicorum: vt S. Lucas de primitiis illis Eccleſiæ Ieroſolymitanæ atteſtatur. Quod ipſum imitati ſunt alij per orbem Chriſtiani: præſertim in Eccleſia Antiochæna, & Alexandrina: cuius conuerſationem ſanctiſsimam ſub S. Marco Euangeliſta, vel ipſe Philo diſertiſsimus, quamuis gente & religione Iudæus, pleniſsimis extulit laudibus, vt ſacer atteſtatur Hieronymus. Poſtquam autem Apoſtolis tantæ pietatis ducibus in orbem digreſsis, & ipſis Chriſtianis neceſsitate perſecutionũ ab eiuſmodi communione diſperſis, eiuſmodi diſciplina languere cœpiſſet: aliqui ardentiores talis perfectionis æmulatores, vitam ſingularem ſeu monaſticam elegerunt & ſectati ſunt, in qua ab hominum conſortio ſeparati, conſilia etiã Euangelica, præceptis ipſis, libera ac perpetua profeſsione, adiungerent. Ipſa tamen conſiliorum Euangelicorum æmulatio, non minùs propterea à reliquis fidelibus minui, ſed potiùs excitari debebat. Iam verò in fine ſæculorum, mundo vniuerſali malitia inquinato, perperàm quidẽ ac impiè Chriſtiani nomine & re ipſa ſæculares (ſi modo ſic vocãdi ſunt, qui ſæculo in Baptiſmo renuntiauerunt) talem Chriſtianam diſciplinam ad Monachos remittunt, Monachi itidem ad ſæculares eam protrudũt. Sicut mihi cum meo Epiſcopo viſitationi Monaſteriorũ aliquando vacanti, audita eſt talis vox: Quid mirum ſi in Monaſte-

Monachatus origo & intentio ad excitandam Chriſtianã perfectionem.

riis clan-

riis elanguit institutum S. Francisci, Benedicti, seu Dominici: quando, sicut in orbe terrarum, sic & in Monasteriis, elanguit institutum ipsius Christi? Eiusmodi tergisuersationes iam olim legimus fuisse profligatas, à sanctißimis illis Ecclesiæ Patribus: Ex quibus sufficiat Chrysostomus, sic inquiens: Hoc plane est quod euertit orbem vniuersum, quòd summam vitæ bene agendæ diligentiam, Monachis solùm necessariam arbitremur, cæteris negligenter viuere licere. Non ita sanè, non ita est: sed eadem ab omnibus Philosophię ratio requiritur. Fallis te ipsum prorsus ac decipis, si putas aliud à sæcularibus viris, aliud à monachis requiri. Hæc enim ferè sola est in vtroq; vitæ genere differentia, quòd illi quidem matrimonij se vinculis constringunt, hi verò hîc liberi perdurant: In reliquis verò communis atq; eadem ab vtrisq; vitæ totius ratio requiritur, eisdem pro culpis pœna vna debetur omnibus. Quod & paulò post his verbis confirmat: Cùm Christus dicit; *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*: nô monachos tantum alloquitur, sed & omne prorsus hominum genus. Itemq; cùm iubet *per angustam viam ingredi*, non istos modò, sed omnes omnino homines hoc imperio conuenit. Cumq; *odisse animam suam in hoc mundo*, atq; cætera eiusmodi iuberet, nullum hominum genus excepit. Hæc Chrysostomus. Rursum alio in loco: Neq; domus gubernationem, neq; vxoris curam, neq; filiorũ sollicitudinem, neq; aliud quiddam prætexamus, quod putemus satis esse ad excusandã nostram negligentem desidemq; vitam. Neq; frigida illa verba proferamus: Mundanus sum, mulierem habeo, & puerorum curam gero, qui multis mos est, vt ita dicant. Si quando eos rogemus, vt ad virtutum labores ingrediantur, vel studium adhibeant in sacris literis legendis: Non est hoc meum, dicit. Nunquid renunciaui sæculo? Nunquid monachus sum? Quid dicis homo? An hoc ad solos monachos pertinet, vt benè Deo placeant? omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, nullamq; virtutem negligere. Hactenus Chrysostomus. Hæc, & similia, vt ex Cathedris & suggestis Ecclesiasticis populo Dei inculcentur, & non nodosa illa & curiosa, verbosa, & interdum iocosa, quibus hoc sæculo lubriciores linguæ, & prurientes aures, sibi inuicem blandiri solent: visum est pro Colophone huius tractatus subnectere, breues Christianæ vitæ formulas, quas sanctißimi illi & antiquißimi Doctores suis auditoribus, veluti phylacteria illa Mosaica, quæ oculis & sensibus

Chrysost: contra vituperatores vitæ Monasticæ lib: 3.

Matth: 11. ♈ 28.

Matth: 7. ♈ 13.
Ioan: 12. ♈ 25.

Excusationes secularium refelluntur.
Chrysost: hom: 21. in Genesim.

In Concionibus quæ nunc maximè populo Dei inculcãda.

E & sensibus asiduè obuersarentur, summariè præscribebant: quæ etiam populus Christianus, veluti tabulas, ad quas conscientiam & gesta sua dirigat, descripta, in promptu semper habere poßit.

Ex Epistola S. Basilij ad Canonicam, seu resignatißimam quandam Deo fœminam.

Vitæ sibi genus deligere Christi Euangelio conueniens, hoc quidem cuiuis facile est. Quòd autem quis vel minutißima quæq;, quę in eo descripta cõsilia sunt, conseruet, neq; eorũ quiduis neglectim transmittat: hoc verò rari, quos quidem ego nouerim, opere ipso præstiterunt; vt videlicet lingua vsi continenti silentio obuincta, oculis etiam eam disciplinę moderationem adhiberent quam requirit Euangelicæ perfectionis tenor: manibus insuper indicerent intentum laborem ex suscepto ineundæ Dei gratiæ consilio: motum itidem præscriberent pedibus: deniq; & reliquis totius corporis membris eo modo vterentur, quem & eorum susceptæ vitę propositum, & ipsa initio opificis nostri fabricæ ratio requireret: qui in vestitu pro decoro modestiam, in congreßione cũ cæteris circumspectionem, in cibis illud modo quod natura desideraret, tenerent: In rebus ad vitæ vsum parandis, vni tantùm necesitati consulerent. Atq; hæc quidem dum simpliciter hoc modo dicuntur, leuia videntur, ac nullius penè difficultatis: eiusmodi
F sunt tamen, in quibus seruandis magna opus esse contentione, ipse nos vsus docuerit. Atq; illud etiam vt perfectè humilitatem teneamus, vt videlicet neq; natalium nostrorum nobilitatis memores simus, neq; si qua in re, præcipua dote aliqua aut naturæ, aut corporis, aut animi, cæteris excellamus, ea causa nobismetipsis placeamus. Itidemq; neq; aliorum de nobis existimatione, causa ad superbiam, fastidiumuè abutamur. Hæc quidem etiam Euangelicam vitam attingunt. Similiter illa quoq; in abstinentia seruanda, animi vehemens quædam obfirmatio, asiduitas in orationibus operosior, in amore fraterno condolescens lenitas, bonorum in inopes communicatio, animorum deiectio, cordis contritio, integritas fidei, æquabilis in seueritatis tristitia tenor, vigente asiduè in animis nostris memoria, horrendi & inexorabilis iudicij illius: ad quod cùm vniuersi festinemus, paucißimi sunt tamen qui eius meminerint, ac de illius euentu sint soliciti. Cùm autem multa sint quæ in sacris literis declarentur, quæq; præstari aliis debeant, qui Deo student placere, de his in præsentia ea tantummodò summatim, quantùm ex diuinis literis accepi, libuit mihi vobis vel expo-

Christianam vitam eligere facile, præstare difficile.

Hominis potentiæ animi & corporis, ad Creatorem referendæ.

Vitæ Christianæ summaria norma ex scripturis sacris congesta.

nere, vel commemorare potiùs, de quibus ex me vos quæsiuistis, necessariis de rebus, singulis testimoniis, quoniam ea in promptu erant, omissis: quæ illi facillimè legentes inuenirent qui lectioni operam dant, qui quidem idonei erunt, qui alios etiam doceant. Hæc autem sunt. Oportere Christianum, animum sumere cœlesti vocationi respondentem, & vitam agere conuenientem Euangelio Christi. Itemq; oportere eundem mente aut animo nequaquam distrahi, aut re vlla à Dei perenni memoria, eiusq; voluntatum ac iudiciorum abduci. Oportere Christianum superata omnibus in rebus iustitia legis, prorsus neq; iurare, neq; per simulationem, dissimulationemué quidquam agere: non maledicere, non proteruè cuiquam insultare, non litigare, non seipsum vlcisci, non malum pro malo reddere, non iracundia efferri in quacunq; quæ sibi fiat iniuria, patientem esse, & in se iniurium arguere, quandocunq; id ferat occasio, idq; non vlciscendi libidine, sed fraternæ correctionis studio, conuenienter præcepto Domini. Non oportere contra fratrem absentem quidquam dicere, animo inurendæ illi infamiæ aut calumniæ, quod est detrectatio: esto verum sit, quod dicatur. Oportere Christianum non ridere, neq; aliquo modo ridiculorum sectatoribus operam dare. Oportere detrahentem fratri suo auersari: in sermone sales, aut facetias fugere, nihil quod ociositatem arguat, temerè proloqui, videlicet, quod neq; in rem audientium sit, neq; ad necessarium, & concessum nobis à Deo vsum vllum pertineat: quo & qui in laborando sunt occupati, id facere studeant, cum quanto maiore fieri silentio potest: & quibus delegata de reliquorum consensu dispensandi sermonis ad ædificationem fidei prouincia est, ij sermones apud eos de rebus honestis instituant, ne contristetur Spiritus sanctus Dei. Non debere cuiquam qui intra monasterium ingressus sit, libere potestatem permitti, ad fratrum quempiam accedendi, alloquendiué, priusquam quibus totius fratrum societatis regendæ delatum negotiũ sit, diligenter ij animaduerterint, vtrũ hoc fieri placeat Deo, & an in cõmunem rem sit. Nõ oportere Christianum sinere à vino se quasi vile mancipium vinci, non carnis immodicè esse appetentẽ, nõ deniq; in cibo aut potione vlla voluptatem sectari. Qui enim in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Oportere eorũ, quæ singulis dentur vtenda, nihil quidquam vt iuris sui proprium possidere, aut sibi tanquam suum reseruare: diligentiam tamen in omnibus, vel vtendis vel conseruandis eam adhibere, quam in Dominicis rebus adhiberi par sit: neq; eorum quippiam, si casu negligenter abiectum sit, sinere despicere.

2. Tim: 2.

Dei, & extremorum hominis, memoria, semper cõseruanda.

Directio linguę & affectuum.

Cibi, potus, & bonorum temporalium vsus.

G

H

Oportere vnumquemq; nequaquam sui se iuris esse existimare, sed proinde ac si in seruitute à Deo fratribus addictus sit, ita & sentire, & facere omnia, vnumquenq; tamen seruato ordine suo. Non murmurandum, neq; in penuria rerum ad vitam necessariorum, neq; in immoderato opere faciendo & laboris delassatione, cùm de his singulis iudicij periculum illis immineat, ad quos cura illa pertinet, vt hæc ipsi debeant animaduertere. Non debere Christianum clamorem attollere, neq; aliud quiduis in gestu motuué aliquo præseferre, vnde aut ira incitari, aut aliud agentis, & nequaquam Deum adesse vere existimantis animi significatio detur. Oportere vocem ad eorum qui audiant vtilitatem accommodare, neminiq; neq; asperè, neq; superbè respondere, in omnibusq; lenitatem tenere, & reuerentiam aduersus omnes adhibere. Per dolum neutiquam annuendum oculo, aut alterius membri gestu vtendum, quo frater offendatur, aut intelligat se contemni. In vestimentis, calceamentisué exquisitam elegantiam fugere, quando hoc facere ostentationis est. Oportere rebus ad vsum corporis comparatis vilibus vti, neq; ad largiorem luxum quidquam insumere, quod facere abusus dicitur. Honores non oportere sectari, neq; primas sibi vendicare: vnumquenq; sibi cæteros præponere oportere, non se à subiectione eximere: Nõ oportere, vt ociosus panem manducet, qui valeat laborare: potiusq; debere vnumquenq; etiam cùm in rebus iis, quæ ad Dei gloriam pertineant, tractandis sit occupatus, ab iis se ipsum violenter veluti abstrahere, atq; ad operis pro viribus faciendi studium impellere. Oportere vnumquenq; ex antistitis arbitrio cũ ratione, & summa animi persuasione omnia quæ agat, moderari, atq; ipsum etiam adeò cibum, ac potionem assumere ad gloriam Dei. Non oportere quenquam de vna se in aliam officinam transmouere, nisi id ita esse illi rectum iudicarint, quibus huiusmodi rerum singularum data procuratio sit, extra quam si quando repentina fortuita necessitas aliqua inde ipsum ad opem fratri, qui tunc præ imbecillitate id ipse non possit, ferendam vocet. Oportere vnumquenq; in quo vocatus est, in eo manere, neq; assignatos sibi fines transilire, aut vlterius quàm quantum sibi præfinitum sit, in labore operum progredi, nisi ad quos isthæc pertinent, aliter iudicauerint, & Deo id gratum esse censuerint. Oportere nihil per cõtentionem, aut litem aduersus aliquem facere. Non debere alterũ alterius laudibus inuidere, aut ex culpis alienis voluptatem aucupari,

I

K

Murmuratio vel impatientia.

Iracundia.

Vestitus & corporis cultus.

Ambitio.

Obedientia & disciplina.

Status conseruatio.

Inuidia in charitatem vertenda.

pari,cumq́; quid rectè minùs à fratre ſuo factum quiſq; animaduer-
terit, officij ſui eſſe existimare,eo modo quo Chriſti charitas poſtu-
lat, dolere, angiq́;. Contra,ſi quæ rectè fieri viderit, gaudere,ac læ-
Correctio fraterna. tari. Non oportere aliorum peccata, quaſi id nihil referret, lentè
ac diſsimulanter ferre. Oportere, qui alterum redarguit,eum cum
timore Dei, adhibita omni animi lenitate redarguêre: in eaq́; re id
vnum ſpectare tantummodo,vt à peccato peccantem abducat: vi-
ciſsimq́; debere, qui redarguitur, reprehenditurué, æquo & alacri L
animo ferre, ſe redargui aut reprehendi, vt qui ſciat in eo ſibi vtili-
tatem poſitam, ſi corrigatur. Non debere cùm alius quiſpiam cor-
ripiatur, illo ipſo, vel aliis quibuſuis præſentibus corripienti alium
contra aduerſari. Quod ſi tamen aliquando correptio illa alicui
neutiquam ratione facta videatur, illum cum eo ſemotis arbitris
ea de re agere oportere,ipſumq́ue, vel cur ita facere non debuerit,
docere: vel contra ab eodem cauſam, cur ita fecerit, ipſe edoceri.
Reconciliatio offenſarum. Debere vnumquenq; in eo adniti,ſi aliquem ſibi aliqua de cauſa in-
fenſum habeat, vt ſibi eius animum mitiget quantum poſsit. Non
oportere eum quis peccauerit,& peccaſſe ipſum pœnituerit,prę̨te-
ritorum illius peccatorum memoriam retinere,potiuſq́; iniurias ei
Pœnitentia vera. ex animo omnes cōdonare. Oportere eum, qui pœnitere ſe dicat,
non ob id compungi modò,quòd peccauerit,ſed fructus edere pœ-
nitentiæ dignos. Quod qui ab ea quæ prius commiſit delicta,caſti-
gatus ſit, & dignus habitus, cui illa ſint condonata, is ſi denuò pec-
Correctio malorum. cauerit,durius etiam quàm antea ſibi iræ Dei iudicium parat.Opor-
tere eum qui poſt vnam & alteram admonitionem, obſtinatè ta-
men nihilominus in vitio perſeueret, ad antiſtitem deferre, expe-
ririq́; num fieri poſsit, vt à pluribus obiurgatus, à prauo propoſito
ſuo, pudore aſperſus deſiſtat. Quod ſi ne ſic quidem noxam emen-
dauerit, oportere eum ab reliquo corpore præcidi, & vt gentilem M
haberi ac publicanum: vt illius exemplo admoniti cæteri, cautiùs
ſe gerant, qui ſtudioſè in officio & obedientia permanentes labo-
rent,conuenienter dicto illi: Ruentibus impiis,iuſti in timore erūt.
Ira non fouenda. Oportere etiam illius veluti membri ab reliquo corpore deſecti vi-
cem dolere. Nequaquam pati oportere, vt iritato adhuc fratre ſi-
nas ſolem occidere, ne fortè aliquando ambos ſic diſsidentes in-
teruentu ſuo ſeparet nox, & in die iudicij crimen relinquat inexpi-
abile. Ad vitæ correctionem non comperendinandum, cùm quid
cras futurum ſit, certum nobis promittere non poſsimus, & mul-
tos ſciamus,qui rebus multis conſilio deſignatis,ad perendinum di-
em non

em non peruenêre. Non oportere à ventris ſaturitate in fraudem Temperantiæ ſtudium.
induci,ex qua imaginatiuæ ludificationes poſtea nocturnæ naſcun-
tur. Non oportere diſtrahi per intēperiem immodici laboris, neq;
naturalis in victu quærendo neceſsitatis limites egredi, ex præce-
pto Apoſtoli: Habentes victum & integumenta,his cōtenti ſimus. 1. Tim: 6.
Quādo copia illa quæ vltra neceſſarium vſum quæritur, ſatis mul- Auaritia.
tas ineſſe in homine nimias habendi cupiditates indicat. Porrò hu-
iuſcemodi immodica cupiditas, ſimulachrorum cultura appellata
eſt. Oportere omnem ab ſe pecuniæ cupiditatem penitus amoliri, Coloſ: 3.
neq; in theſauros quidquam ad res inutiles, ac minimè ad nos per-
N tinentes recondere. Oportere ad Deum accedentem toto animo
rerum omnium nuditatem amplecti, & vndiq; Dei timore configi,
ſecundum illud Prophetæ: Confige timore tuo carnes meas, à iu- Pſal: 118.
diciis enim tuis timui. Vtinam verò det vobis Dominus; vt ſuſce-
ptis cum omni fiducia ac plenitudine fidei iis,quę dicta à me ſunt ad
ſuam ipſius gloriam, dignos ſpiritu fructus feratis: annuente Deo
Patre,& Ieſu Chriſto Domino noſtro adiuuante. Amen.

D. Auguſtini Sermo CCXV. de Tempore.

ROgo vos,fratres chariſsimi,vt attentiùs cogitemus quare Chri- Chriſtianū nomen ſine opere pernicioſum.
ſtiani ſumus, & crucem Chriſti in fronte portamus. Scire enim
debemus,quia non nobis ſufficit, quòd nomen Chriſtianum acce-
pimus, ſi opera Chriſtiana non fecerimus: ſicut ipſe Dominus in
Euangelio dixit. Quid prodeſt quòd dicitis mihi, Domine, Domi- Matth: 7. ℣ 21.
ne, & non facitis quæ dico? Si te militem Chriſtianum dicas, & iu-
giter cruce Chriſti te ſignes, & eleemoſynam ſecundum vires tuas Crucis ſigillum, ſanctitatis eſt, non impietatis.
non feceris, charitatem & iuſtitiam, vel caſtitatem habere nolue-
ris, nihil tibi prodeſſe poterit Chriſtianum nomen. Magna res eſt
ſignum Chriſti,& crux Chriſti: & ideò de iſto tam pretioſo ſignacu-
lo res magna & pretioſa ſignari debet. Quid enim prodeſt,ſi de an-
nulo aureo ſigillum facias,& putridas paleas intus recondas? Quid
prodeſt,ſi ſignum Chriſti in fronte, & in ore geſtamus, & intus in a-
nima crimina & peccata recondimus? Qui enim malè cogitat,ma-
O lè loquitur, malè operatur, ſi ſe emendare noluerit, quando ſe ſi-
gnat, peccatum illius non minuitur, ſed augetur. Multi enim dum
ad furtum aut adulterium vadunt, ſi pedem impegerint, ſignant ſe,
& tamen de malo opere non reuocant ſe: & neſciunt miſeri quia
includunt in ſe magis dæmones, quàm excludunt. Qui autem à ſe
cum Dei adiutorio vitia & peccata repellit, & quod bonum eſt co-
gitare ſi-

gitare ſimul & implere contenderit, iuſtè ſignum crucis labiis ſuis apponit, quia talia opera conatur agere, quæ ſignum Chriſti mereantur accipere: & quia ſcriptum eſt: Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute: & iterum: Fides ſine operibus mortua eſt: & nomen Chriſtianum non ad iudicium, ſed ad remedium habeamus: conuertamus nos ad opera bona, dum in noſtra ſunt poteſtate remedia.

1. Cor: 4. ℣ 20.
Iacob: 2. ℣ 26.

Chriſtianæ vitæ præcepta varia.

Et vt hæc, Deo auxiliante, poſsitis implere, pacem & ipſi habete, & eos qui diſcordes ſunt, ad concordiam reuocate. Mendacium fugite, periurium velut mortem perpetuam nolite facere. Ante omnia ſicut iam ſupra dictum eſt, ſecundum vires eleemoſynam pauperibus exhibete, oblationes quæ in altario conſecrentur offerte. Erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicauerit. Qui poſſunt, aut cereolos, aut oleum quod in cicindelibus mittatur, exhibeant.

Puerorum in baptiſmo ſuſcipiẽdorum & erudiendorum cautelæ.

Symbolum vel orationem Dominicam & ipſi tenete, & filiis veſtris oſtendite. Nam neſcio qua fronte ſe Chriſtianum dicat, qui paucos verſus in Symbolo, P vel in oratione Dominica parare diſsimulat. Filios quos in Baptiſmo excipitis, ſcitote vos fideiuſſores pro ipſis apud Deum extitiſſe. Et ideò tam illos qui de vobis nati ſunt, quàm illos quos de fonte excipitis, ſemper caſtigate, atq; corrigite, vt caſtè, & iuſtè, & ſobriè viuant. Et vos ipſi ita agite, vt ſi vos filij veſtri imitari voluerint, non vobiſcum in igne ardeant, ſed ſimul vobiſcum ad præmia æterna perueniant.

Iudiciorum & iuſtitiæ trames.

Qui cauſas audiunt, iuſtè iudicent: nec munera ſuper innocentes accipiant: quia munera excœcant corda ſapientium, & immutant verba iuſtorum, ne fortè dum acquirunt pecuniam, perdant animam ſuam.

Lucrũ vix quãdo licitum.

Nemo enim habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno. Vbi lucrum, ibi & damnum. Lucrum in arca, damnum in conſcientia.

Conuiuia & ebrietas.

Nullus ſe inebriet, nemo in conuiuio ſuo cogat alium amplius bibere quàm oportet, ne per ebrietatem & ſuam & illius animam perdat.

Feſtorum cult⁹ in Eccleſiis.

Omni die Dominico ad Eccleſiam conuenite. Si enim infelices Iudæi tanta deuotione celebrant ſabbatum, vt in eo nulla opera terrena exerceant: quanto magis Chriſtiani in die Dominico ſoli Deo vacare, & pro animæ ſuæ ſalute debent ad Eccleſiam conuenire? Quando ad Eccleſiam conuenitis, pro peccatis veſtris orate. Nolite rixas committere, nolite lites & ſcandala concitare. Qui ad Eccleſiam veniẽs hæc fecerit, ibi ſe litigando vulnerat, vbi ſe orando ſanare potuerat. In Q Eccleſia ſtantes nolite verboſari, ſed lectiones diuinas patiẽter audite. Qui enim in Eccleſia verboſari voluerit, & pro ſe & pro aliis

redditurus

redditurus eſt rationem, dum verbum Dei nec ipſe audit, nec alios audire permittit.

Decimæ præſtandæ.
Emẽdatio vitæ.

Et decimas de fructibus veſtris, Eccleſiis reddite. Qui fuit ſuperbus, ſit humilis; qui erat adulter, ſit caſtus; qui ſolebat furtum facere, vel res alienas inuadere, etiam de propria ſubſtantia incipiat pauperibus erogare. Qui fuit inuidus, ſit beneuolus. Qui fecit iniuriam, citò veniam petat. Cui iniuria facta eſt, citò dimittat.

Infirmi comunione & vnctione, non ſuperſtitione ſanandi.
Iacob: 5.

Quotiens aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus & ſanguinem Chriſti ille qui ægrotat accipiat, & inde corpuſculum ſuum vngat, vt illud quod ſcriptum eſt impleatur in eo: Infirmatur aliquis, inducat presbyteros, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Videte fratres, quia qui in infirmitate ad Eccleſiã cucurrerit, & corporis ſanitatem recipere, & peccatorum indulgentiam merebitur obtinere. Cùm ergo duplicia bona poſsint in Eccleſia inueniri, quare per præcãtatores, per fontes, & arbores, & diabolica phylacteria, per characteres & aruſpices, & diuinos vel ſortilegos, multiplicia ſibi mala miſeri homines conantur inferre?

Domeſtici in pietate cõtinendi.

Sicut iam ſuprà diximus, filios & omnes familias R veſtras admonete fratres ſemper, vt caſtè & iuſtè ac ſalubriter viuant. Nec ſolùm eos verbis, ſed etiã exemplis ad bona opera prouocate.

Linguæ & loquelæ directio.

Ante omnia vbicunq; fueritis, ſiue in domo, ſiue in itinere, ſiue in conuiuio, ſiue in conſeſſu, verba turpia & luxurioſa nolite ex ore veſtro proferre, ſed magis vicinos & proximos veſtros iugiter admonete, vt ſemper quod bonum eſt & honeſtum loqui ſtudeant: ne fortè detrahendo, malè loquendo, & in ſanctis feſtiuitatibus choros ducendo, cantica luxurioſa & turpia proferendo de lingua ſua, vnde debuerant Deum laudare, inde ſibi vulnera videantur infligere.

Choreæ & ſpectacula gentiliſmi reliquiæ.

Iſti enim infelices & miſeri homines, qui balationes & ſaltationes ante ipſas baſilicas ſanctorum exercere, nec metuunt, nec erubeſcunt, & ſi Chriſtiani ad Eccleſiam venerint, pagani de Eccleſia reuertuntur, quia iſta conſuetudo balandi de paganorum obſeruatione remanſit.

Cantica luxurioſa.

Et iam videte qualis eſt ille Chriſtianus, qui ad Eccleſiam venit orare, & neglecta oratione, ſacrilega verba paganorum non erubeſcit ex ore proferre. Videte tamen, fratres chariſsimi, ſi iſtum eſt, vt ex ore Chriſtianorum, vbi corpus Chriſti ingreditur, luxurioſum canticum quaſi venenum diaboli proferatur?

Iuſtitię Chriſtianę compendiũ etiam ꝑ idiotis.
Matth: 7. ℣ 12.
Tob: 4. ℣ 16.

Ante omnia quicquid vultis vobis ab aliis fieri, hoc aliis facite. Quod vobis ab aliis non vultis fieri, nulli alij feceritis. Quam rem ſi volueritis implere, ab omni peccato poteſtis veſtras animas libe-

mas liberare: quia & qui literas non nouit, istas duas sententias S
memoriter teneat, & cum Dei adiutorio operibus & potest & de-
bet implere. Et licet credam quòd illa infelix consuetudo, quæ
de paganorum profana obseruatione remansit, iam nobis casti-
gantibus, & de locis istis fuerit, Deo inspirante, sublata, tamen si
adhuc agnoscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de
hinnicula vel ceruula exercere, ita durissimè castigate, vt eos pœ-
niteat rem sacrilegam cōmisisse. Et si quando luna obscuratur, ad-
huc aliquos clamare cognoscitis, & ipsos admonete denunciantes
eis, quòd graue sibi peccatum faciunt, quando lunam, quæ Deo iu-
bente, certis temporibus obscuratur, clamoribus suis à maleficiis
sacrilego ausu se defensare posse confidunt. Et si adhuc videtis ali-
quos ad fontes, aut ad arbores vota reddere, &, sicut iam dictum
est, sortilegos etiam & diuinos vel præcantatores inquirere, phyla-
cteria etiam Diabolica & characteres aut herbas, vel succos sibi aut
suis appendere, durissimè tanta eorum peccata increpantes dicite:
quia quicunq; fecerit hoc malum, perdit baptismi sacramentum.
Et quia audiuimus, quòd aliquos viros vel mulieres ita Diabolus
circumueniat, vt quinta feria, nec viri opera faciant, nec mulieres
lanificium: coram Deo & sanctis Angelis eius contestamur, quia
quicunq; hoc obseruare voluerint, nisi per prolixiam & duram pœ-
nitentiam tale sacrilegium emendauerint, vbi arsurus est Diabolus, T
ibi & ipsi damnandi sunt. Isti enim infelices & miseri, qui in hono-
re Iouis in quinta feria opera non faciunt, non dubito quòd ipsa o-
pera die Dominico facere nec erubescunt nec metuunt. Et ideo
quoscunq; tales esse cognoueritis, durissimè castigate. Et si emen-
dare noluerint, nec ad colloquium, nec ad conuiuium vestrum eos
venire permittite. Si verò ad vos pertinent, etiam flagellis cædite,
vt vel plagam corporis timeant, qui de animæ suæ salute non cogi-
tant. Nos enim, fratres charissimi, cogitantes periculum vestrū,
paterna vos solicitudine admonemus. Si nos libenter auditis, &
nobis facietis gaudium, & vos feliciter peruenietis ad regnum.
Quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre, & Spiritu sancto, vi-
uit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Talium superstitionum reliquiç præter dogma Ecclesiæ, essent nunc quoq; extirpandæ.

Similes Feriç, etiamnum Baccho & Cæreri consecrantur.

Christiani in anima incorrigibiles corporaliter castigandi.

D. Augustini Sermo C C X V I. *de Tempore.*

GAudeamus, fratres charissimi, & Deo gratias agamus, qui se-
cundum desideria nostra vos incolumes inuenire meruimus.
Et verè, fratres, iustè & meritò pater gaudet, quotiens filios suos &
corpore

corpore sanos, & in Dei timore deuotos inuenerit. Et quia tam de
vestra quàm de nostra salute duplicatum nobis gaudium nunc pie-
tas diuina concessit, quod ad profectum animarum vestrarum per-
V tinet, debemus charitati vestræ suggerere. Oportet, fratres cha-
rissimi, vt tota mentis intentione inquirere vel intelligere studea-
mus, quare Christiani sumus, & quare crucem Christi in fronte por-
tamus. Agnoscite & intelligite, fratres, quòd non ideo Christiani
facti sumus, vt de ista tantùm vita soliciti simus: sicut enim dicit
Apostolus: Si enim in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, 1. Cor: 15. ✝19.
miserabiliores sumus omnibus hominibus. Qui enim non cogi-
tat nisi de ista tantummodo vita, animalibus & pecoribus similis
est. Quid enim quærunt animalia, nisi manducare, bibere, luxuria-
ri, & dormire? Tales sunt qui plus cogitant de carne sua, quàm de
anima, qui plus diligunt gulam ac luxuriam, quàm castitatem atque
iustitiam. Scire debetis, fratres charissimi, quoniam ideo Christia-
ni facti sumus, vt semper de futuro sæculo, & de æterno præmio
cogitemus, & plus pro anima quàm pro corpore laboremus: quo-
niam caro nostra paucis annis erit in hoc mundo: anima autem
nostra, si benè agimus, sine fine regnabit in cœlo. Si verò, quòd
Deus non patiatur, mala opera exerceamus, & plus pro carnis lu-
xuria quàm pro salute animæ laboremus, timeo ne quando boni
Christiani cum Angelis accipiuntur in vitam æternam, nos, quod
absit, præcipitemur in gehennam. Non nobis sufficit, fratres, quòd
X Christianum nomen accepimus, si bona opera non fecerimus Chri-
stiana. Illi enim prodest, quòd Christianus dicitur, qui castitatem
diligit, ebrietatem fugit, superbiam detestatur, inuidiam velut ve-
nenum Diaboli respuit. Ille verè Christianus est, qui furtum non
facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec mentitur, nec per-
iurat, qui adulterium non committit, qui ad Ecclesiā frequentiùs
venit, qui de fructibus suis non gustat, nisi prius ex ipsis Deo ali-
quid offerat, qui decimas anni singulis erogandas pauperibus red-
dit, qui sacerdotibus suis amorem impendit, qui omnes homines
sicut seipsum diligit, qui nullum hominem odio habet. Ille verò
non solùm Christianus est, sed ipse Christus in illo habitat: qui sta-
teras dolosas & mensuras duplices velut gladium Diaboli pertime-
scit. Ille bonus Christianus est, qui quando ad Ecclesiam venit, &
oblationem quæ in altario mittatur exhibet, & pauperibus secun-
dum quod vires habet, argentum porrigit aut buccellam: qui pere-
grinos

Christiani non præsentem sed futuram vitam attendant.

Christiano quæ vitanda, & quæ sectanda.

grinos in domum suam excipit: qui hospitibus pedes lauat: qui nõ solùm lites non concitat, sed etiam discordes ad concordiam re- Y uocat: qui maioribus & parentibus honorem & amorem verè charitatis impendit: qui & ipse castè viuit, & filios vel vicinos suos vt castè & sobriè viuant, & verbis admonet, & exemplis docet. Ille bonus Christianus est, qui quoties sanctæ sollẽnitates veniunt, vt securiùs cõmunicet, ante plures dies castitatem cum propria vxore custodit, vt sincera & secura conscientia ad altare Domini casto corpore & mundo corde præsumat accedere. Qui symbolum & orationem Dominicam memoriter tenet, & filios vel filias suas, vt ipsi teneant, fideliter docet. Ecce audistis, fratres, quales sint Christiani boni. Et ideo quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, vt nomen Christianum non sit falsum in nobis, nec in nobis Christi sacramenta patiantur iniuriam: sed semper opera Christiana & cogitemus in corde, & impleamus in opere. Nam ille Christianus qualis est, qui vix aliquando ad Ecclesiam venit: & quando venerit, non stat vt oret pro peccatis suis, sed vt causas dicat, aut lites & rixas concitet: & si locum inuenerit vsque ad vomitum bibit, & postquam se inebriauerit, surgit quasi phreneticus & insanus, Diabolico more balare & saltare, & incipit verba turpia & amatoria vel luxuriosa cantare. Iste talis non dubitat furtum facere, adulte- Z rium non timet admittere, falsum testimonium dicere, maledicere, periurare. Siue viri siue mulieres qui talia opera faciunt, non ad remedium, sed ad iudicium Christianum nomen & Baptismi sacramenta suscipiunt: & nisi pœnitentiam egerint, in æternum peribunt. Ecce, fratres, ostendimus vobis quales sint Christiani boni, & quales sint mali. Et ideò quos bonos videtis, imitamini: quos verò malos esse cognoscitis, castigate semper, increpate, corrigite, vt de profectu vestro & de illorum perfectione duplicem mercedem habere possitis. Qui ergo boni sunt, casti, sobrii, humiles & benigni, Deo auxiliante perseuerent in operibus suis bonis. Qui verò opera mala faciunt, citò se corrigant, antequam illorum animæ de hac luce discedant: quoniam si sine pœnitentia mortui fuerint, non veniunt ad vitam, sed præcipitantur ad mortem. De qua pœna nos pius Dominus liberare dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Christianorum malorum vita, & pœna.

In festo Epiphaniæ,

SERMO DECIMVS SEPTIMVS.

Cùm natus eßet IESVS *in Bethlehem Iudæ: Ecce Magi veniunt. &c.* Matth: 2.

A QVemadmodum ad opus incarnationis, humano generi stupendum potiùs, quàm sperandum, condignè excipiendum, diuina prouidentia & benignitas, longè antehac ab ipsa mundi constitutione, varias figuras, promissiones, & apparatus præmittebat: & ipsum etiam nomen filij Dei incarnandi cœlitus antehac erat prænuntiatum: vt proximè exactis festis recolebamus: Similis ratio exigere videbatur, vt eiusdem filij Dei in carnem aduentus iam completus, cœlica quoq; & supra naturali manifestatione contestaretur. Postquam igitur secundum B. Gregorium, cœli rationales, hoc est Angeli, Christi incarnationem Iudæis è vestigio annuntiassent: conueniebat vt gentibus quoq; ad lucem salutarem admittendis, cœli elementares seu naturales, eandem gloriam Dei enarrarent. Ea procul dubio ratione, sicut S. Euãgelista Lucas post historiam nati Christi, mox subinfert eiusdem per pastores, quasi primitias Iudæorum, denuntiationem: sic S. Matthæus descriptioni eiusdem Natalis Domini, mox subiicit Magorum, qui essent veluti primitiæ gentium, ad Christi per stellam deductionem. Rectè igitur Ecclesia præsentem memoriam vocat Epiphaniam, seu manifestationem, triplici ratione: Primò quidẽ & præcipuè, quòd stella illa noua, vel nouo apparens modo, cæterisq; præfulgens, designaret, & quasi aperiret, nouum illud & inusitatum lumen, quod prædixerat Isaias, quo *populus* (gentilicus) *in tenebris sedens, lucem magnã fuisset aspecturus.* Deinde quòd ex recepta traditione, hodierna solennitate in Ecclesia decantata, fertur Christus iam adultus, eodem, vel (vt probabilius est) simili aliquo die, licet annis diuersis, fuisse hominibus manifestatus: primò quidem per ipsius Patris & Spiritus sancti, cœlicam in Baptismo contestationem, consequenter verò in Cana Galileæ, per primum miraculum, Diuinitatis suæ manifestationem. Adeò vt sicut festum Circumcisionis singulariter spe-
B ctat eos, qui ex circumcisione crediderunt: sic præsens Epiphaniæ sollennitas,

Festi Epiphaniæ cum Natalis & Circumcisionis cohærentia.

Messiæ aduenientis Iudæis & Gentibus congrua manifestatio.

Greg: homil: 10. in Euangelia.

Petrus Chrysol: serm: 159.

Psalm: 18. ✝ 1.

Epiphania vnde sit denominata.

Isaiæ 9. ✝ 2.

Epiphania triplici memoria honorata.

Officium Romanum in 2. vesperis Epipha: Antiphona ad Magnificat.

Epiphania Chriſtianis ex Gentibus: ſicut Circumciſio ex Iudæis correſpondet.
Chryſol: ſerm: 157.

ſollennitas, propria ſit nobis, qui ex gentilibus illuminati ſumus. Sed quod nos balbutiendo effudimus, audiamus Chryſologum aureo eloquio ſic perſequentem: Dominicæ feſtiuitates cauſas ſuas ſuis vocabulis eloquuntur: Nam ſicut naſcendo Chriſtus dedit diem Natalem, & reſurgendo Reſurrectionis diem dedit: ſic lumine ſignorum diem ſuæ illuminationis oſtendit. Qui enim naſcendo ante humano corpore ſe velauit, poſtea operando ipſe ſe cœleſti reuelauit arcano: poſt Deus ipſe apparuit trino modo, qui homo in partu paruit ſingularis. Meritò ergo ſollennitas præſens Epiphaniæ vocabulo nuncupatur, in qua illuxit Deitas, quæ noſtra nobis obſcurabatur in carne. Iſta eſt, fratres: iſta eſt feſtiuitas, quæ cõcepta tempore diuerſo peperit tria Deitas inſignia.

Diſpoſitio ſermonis.
Chryſ: hom: 6. in ſecundum caput Matthæi.

Hæc ille. Vt igitur tantam ſollennitatem digniùs & fructuoſiùs exigamus: præſentem ſermonem verbis S. Chryſoſtomi ſic diſponimus & auſpicamur. Multa nobis opus eſt vigilantia, multis precibus, vt præſentis loci difficultatem poſsimus abſoluere, & diſcere: quinam ſint Magi; & vnde venerunt; & quonam modo, quoué ſuadente: quænam etiam illa ſtella fuerit, quæ Magos vſq; ad Chriſtum perduxerat. Sic ille.

Chriſti per Magos adoratio duce ſtella, iam olim prædicta ab Ethnicis.
Sibylla Erithr: lib: 8. Oraculorum.

Vt ergo rem ab origine ipſa repetamus: Sciendum eſt, ſicut alia potiſsima ſalutis noſtræ myſteria, ſic & iſtud adorationis Chriſti per Magos duce ſtella, oracula etiam gentilica non tacuiſſe. Sibylla Erithræa ſic ceciniſſe fertur:

Tunc autem ſignum dabitur diuinitus à Domino ingens.
Nam relucebit in cœlo lucida ſtella, ſimilis coronæ claræ,
Per dies non paucos. Et rurſus alibi:
Hoc puero nato præparauit gaudia tellus,
Cœleſtis riſit ſedes, & geſtiit orbis:
Diuinamq; Magi ſtellam coluêre recentem:
Monſtratusq; Dei præcepta ſequentibus infans
Eſt in præſepi, quem faſcia cinxit. Eſtq;
Dicta logi Bethleem diuino patria nutu,
Caprarum atq; ouium cuſtodibus, atq; bubulcis.

Macrobius lib: 2. Saturnalium.
Chalcidii Platonici ex Euangelio Matthæi, de Magis & ſtella teſtimonium.

Macrobius quoq; quamuis nomen Chriſtianum execretur: tamen lib: 2. Saturnalium, tractans de Hærodis infanticidio: hiſtoriã hanc C adorationis Magorum præuia ſtella, non obſcurè inſerit. Chalcidius autem Platonicus, ſuis in Timæum commẽtationibus ſic habet: Eſt quoq; alia ſanctior & venerabilior hiſtoria (Matthæi ſine dubio Euangelium intelligens) quæ perhibet, ortu ſtellæ cuiuſdam, non morbos neq; mortes denuntiatas, ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanæ conuerſationis, rerumq; mortalium gratiam. Quam

ſtellam

ſtellam cùm nocturno tempore ſuſpexiſſent Chaldæorũ profectò ſapientes viri, & conſideratione rerum geſtarum ſatis exercitati, quæſiuiſſe dicuntur recentem Dei ortum: repertaq; illa maieſtate puerili, veneratos eſſe: & vota Deo tanto, cõuenientia nuncupaſſe.

Ioan: 4. ℣ 23.
Magi Chriſtum adorantes qui erant.
Euſe: apud Hieron: de regula Monachorum Tom: 9.
Hier: in cap: 2. Danielis.
Socr: lib: 7. hiſt: Eccleſi: cap: 8.
Plin: lib: 30. ca: 1.
Cicero lib: 1. de Diuinatione.
Reges plerunq; Magi vel Philoſophi.
Plato Dialogo 6. de Repul.
Ariſt: & Cicero.
Magi ante Chriſti illuminationẽ ſuperſtitioſi.

Hæc ille. Porrò viros iſtos, qui iuxta verba Saluatoris, *primi veri adoratores in ſpiritu & veritate*, eiuſmodi adorationem extra Ieroſolymam inchoârunt, Euangeliſta Magos denominat. Magi autem ſecundum Euſebium Cæſarienſem triplices fuerunt: primi erant deuotione & abſtinentia præcellentes, ad inſtar vetuſtiorum Monachorum, qui præter farinam, olera, & aquam, nihil ad victum admitterent. Alij erant Sacerdotes, quibus ſacra committebantur, maximè in Perſide nominati. Tertium genus Magorum erat, qui ad ſcientias naturales, quibus præcellebant, etiam ſupra naturales ex aſtris, ac Deorum, vel potiùs Dæmonũ, conſultis, adhibebant. Ex iſto tertio genere Magos iſtos prodiiſſe credibile eſt. Primò quidem: quòd ea Magiæ ſpecies regibus omnibus Orientalibus fuiſſet commendatiſſima, vt vel Magi regnarent, vel ſine Magia regna non adminiſtrarentur. Quod etiam apud Græcos de Philoſophis celebrabatur. Deinde quòd S. Matthęus, poſtquam viros illos appellaſſet Magos, addit mox rationem, quòd ex ſtella apparente, quaſi neceſſariò regem nouum Iudeæ natum comperiſſent. Fieri autem poterat, quòd ad naturalem Aſtrologiæ ſcientiam, aliquid ſuperſtitionis admiſcuerint, ſed ſecundum aliquos antiquos Doctores, poſtmodum cœlitus illuſtrati, omnem ſcientiæ ſuæ ſcopum, ad eum à quo illuſtra-

Iuſtin: cum Tryphone.
Ignat: epiſt: ad Epheſ.
Orig: lib: 1. contra Celſum.
Tert: lib: de idololatria cap: 9.
Chryſol: ſer: 156 & 157.
Magi ſucceſſores Balaam.
Num: 24. ℣ 15.
Orig: hom: 13. in Numeros.
Baſil: hom: de humana Chriſti generatione.

D bantur, retulerunt. Huic etiam optimè correſpondet, quod antiquiſsimi Doctores aſſerunt: Magos illos fuiſſe, ſi non in genere, certè in Prophetia, vel ſcientia, ſucceſſores Balaami, de quo habetur *Num: 24.* Qui quamuis gentilis eſſet, & Dæmonum virtute futura prædiceret, tandem tamen creatorem verum recognoſcens, eius populo benedictionem, loco maledictionis, ſua prophetia conſignauit, dicens: *Dixit homo cuius obturatus* (legitur in vulgata obthuratus, quaſi thure Idolorum dementatus) *eſt oculus: dixit auditor ſermonũ Dei, qui nouit doctrinam altiſsimi, & viſiones Dei omnipotentis videt: qui cadens apertos habet oculos:* (ecce rurſus ſuccedentem diuinam inſpirationem) *Videbo illum, ſed non modò: intuebor illum, ſed non propè. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga* (pro virga alij legunt, homo) *ex Iſrael.* Et poſtquam dixiſſet quædã de potentia tanti Regis, aduerſus hoſtes Eccleſiæ ſuæ, ſubiicit: *Heu quis victurus eſt, quando iſta faciet Deus?* Quæ verba Chaldæus Paraphraſtes de Chriſto Meſsia expoſuit. Ex quibus & nos ſic ratiocinamur.

ocinamur. Quòd sicut Balaam spiritu maligno actus, pergebat ad maledictionem populo Dei: sed postmodum cõminatione Angeli per os asinę loquentis à Deo illustratus, maledictionem conuertit in benedictionẽ. Sic (vt scribit S. Ignatius) in istis Magis euanuit sapientia mundi, præstigiæ factæ sunt nugæ: Magia risus, omnes ritus aboliti malitiæ, ignorantiæ caligo fugata, & tyrannicus principatus destructus, cùm Deus vt homo apparuit, & homo vt Deus operabatur. In eundem sensum Chrysologus. Apud Magos, inquit, in culpa erat ignorantia non voluntas, & erat in crimine, non studium sed error. Quærere Deum & nescire quęrere, necessitas magis est, quàm reatus. Et alibi. Ab oriente, inquit, ad orientem veniunt Magi, vt susciperet venientes ipse, qui iusserat vt venirent. Quando enim Deum Magus, nisi iubente Deo perquireret? quando Regem cœli, nisi reuelante Deo Astrologus inueuisset? quando vnũ Deum E
sine Deo Chaldæus adoraret in terra, qui in cœlo diis totidem quot syderibus seruiebat. Et rursus: Quare Magi? quare per stellam? si cum stellis, cum origine nulla causa est, nulla ratio cũ natura? Quare Magi? Quare stęlla? vt per Christum ipsa materia erroris, sic fieret salutis occasio, quemadmodum per Christum mortis causa, causa facta est vitæ. Hostem proprio mucrone turbare singulare est insigne virtutis. Hactenus Chrysologus. Dedit ergo (inquit S. Leo) aspicientibus intellectum, qui præstitit signum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniendum obtulit requisitus. Sic ille. Deinde Balaam sub specie Arioli Propheta illuminatissimus (vt habet D. Hieronymus) in ista Prophetia apertissimè profitetur Altissimum, id est Deum, à quo esset aspiratus, se visurum, sed non modò, hoc est aliquando tandem in sua posteritate. Quod vltimis verbis magis declarat: *Heu quis victurus est, quando ista faciet Deus?* Deinde non propè, sed à longè, nimirum longa discretione, non solùm terrarum, sed etiam gentilicarum tenebrarum. Et quidem talem Deum futurum esse, virgam seu hominem ex genere Iacob seu Israel, quem stella nouiter exorta fuisset denuntiatura. Congruit & illud, quod idem Balaam superiùs dixerat: *Accubans dormiuit vt Leo, & quasi leæna, quem suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur.* Quæ verba S. Basilius de Christo intelligenda esse censet. Et rectè quidem, cùm eadem in vetustiori Prophetia Iacob, ad literam de ortu Mesiæ habeantur. Vnde credibilius est, Magos istos cum antecessore suo Balaam, fuisse ex posteritate Noë, & ipsius Abrahæ, quos Astrologiam tractasse & tra-

Greg: Nisse: orã: de Nati: Christi.
Leo serm: 4. de Epiphan.
Cypr: de stella & Magis.
Theoph: Euthi:
Beda super hũc locum.
Amb: sup Luc: 2.
Hier: in hũc locum & in Isa: 47.
Magis Astrologia conuersa in Prophetiam.
S. Ignat: loco supra citato.
Chrysol: serm: 156. & 157.
Leo serm: 1. de Epiphania.
Balaami Prophetia de Christo, tempore remotissima, spiritu proxima.
Hier: in Epitaphio Paulæ.
Aug: serm: 103. de Tempore.
Num: 24. ✠ 9.
Basil: de humana Christi generatione.
Gene: 49. ✠ 9.
Magi ex posteritate Noæ, Astrologiæ veræ periti.

se & tradidisse, antiquissimi & graues authores meminerunt. Cùm igitur expositores sacri Magos istos, alij Chaldæos, alij Persas, alij Arabes fuisse colligant: vltimæ sententiæ amplectendæ non paruũ sese nobis prodit argumentum. Testatur enim ipsemet Balaam,
F sese alioquin in Haran Mesopotaniæ habitantem, euocatum fuisse mercede nefaria, ad maledicendum populo Dei, à Rege Balac, in Regiam Balaaci ciuitatem Moab: quæ teste D. Hieronymo, erat vrbs & prouincia Arabiæ, ibiq; istam prophetiam edidisse: quam in eodem loco, vbi tunc populus Dei consedisset, hæreditate quadam conseruatam fuisse, non obscurè coniicitur. Confirmat idipsum Epiphanius testimonio sacræ historiæ, & Iudæorum traditionibus. Refert enim ex Genesi cap: 25. Abrahamum cùm ex Cetura plures filios suscepisset, noluisse eos in hæreditatem cum Isaac, qui filius promissionis esset, commiscere: sed separatos, cum muneribus ad plagam orientalem dimisisse. Porrò inter istos ex Cetura filios, erat quoq; Ixan, qui genuit Saba, & Madian, ex quo ortus est Epha: à quibus postmodum prouinciæ etiam ipsæ Arabiæ, quas inhabitabant, Epha & Saba, & ipsi populi Madianitæ, & Sabæi, denominati fuerunt. Addit Epiphanius ex fontibus traditionum Hæbraicarum: munera quæ Abraham filiis suis ex Cetura contulisset, fuisse substantiam, vt vocant mobilem, in pecuniis, argento, auro, & vestitu, quæ ipse retulisset ex victoria de quatuor regibus profanis reportata, vt habetur *Genes*: 14. Inter quæ munera sub mysterio, inclusisse quoq; Abrahamum in peris, aurum, thus, & myrrham. Mysterium autem aliud esse non poterat, nisi quòd Abraham cætera dona seu substantiam, in aperto filiis suis, ad vsum præsentem contulerit: aurum verò, thus, & myrrham recluderet veluti asseruanda, quibus postmodum ipsi Magi (magis propriè, quàm subsequenter Zachæus) filij Abrahæ, sed propter Iudæorum vocationem ad tempus fide exclusi, verum filium Abrahæ promissum, ad sui illuminationem recognoscerent: eidemq; tanquam summo Sacerdoti, adhuc in lumbis patris sui, dona mystica eius officiis congruentia, veluti decimarent. Ideò huic mysterio applicat Epiphanius illud Isaiæ vaticinium: *Antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, capiet vim Damasci, & spolia Samariæ, coram Rege Assyriorum.* Ibi e-
G nim Propheta videtur alludere ad spolia fidelis Abrahæ ex infidelibus Regibus vindicata, quæ postmodum à profana illa posteritate fuissent. deferenda vero eius successori Regi Mesiæ: & quidem dum adhuc secundum assumptam carnem infantulus, nesciret vocare pa-

Cedren⁹ in Cõpendio hist: ex Iosepho lib: 1. Antiquit: ca: 16.
Berosus lib: 3. Breuiarij.
Chrysol: ser: 157
Num: 23. ✠ 7.
Magos Arabes fuisse potiùs quàm Chaldæos vel Persas ratiocinatio.
Hiero: de locis Hæbraicis & in Isaiæ cap: 15.
Christus munera Patris sui Abrahæ sub mysterio à Magis repetit.
Nota
Gene: 25. ✠ 5.
Epiph: in Compendio fidei Catholicæ.
Iustin: cum Tryphone.
Tert: lib: 3. contra Marcionem.
Cypr: de Oper: Card: & sermone de stella & Magis.
Lucæ 19. ✠ 9.
Hebr: 7. ✠ 5.
Christus adhuc infantulus oblatione Magorum corum detraxit spolia Samariæ mystica.
Isaiæ 8. ✠ 4.
Epiph: loco citato, & contra Collindr.

care patrem suum, & matrem suam. Qua de re etiam ante ipsum Epiphanium, Iustinus Martyr Tryphonem Iudæorum antesignanum conuicit, & alij vetusti Doctores idipsum contestantur. Hoc ipsum insinuat idem Propheta, quando prænuntiata filij Dei Emmanuelis ex Virgine natiuitate, subiicit hæc verba: *Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris, à facie duorum Regum suorum.* Vel spolia ista secundum Tertullianum possunt intelligi ipsimet Magi, qui patriam Idololatriam per Samariam designatam, expoliantes, veri Dei cultorum primitiæ euaserunt. Congruunt huic mysterio, & antecedentia in illa ipsa prophetia Isaiæ: quando dixit, se primo quidem iussu Diuino, in libro quodam mystico, consignasse titulum eius Principis, qui diceretur: velociter spolia, detrahe: cito prædare: atq; exinde ex Prophetissa quadam suscepisse filium, qui eiusmodi titulos & officia re ipsa fuisset completurus. Cùm autem nec vxor Isaiæ vnquam Prophetissa fuisset, nec eius proles talis vnquam apparuisset: rectè secundum Epiphanium, in mysterio Prophetissam intelligimus Mariam Virginem, ad quam Isaias prænotitione spiritus accedens, eiusmodi prolem, quæ caput serpentis conterendo, talia spolia Sathanæ & eius vasallorum detraheret, & sub imperium suum redigeret, producturam prædixit. Confirmatur hic sensus, quando eadem prophetia reuocatur ad insignem illum titullum Emmanuel, hoc est nobiscum Deus, quem superiori capite, Messiæ ex Virgine prodituro, ipsemet Propheta accommodauerat: Et quando contra eū ipsum, de quo loquitur, fortem præliatorem, & spoliatorem prædicit coniurationem & rebellionem populorum quam Dauid *Psal*: 2. contra filium Dei graphicè antehac depinxisset. Quod vel S. Petrus satis exposuit, dum & verba eius Psalmi, ad Christi eiusq; Ecclesiæ persecutionem disertè applicat: & ex eiusdem prophetiæ contextu, lapidem offensionis & petram scandali, (ad suum quoq; velut of- H ficium alludendo) Christo Domino accommodat. Vt interim taceamus Apostolum gentium, qui ex eadem ipsa prophetia, pueros seu adsciticios filios ex gentilitate, Christo resurgenti adscribit. Tantam Christi adhuc paruuli potestatē contra Sathanam, ad futuram eius capitis contritionem, reducunt quoq; iidem Iustinus & Epiphanius, ad paulò superiorem prophetiam Isaiæ, quando recensita Christi ex radice Iesse origine secundum carnem, eiusdem singulari per Spiritum sanctū vegetatione, ad pacem fidelibus firmandam, subiicit verba sequentia: *Et delectabitur infans ab vbere, super foramen aspidis, & in*

Iustinus Martyr Dial: cum Tryphone.
Iren: lib: 3. cont: hæreses cap: 18.
Tert: & Hiero: locis citatis.
Aug: ser: 32. de Tempore.
Chrysol: ser: 150
Isaiæ 7. ✠ 16.
Iustin: cum Tryphone.
Spolia Samariæ quomodo ipsimet Magi.
Tert: lib: 3. contra Marcionem.
Maria Prophetissa peperit spoliatorē Tyrannicæ potestatis.
Epiph: loco citato. & Basili: in 8. caput Isaiæ.
Hier: ibidem.
Christus Emmanuel & lapis offensionis cōtriturus rebelles.
Isaiæ 8. ✠ 8. 14.
Isaiæ 7. ✠ 14.
Psalm: 2. ✠ 1.
1. Petr: 2. ✠ 8.
Isaiæ: 8. ✠ 18.
Hebr: 2. ✠ 13.
Christus infantulus admouere cæpit manum, ad serpentem conterendum, ex spelunca Bethleem.
Gene: 3. ✠ 15.
Isaiæ 11. ✠ 8.

dis, & in cauernam Reguli, qui ablactatus fuerit, mittet manum suam. Quia secundum sensum Iustini & Epiphanij, Christus paruulus, ex cauerna illa petræ in qua natus est, Idololatriæ destructionem, in Magorum quidem exceptione inchoauit, in peregrinatione Ægypti confirmauit, atq; demum prædicatione & passione Ierosolymis peracta, agnus & dominator terræ, quin & cœli ipsius effectus, consummauit. Ex his quæ dicta sunt optimè elucescent illæ prophetiæ, quæ maximo omnium consensu, isti per Magos Christi adorationi applicantur. Prima habetur *Isaiæ 60.* in hæc verba: *Surge illuminare Ierusalem, quia venit lux tua, & gloria Domini super te orta est.* Et cùm plura in eandem sententiam adduxisset, subinfert verba sequentia: *Inundatio camelorum operiet te, Dromedarij Madian & Epha: Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, laudem Domino annuntiantes.* In his enim verbis excitatur Ierosolyma ad recognoscendum & apprǽhendēdum nouum lumen gratiæ, in reuelatione quidem Magorum visibiliter præmōstratum, sed quod postmodum prædicatione Euangelica, *incipiendo ab Ierusalem*, per totum orbem sese diffunderet. Deinde nominat nationes, ex quibus talis collustratio, visibilem attestationem fuisset acceptura: quando dicit: *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in* I *splendore ortus tui.* Quæ verba optimè conueniunt historiæ Euangelicæ, quando Gentiles iidemq; Reges, in sua quidem regione, illuminationis agnoscendi veri Dei initium acceperūt, sed Ierosolymis ex oraculo diuinæ legis, eiusdem illuminationis complementum retulerunt: dum nimirum stella, quam initio vidissent, non solùm eos dicitur antecessisse, sed locum, vbi talis, & non alius quispiam puer, & rex esset, indicasse. Alioqui enim fieri posset, vt Magi spelunca, stabulo, & præsepi scandalizati, vel re infecta recessissent, vel aliquem alium puerum honoratiorem in Bethleem adorassent. Ad hoc propositum refert Petrus Galatinus in arcanis fidei, ex Talmud Iudaico, olim fuisse prædictum à Prophetis, & eorum interpretibus Iudæis traditum: quòd Reges gentium ad Messiam cum muneribus adorandum, essent venturi: sicut nimirum fuisset prædictum de Messia vero Deo ex prophetia Isaiæ, & Psalm: 71. Consequenter Isaias addit magnificentiam & celebritatem regalem, quæ velocitati atque deductioni noui & spectatissimi syderis sese quasi adæquaret. Postremò describit ipsam noui Regis salutationē, vtiq; non vacuam, sed cum muneribus, quæ & ipsos exhibitores, & cui exhiberentur, inprimis decerent: & quidem quæ non sola exhibitione, sed laudis etiam annuntiatione, hoc est, Diuina adoratione,

Isaiæ 16. ✠ 1.
Isaiæ Prophetia de illuminatione Gentium, in primitiis Magorum exprimitur
Isaiæ 60. ✠ 1.
Surge illuminare Ierusalem. &c.
Isaias alter Euāgelista, de Aduentu & adoratione Magorum.
Magorum adoratio etiam in Talmud Iudaico asseuerata.
Petrus Galatinus in Arcanis Religionis lib: 8. cap: 3.
Isaiæ 60. ✠ 1.

adorna-

adornarentur. Eodem reſpiciebat Dauid, quando dicebat: *Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum &c.* Hæc enim prophetia ad literam ſimplicem inchoata erat ex parte in Saba Regina, quæ ex eiſdem, vel vicinis partibus, & fortè ex eodem genere, cum magnis muneribus, auri etiam & aromatum, honorauit ſapientiam, & magnificentiam Salomonis. Sed propriè & integrè impleta erat in iſta per Magos adoratione, ipſius Regis regum, & Domini dominantium, qui de ſeipſo in iſta comparatione dicebat: *Ecce plusquam Salomon hic.* Cæterū quòd viros illos prophetiæ nominant Reges, & id ipſum etiam communiter tenet populus Chriſtianus: Euangeliſta autem vocat eos Magos, nihil eſt contradictionis. Quod enim Plato apud Græcos dicebat,
K Beatas eſſe Reſpub: in quibus Philoſophi regnarent, vel Reges philoſopharentur: hoc Græci videntur vſurpaſſe à Chaldæis, vel Orientalibus illis populis, vbi ſcientiæ, maximè verò Magicæ, veluti in propria ſede & origine vigebant; vt atteſtatur Plinius, & aſſentitur Tertullianus. Qui etiam alibi aſſerit, quòd Oriens Reges plerumq; Magos habuerit. Erant igitur actu Magi, potentia verò proxima Reges, eò quòd ex talibus potiſsimùm Reges aſſumebantur. Vel dicendum eſt: fuiſſe quidem Reges, ſed nō præcipuos illos orbis Monarchas, verùm Principes vrbium & prouinciarum, quales etiam ſacra ſcriptura Reges nominare ſolet. Certè in terra promiſsionis, quæ eſt Paleſtina, nullos ex hiſtoriis conſtat fuiſſe magnos Monarchas; tamen Dauid principes inde diuino iuſſu extinctos vocat Reges; & quidem Reges magnos & fortes. Tales erant & illi, qui in prælium dicuntur egreſsi, *Gen* 14. quatuor Reges cōtra quinq; Reges, quos tamen Abraham trecentis decem octo vernaculis, ſeu ex domeſtica familia viris fudiſſet. In hoc genere videntur fuiſſe amici Iob, eidem conditione æquales, ſi modo (vt ex officio viſitandi coniicitur) non inferiores: qui tamen apud Tobiam Reges denominantur: Sic Herodem quem Lucas computat Tetrarcham, Matthæus Regem appellat; & S. Ioannes regulum, qui princeps tantùm alicuius ciuitatis inſignioris in genere liberorum Baronum fuiſſet. Eodem modo eos, qui ſimili ſenſu Reges etiam fuiſſent, S. Matthæus, vocat Magos, vt illorum inſtituto de Meſsia per ſtellam inueſtigando, titylus & denominatio reſpōderet. Hanc ſententiam ratio ipſa ex textu Euangelico cōfirmat. Sicut enim ſi fuiſſent magni principes & Monarchę, maiori apparatu & reuerentia ab Herode fuiſſent excepti, neq; regreſſum per eandē viam formidaſſent:

Sic etiam

Reges Tharſis & Inſulę munera offerunt. &c. in Magis impletum.
Pſal: 71. ℣ 10.
Saba Regina, Magorum ex Gentilitate, ad Chriſtum quaſi prænuntia.
3. Reg: 10. ℣ 1.
Matt: 12. ℣ 42.
Magi Chriſti adoratores, quales fuerunt Reges.
Cicero ex Platone.
Plin: hiſt: Nat: lib: 30. cap: 1.
Tert: li: de Idolatria N. 52. & lib: 3. contra Marcionem.
Idem cōn Iudæos.
Reges in criptura non ſemper ſummi Monarchæ.
Pſal: 134. ℣ 10.
Pſal: 135. ℣ 17.
Gen: 14. ℣ 1. 9.
Iob 2. ℣ 13.
Tob: 2. ℣ 15.
Lucæ 3. ℣ 1.
Ioan: 4. ℣ 46.
Magos fuiſſe Reges & contrarium temerarium Tert: contra Iudæos.

Sic etiam ſi fuiſſent Magi ſimplices, & non ſimul nobiliores principes, cæde vel carcere periiſſent ab Herode, tanquam Maieſtatis rei, qui Cæſari Iudeæ ſupremo Domino, ſibique Regi ordinato, nouum & quidem hæreditate natum Regem ſuperducerent.
L Sicut igitur non eſſet prorſus contra fidem, oppoſitum priuatim ſentire: ſic temerarium eſt, quod tot tantique Doctores aſſerunt, & populus Chriſtianus pro certo tenet, in dubium reuocare. Rideant ergo Centuriatores nos, quaſi ex Magis Reges ſtatuamus: ipſi potiùs ridendi, qui nulla authoritate, ex ruſticis vel mechanicis opificibus, interdum etiam ex carnificibus, quoties lubet, Epiſcopos vel miniſtros creant, vel conſtituunt, & viciſsim deſtituunt. Eadem illorum leuitas contemnenda eſt de numero Magorum, quē nec ipſi ex ſcriptura determinare poſſunt. Certè quia non duali ſed plurali numero Græcè efferuntur, plures quàm duos fuiſſe neceſſe eſt. Vnde gloſſa ordinaria plures indifferenter exponit. Author verò operis imperfecti in Matthæum, ex quadam ſcriptura ſub titulo Seth tunc extante, duodecim fuiſſe aſſerit. Probabile autem eſt, excepta familia, plures etiam, qui ſcientia Aſtrorum excellerent adfuiſſe, ad tanti prognoſtici admirationem, & certiorem experiētiam. Præcipuos tamen quos Euangeliſta intendit, tres fuiſſe, aliquorum Doctorum ſententia, & communi Chriſtianitatis ſenſu retinetur. Quod vel ipſa munerum ratio comprobat. In communi enim vſu eſt, & magis honorificum, Principibus, ſecundum diſcretionem perſonarum, diſcreta quoq; pro cuiuſq; perſonæ qualitate dona deferre, maximè quæ ſuis non vacarent myſteriis, vt ſupra memorauimus, & vt ſuo loco dicetur. Secūda quæſtio eſt: Quomodo & vnde Magi exiuerint, & quantò temporis ſpatio ad Chriſtū peruenerint? Non deſunt antiqui & graues Doctores, qui biennio poſt Chriſtum natum eos ex terra ſua, vel iter aggreſſos fuiſſe, vel ſaltem perfeciſſe exiſtimant: maximè permoti ratiocinatione Herodis, qui infantes Bethleemiticos occidiſſe fertur à bimatu, & infra, ſecundum tempus quod ex Magis exquiſierat. Verùm iſta opinio non ſatis reſpondet hiſtorię Euāgelicæ. Primò: Quando Matthæus dicit: *Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem, ecce,* id eſt, citò & conſequenter, Magos veniſſe Ieroſolymam. Deinde quia idem refert:
M Magos inueniſſe puerum Ieſum cum Maria matre ſua in Bethleem, ad quam ex decreto Ieroſolymitano fuiſſent directi. S. Lucas autem atteſtatur, Mariam poſt quadrageſimum ab enixione diem, ſecundum legem Moyſis, tuliſſe in Ieruſalem puerum Ieſum, & pro

Cypr: ſer: de Baptiſmo Chriſti.
Hier: in Pſal: 71.
Theoph: in hūc locum. & Anſelmus, Haymo, Gloſſa.
Aug: ſerm: 43. ad frarres in Eremo.
Chryſ: hom: de Ioanne Baptiſta & hom: 1. in Matth.
Rupertus de Diuinis officiis li: 3. cap: 24.
Iſidorus in præfatione Miſſæ Mozarabum.
Hæretici negātes tres Magos Reges, confutantur.
Centuria lib: 1. cap: 10.
Magi an tres vel plures aut pauciores fuerunt.
Gloſſa ordinaria & Chryſoſt: oper: imperfecto in hūc locū.
Aug: ſerm: 29. de tempore, & in Appendice ſer: 28. & ad fratres in Eremo.
Bern: ſer: 6. de vigilia Natiuit: Chriſti.
Leo ſerm: 5. & aliis Epiphaniæ.
Rupertus & Remigi⁹ ſup hunc locum.

co hoſtias

Magos biennio post Christum natum adorasse reprobatur.
Epiph: in Panario lib: 1. & Hæresi 30.
Euseb: in Chronico.
Lucæ 2. ℣ 39.
Herodes necem infantum quomodo computauerit à bimatum & infra.
Matt: 2. ℣ 16.
Magos die 13. post Christum natum aduenisse Bethleem.
Chrys: in Matth: homil: 6. & 7.
Aug: serm: 2. de Epiphania.
Magorum velox cursus.
Isaiæ 60. ℣ 6.
Arist: hist: animalium lib: 9. & vltimo.
Hieron: in vita Malchi.
Magnorũ principum itinera magna.
Ambr: lib: 2. in Lucam.
Stellæ Magorũ maior quã plantarum virtus.

eo hostias legales obtulisse: exinde autem in Galilæam Nazareth, ciuitatem suam fuisse reuersos. Post illa autem tempora, successit fuga in Ægyptum, vbi ex certioribus computationibus, Christum multò plus quàm biennium commoratum fuisse constat. Quod autem Hærodes ætatem occidendorum puerorum supputauerit à bimatu, & infrà, secundum tempus, quod exquisierat à Magis: ipsamet sententia sese prodit esse intelligenda, non in sensu composito, sed in diuiso: vt nimirum Hærodes tempus quidem aliquod recentius intellexerit de stellæ apparitione, sed illusione Magorum in reditu per Ierosolymam experta, illusionem quoq; de tempore stellæ suspicatus, supra tempus à Magis præfinitum, cædem infantum à bimatu computando anticipauerit. Quando igitur Ecclesia ex antiquissima & vniuersali traditione, sicut Circumcisionem die octauo, sic Epiphaniam die tredecimo, à die Natalis Christi, celebrat: securissima sententia est, Magos quoq; tredecimo die ad Christum peruenisse. Quod mirum non erit, si quis ex tabulis Geographicis, eius Arabiæ partem, quæ nos ex oriente aspicit, distantiam à Ierosolyma perspexerit: bruma præsertim in æstuosis illis regionibus fauente; tùm quòd Isaias ad eum cursum prædixerit vsum Dromedariorum, quos velociores esse equis Esse is Aristoteles memoriç prodidit. Beatus etiam Hieronymus, genus quoddam Camelorum, ob nimiam velocitatem, Dromedarios vocatos fuisse attestatur. Neq; nouum est, Principibus aut Magnatibus, in arduis profectionibus, multa viarum spatia breui tempore emetiri. Quod nos Poloni frequẽter experimur: & memorabili exemplo confirmare possumus, quando Henricus tertius postmodum Galliarum Rex, Cracouia versus regnum patrium cursum, paucis sanè diebus, equis cursilibus à quodam Hebræo (fortasse ex Palestina edocto) subministratis & dispositis, conficeret. Deniq; secundum S. Ambrosium nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia: vt credibile fuerit, stellam illam ductricem, quacunq; tandem virtute, magis quàm Chamæleontem & Artemisiam gestatam, & folia alni plantis substrata, vigorem vix fatigabilem cursoribus præbuisse.

Secunda Pars.

De stella Magos dirigente diuersæ opiniones.

Estat nobis de stella vltima quæstio, eoq; difficilior, quantò iam non genere, statu, munere, loco, tempore (vt fiebat in Magis) sed ipsa natura, & quidem excellentissima, differentior. Stellam enim illam alij naturalem, alij Angelum, alij

rursus

Aug: de mirabilibus sacræ scripturæ lib: 3. cap: 4.
Gene: 1. ℣ 15.

rursus Spiritum sanctum, exposuerunt. Qua de re S. Augustinum sic differentem audiamus. De ista, inquit, stella dubitatur, vtrum stella simplex, an Angelus, an Spiritus sanctus accipiatur: Etsi Catholico sensui nihil repugnat, cùm de singulis disputatum fuerit, arbitris maioribus eligendi liberam voluntatem, ingenioli nostri mensura concedet. Si enim qui simpliciter stellam accipiendam esse maluerit, à cæteris stellis in hoc ducatu quomodo deuiauit? quarũ natura ab initio condita in firmamẽto cœli constituta fuisse dignoscitur, sicut libri Geneseos authoritate manifestatur. Si ergo in firmamento cœli maneret inter Bethleem & Ierusalem, dux fieri ambulãtibus qualiter fieri posset? Et si per aëra sagittæ more, quamuis paulò lentiore cursu, propter sequentes peruolaret, assuetum in firmamento locum & cursum interim desereret: quod nec maioribus quidem luminaribus accidisse scripturæ describunt, cùm in signis aut steterunt, aut reuersa sunt: nisi fortè aëreus ille ignis, qui tale ministerium accepit, propter similitudinem: sicut in multis diximus, stellæ vocabulum accepit. Aut si Angelus habitu stellæ hoc ministerium fecit: quod non repugnat, dum se Angeli, quando se hominibus ostendunt, in multos transformant habitus. Et postquam exempla apparitionum Angelicarum in variis speciebus in exemplum adduxisset, sic demum prosequitur: Licet enim per imaginem rerum, quç Ioanni in Apocalypsi sua per visionem dicũtur, huic tamen intellectui non contra fecit: stellæ septem Ecclesiarum, septem Angeli sunt, *Apocalypsis 1.* Vnde quamuis in spiritu, dum tamen stellæ Angeli dicuntur, quid repugnat, si etiam in loco stellæ Angelus sidus esse sentiatur? Vel certè si neq; Angelus, neq; stella firmamenti, neq; alius quispiam ignis hæc stella fuisse dignoscitur: Spiritus ergo sanctus hæc stella fieri concedatur: qui sicut postmodum corporali specie columbæ descendit super Iesum Dominum in Iordane, sic gentes adoratrices stellæ specie duxit ad cunabula Domini nascentis in carne. De quo Spiritu, per parabolam Balaam Astrologus loquæbatur: *Orietur stella ex Iacob*, rutilum scilicet lumen spiritualis gratiæ Christi, qua nox infidelitatis gentium illuminatur. Sicut ergo in igne super Apostolos, postea in cœnaculo Sion descendit: ita in specie stellæ Magos ad Dominum Spiritus sanctus deduxit. Hactenus Augustinus, vel quisquis alius, cuius nomine hic liber insignitur. Quamuis igitur diuersæ istæ opiniones, suis etiam ex scriptura rationibus non careant, propterea; salua fide teneri possint: congruentiùs tamen est, vt stellam hanc in sua

Vtrum stella illa fuerit Angelus vt vult Gregor: Nissenus Dialogo de anima.
Stella Magorũ an fuerit Spiritus sanctus.
Num: 24. ℣ 17.
Stellam Magorum fuisse naturalem, rationes adducuntur.

propria

1. propria natura & significatione accipiamus, ex his rationibus. Pri-
ma: Quia Euãgelista in tota illa narratione, stellam denominat, per
quam si aliud quidpiam intellexisset, aliquã eius Amphibologiæ in-
2. dicationem, (vt scriptura solet) nequaquã ommisisset. Secunda:
quia cùm Euangelista viros Christũ adoraturos appellasset Magos,
mox stellam (vtiq; naturalem) eorũ quasi professioni accõmodat.
Tert: de Idololatria cap: 9. Isidorus Etym: lib: 8. cap: 9. Theoph: super hunc locum. Siquidem secundum Tertullianum & Isidorum, Magi erant stellarũ
interpretes: & secundum istam notionem, natum Christum annũ-
tiauerunt. Vnde Theophylactus, qui stellam illam Angelum repu-
tauerat, sic ratiocinatur: Nam quoniam Magi Astrologi erant; pro-
pterea Dominus familiari illis signo eos adduxit: sicut Petrum pi-
scatorem à multitudine piscium ad nomen Christi venatus est.
Ex quibus verbis consequitur: Sicut piscaturam Petri, sic & Mago-
rum per stellam illuminationem, naturalem fuisse & ordinariam,
3. sed postmodum miraculosè consummatam. Tertia ratio: Quia i-
psimet Magi, certitudinem nati noui Regis Iudæorum, passim pro-
clamabant; (non solùm in Iudæa, sed & in sua regione, vt vult ibidẽ
Theophylactus) ex prognostico vtiq; stellæ, sine dubio veræ & na-
turalis, quæ nimirum proprium esset artis ipsorum Astrologicę ob- P
4. iectum. Quartò; Cùm Herodes, Scribas ex lege de loco nascituri
Messiæ consuluisset, non dubium est, simul quoq; expendisse ratio-
nem, qua Magi ad cognitionẽ tanti regis nati peruenissent: quod ipsi
profectò, nõ ex aliquo cõmentitio igne, vel sydere, vt potè ab Astro-
logica arte alieno, multominùs ex ducatu Angelico, vel supremi
numinis (quorum vtrumq; solis tum Iudæis exploratum esset) sed
ex propria arte syderali assequi potuisse, passi sunt sibi persuaderi.
5. Quinta ratio: Si fuisset stella non naturalis, sed noua aliqua & pro-
digiosa, Magos illos qui arte syderea dirigebantur, à tanta peregri-
6. natione deterruisset potiùs quàm illexisset. Sextò: Sicut propriũ
erat Iudæis tunc fidelibus, in Cathedra Ierosolymitana, ex scriptu-
ra diuina & pastoribus, ex affulsu & denuntiatione Angelica, Messi-
am natum recognoscere: sic gentilibus proprium erat (vt loquitur
Rom: 1. ℣ 10. Apostolus) *inuisibilem Deum, ex visibili & quidem intellecta creatura*, seu syde-
re, inuestigare & conspicere. Huic rationi accommoda est illa re-
Lucæ 12. ℣ 54. præhensio Christi contra Iudæos: *Faciem cœli & terræ nostis probare, hoc*
7. *autem tempus* (aduentus Messiæ) *quomodo non probatis?* Septima ratio:
Sicut columba sic stella vera super Christum apparuit. Quando Angeli apparebant in specie humana, apparitio illa non
erat phantastica, sed realis, verorum corporum, ex densiori aëre,
vel cadaueribus hominum, compositorum. Similiter columba in
qua ap-

qua apparuit Spiritus sanctus, erat vera & realis columba, quamuis August: lib: de Agon: Christiano cap: 22. & li: 2. Trinit: cap: 5. & 6.
miraculosè & singulariter ad illud solum opus diuinum formata.
Vnde facilis vt arbitror, prodit sese nobis tam arduę quæstionis
resolutio: vt stella directrix Magorum, fuerit quidem stella vera &
naturalis, vna ex stellis firmamenti, quæ supra naturali quidem ali-
quo signo & motu, Regis summi natalem arti Magorum initiò D. Thomas 3. parte, q. 39. art: 7
præsignaret: sed quæ postmodum Angelica vel Spiritus sancti, vel
quacunq; tandem creatoris supranaturali virtute, Magorum natu- Determinatio superioris quæstionis.
Q ralem scientiam, reuelatione supernaturali, ad inuẽtionem & agni-
tionem Regis cœlorum perficeret. Sicut enim secundum Aposto- 1. Cor: 14. ℣ 22.
lum linguę, sic etiam stellæ, datę sunt *in signum, non fidelibus, sed infi-* Stella Magorũ quantæ virtutis.
delibus: prophetia autem non infidelibus sed fidelibus. Quem sensum Chryso-
logus satis mihi videtur expressisse his verbis: Apparuit stella non Petrus Chrysol: serm: 156.
volens sed iussa: non cœli nutu, sed diuinitatis impulsu: non lege
syderum, sed nouitate signorum: non cœli climate, sed virtute na-
scentis: non ab arte, sed à Deo: non Astrologi scientia, sed præsci-
entia conditoris: non Arithmetica ratione, sed sanctione diuina:
superna procuratione, non curiositate Chaldæa: non arte Magica,
sed Iudaica prophetia. Sic vbi Magus vidit humanas periisse curas,
suas defecisse artes, mundanę sapientiæ exinanitos labores, om-
nium sudores obriguisse sectarum, totius Philosophiæ thesauros
ęsse vacuatos, fugisse paganam noctem, opinionum nebulas con-
cidisse, ipsas dæmonum detulisse vmbras, stellam non vt cometem
incircumfuso crine occultare quod nuntiat, obscurare quod lucet,
sic dicit: Fas est, vt & te nouo radio, signifero lumine, splẽdore cer-
to, radiare videam illic natum Regem, præter mundi legem, præ-
ter carnis ordinem, præter humanam monstres naturam. Sic depo-
sito errore, sequitur, currit, peruenit, inuenit, gaudet, procidit, ado-
rat: quia non per stellam, non per artem, sed per Deum, Deum se in-
uenisse, humana miratur in carne. Ergo fratres, lectione præsenti,
non est firmatus error Magicus, sed solutus. Hucusque Chrysolo-
gus. Et hoc modo magis pium est, miraculum in creatura iam fa-
cta agnoscere, quàm nouam creaturam à creatore exigere.
Sed quid antiquas tantopere exquirimus rationes, cùm recentia
sole clariora non desint exempla? Inuenio enim nostro sæculo, Astra etiam nũc infidelibus denuntiare possũt creatorem.
Maximilianum Transyluanum, de rege Insulæ Thedori nuncupa-
tę sic scribentem: Hic (inquit) cùm munera ab Hispanis tanquam
à Carolo Cæsare missa, acciperet, suspiciens in cœlum: Iam, inquit, Inter epist: Pauli Iouij.
biennium agitur, cùm vos à maximo Rege regum, ad inquirendas
has terras

has terras dimiſſos, è ſyderum ratione cognoui. Quare aduentus veſter, tantùm mihi gratior, iucundiorq; eſt, quantò aſtrorum ſignificatione diutiùs mihi præſcitus fuit. Et cùm nihil huiuſmodi R euenire ſcio, quod non iam diu fatorum & ſyderum decreto ſtatutum ſit: non ero is, qui aut fatis, aut ſyderum ſignificationi aduerſari moliar: ſed volens libenſque poſthac depoſito regio faſtu, me tantummodo Regis veſtri nomine, huius Inſulę procurationem gerere exiſtimabo. Hactenus ille. Similia quoq; magnus Cham, Rex de monte Summa edicebat Proceribus regni ſui, nimirũ adeſſe diẽ ex vaticinio, quo pronũtiarẽtur externi venturi, ipſiſq; dominaturi.

Rationes, non veram ſtellam apparuiſſe, diluuntur.

Porrò rationes quę in contrarium afferri ſolent nõ difficulter diluuntur. Prima eſt ex motu ſtellarum firmamẽti, qui non à Septentrione ad Meridiem (qui ſitus Perſidis in Iudæam eſt) ſed ab Oriente ad Occidentem deuoluitur. Quodquidem rectè noſtro etiam ſenſui conueniet, quando ſupra oſtendimus, Magos illos aduenisse ex Arabia, cuius illa pars Paleſtinam Orientali parte aſpicit.

1. Stellę Magorũ motus ſeu reuolutio & fulgor qualis.

Secunda obiectio. Quaſi ſtella illa tanti fulgoris extiterit, vt interdiu relucens, ſolis quoq; radios obſcurarit. Sed tantum prodigium toti orbi conſpicuum, ſi non ipſe Euangeliſta, aliqua ſaltem ſcriptura prophana non tacuiſſet: vt in ſole, tempore paſsionis Domini obſcurato exemplum habemus. Neq; ars Magorum, multo minùs fides noſtra, in creatoris nati aſſertione, requirit peruerſionem naturæ, cui lex ab ipſo creatore initio indita eſt, vt luminare maius præeſſet diei, luminare autem minus, cum reliquis ſtellis præeſſet nocti. Ideo Magis in natura & arte perſpectiſsimis, ſufficiebat quidem in itinere, interdiu quidem ſolis ordinario, in nocte autem, ſtellæ apparentis peculiari lumine dirigi. Quod Chryſologus ſatis oſtendit, ſic inquiens: Verbum caro factum eſt, quis enarrabit? Si verbum Dei infantię dat vagitum, homo imperfectus quomodo clamabit in verbo? Quantam ſtella Magis nocte dedit quærentibus lucem, tantam Doctoris ſermo Dominici præbet audiẽtibus claritatem. Hæc ille. Quin & Chalcidius ille Platonicus, à nobis initio huius ſermonis citatus, ex mente iſtius hiſtorię Euangelicę refert, Chaldæos illos ſtellam nocturno tempore ſuſpexiſſe. Et ſic ſine nouarum creaturarũ patratione poſſumus intelligere quod canit Eccleſia, ſtellam illam viciſſe quidẽ ſolem ſuo decore & lumine, ſed in proprio & nocturno ſtatu: vt quemadmodum interdiu ſol adeò excellit reliqua ſydera, vt illa quidem eius radiis, vmbram potiùs, quàm lumẽ obiiciant: eodem modo ſtella illa à Magis viſa, reliqua ſydera lumine, ſolem

2.

Gene; 1. ✝ 16.

Chryſolog: de Annuntiatione Mariæ ſer: 144. Idem ſerm: 156. de Magis. Vide in fine huius ſermonis.

Chalcidius in Timæum Platonis.

ne, ſolem autem ipſum decore, ſignificatione, & virtute, in tali myſterio pręcelleret. Tertia ratio eorũ, qui ſtellã illam naturalem fuiſſe denegant, deſumitur ex ratione motus & quietis ipſius. Primò quidem quòd præcedentibus Magis, primò verſus Ieroſolymam, deinde verſus Bethleem, ipſa quoq; antecedebat: commorantibus autem illis in Ieruſalem, ipſa quoq; quaſi in propria ſtatione occultabatur: atq; demùm ſupra locum vbi puer erat, certo veluti portu defigebatur: quæ omnia reuolutioni & curſui naturalium ſtellarum neutiquam conueniunt. Reſpondemus: Sicut ſtellam ipſam, ſic eius motum; & (vt videbatur) conſiſtentiam, non fuiſſe ſenſualis & communis obſeruationis, ſed eius quæ ex occultiſsima Magorum arte, & quidem miraculoſè tandem illuſtrata, proueniebat. Sicut Planetæ & alia ſydera errantia, idiotis videntur ſubinde quieſcere, quorum tamen motum & reuolutionem regulatam Aſtrologus aduertit & obſeruat. Similiter occultatio ſtellæ illius, potuit fieri, non ceſſatione motus, ſed nubium vel vaporum obuelatione: quies autem & demoratio in loco pueri nati ſtellę eiuſdem, non poterat fieri in aëre, quia tunc nõ ſolis Magis, ſed omnibus Bethlemiticis, perinde fuiſſet conſpicua. Conſequitur igitur, illam in firmamento ſedem quidem ſuam tenuiſſe, ſed motum & ſubſiſtentiã eius, ſolos Magos diſcreuiſſe, Aſtrologico quidem inſtinctu, ſed cœleſtis reuelationis dictamine: Neque nouus eſt dicendi modus quem ſeruauit Euangeliſta. Siquidem ſtellę firmamenti nobiliores, inter quas eſt Vrſa maior, quamuis perpetuò in proprio ſuo loco defigatur: tamen raptu primi mobilis, talem motum exhibet, vt aliquando ſupra certũ locum defixa eſſe videatur. Conueniebat etiam, vt ſicut Creatorem creaturę vnitum, alię creaturæ inferiores, ſic etiam ſtellę ſuperiores, recognoſcerent: & ſecundum Auguſtinum, ſtella quæ non poterat loquendo, ſtando autorem ſuum demonſtraret. Atq; hac ratione conciliatur ſententia quæ diuerſa videbatur: vt quemadmodum anteceſſorem Balaam, per medium aſinę Angelus, & ipſe Spiritus diuinus erudiebat: ſic eius ſucceſſores Magos, ſimiliter ſiue Angelus, ſiue ipſe principalis Spiritus, per medium ſtellæ, ad eum ipſum, quem Balaam eminùs conſpectum, ſuis poſteris prope conſpiciendum, dirigeret. Facit huc & illud Chryſologi: Aliquando videt Magus: qui habet ſtellam, non habetur à ſtella, nec ipſe agitur curſu ſtellæ, ſed ipſa ſtella agit curſum: cuius per cœlum ſic curſum dirigit, ſic moderatur inceſſum, ſic viam temperat, vt Magorũ ſeruiat & mittatur ad greſſum: nam ambulan-

3. Stellæ Magorũ motus & quies interpolata qualis.

Ioſue legitur inhibuiſſe Soli & Lunæ, ne ille quidem contra Gabaon, hæc autem contra vallem Aialon mouerentur. Sic Ioſue 10. ✝ 12. Num: 22. ✝ 31.

T

Chryſol: ſerm: 156.

ambulante Mago, ſtella ambulat, ſedente Mago, ſtat ſtella: Mago
dormiente, excubat ſtella; ſic ſentit Magus, vt quibus viandi par
conditio eſt, par ſit neceſsitas ſeruiendi: & ſtella iam non Deum
credit, ſed indicat eſſe conſeruam, quam cernit taliter ſuis obſequi-
is mancipatam. Hactenus ille. Huic ſententiæ fauet & illud, quòd
Salomon exactiſsimus creaturarum indagator, ſolem qui omnium
(Eccleſ: 1. ✠ 6.) ſyderum rex & illuſtrator eſt, ſpiritu reuolui, & ad circulos ſuos
ſubinde regredi aſſueuerit: & ipſa Peripateticorum placita à Chri-
ſtianis paſsim recepta, orbes ipſos Planetarum, ſingulis & propriis
intelligentiis diuinitus circumagi non diffiteantur. Talem expo-
ſitionem magis eſſe literę Euangelicæ & rationi conformem, con-
firmat duplex oppoſitus error, quem (vt hoc loco annotat D. Tho-
mas) iampridem exploſit Catholica Eccleſia: vnus quidem Mani-
chæorum, qui Euangelium Matthæi propterea reiiciebant, quòd
deſcriptione ſtellę Magos ad Chriſtum ducentis, fatum in actibus
humanis admittere videretur. Alter Priſcillianiſtarum, qui ex iſta
Magorum obſeruatione, cuiuſuis hominis fatum propriis ſtellis
dirigi, ad neceſsitatem, non ad libertatem actuum humanorum
contendebant. Qui quidem error verè Gentilicus, cùm à fide Ca-
tholica exploſus ſit, mirum eſt in Academiis etiã quandoq; Catholi-
cis admitti profeſsionẽ & exercitium Aſtrologiæ Diuinatoriæ, quæ V
non ſolùm contra fidem, ſed etiam præter rationem, effectus parti-
culares, & quidem voluntarios, ex cauſis & quandoq; coniecturis,
vniuerſalibus & cõtingentibus, definiant. Quin demonſtrationum
ſuarũ principio prorſus cõtrario nitãtur: ſiue terram fixam cœlum
circũuoluat: ſiue è conuerſo cœlũ ſtabile terra circũgiret: vt nimi-
rum moto cum terra cerebro, ars quoq; ipſa girum aliquẽ patiatur.

Error oppoſitus Manichæorum & Priſcillianiſtarum de ſtellis.

Thomas Aquinas ſuper hunc locum. Matt: 2.

Aſtrologiæ rectꝰ vſus, & abuſus quis.

(Baſil: hom: 6. Hexameron.) Sed ne noſtrum iudicium afferamus, exquiſitiſsimam ea de re S.
Baſilij cenſuram audiamus: Neceſſariæ (inquit ille) profectò ſunt
luminarium in hominum vita ſignificationes. Namq; ſi non vltra
modum ſigna quiſpiam, quæ ab ipſis proficiſcuntur exploret, vtiles
illorum obſeruationes eas inuenerit, quas experientia longa pro-
bauit. Complura cuiq; ſane de imbrium alluuione, complura de
ſiccitatibus, complura de flatuum agitationibus, aut in parte, aut in
vniuerſo, vehementioribus ac leuioribus diſcere licet. Nam & vnũ
quid eorum, quæ à ſole oſtenduntur, Dominus nobis tradidit hiſce
verbis: *Quia tempeſtas erit, rutilat enim triſte cœlum.* Cùm enim per cali-
ginem, nebularum aſcenſus fuerit, ſolis radij tum obfuſcantur, ipſe
rutilus, veluti pruna coloreq; propè ſanguinis æmulus cernitur,
aëris craſ-

Syderum in inferiora influxus potentes & vtiles.

Aeris qualitates ex cœli obſeruatione.

Lucæ 12. ✠ 54.

aëris craſsitudine, viſionem hanc in aſpectibus noſtris efficiente.
Quod ſi non diffuſus à radiis tum aër ille addenſatus, & in ſeſe coa-
leſcens, apertum eſt ob vaporum illorum affluentiam è terra tunc
aſcendentium, ſuperari non potuiſſe, ſed ob humoris copiam tan-
dem in eas regiones in quibus ſe colligit, tempeſtatem eſſe allatu-
rum. Similiter & luna cùm caliginoſo humore circundatur, idem
portendit: & cùm orbes ij ſolem cingunt, quos areas appellare ſo-
lent, aut cœleſtis aquæ copiam ſignificant, aut flatuum vehemen-
tem concitationem; quin etiam ij quos aduerſos ſoles appellant,
cùm ſolis conſequuntur curſum, accidentiũ quorundam aëris præ-
ſagia fiunt. Quemadmodum & virgulæ calore Iridis præditę, rectæ,
in nubibus apparentes, imbres ſæuos, aut tempeſtates atrociſsi-
mas, aut aëris omninò non mediocrem mutationem portendunt.
Complures quoq; ſignificationes, & circa lunam obſeruarunt ac-
creſcentem decreſcentemq;, qui huic ſtudio operam impenderũt,
quaſi aër terræ imminens, vnà cum ipſius lunæ formis neceſſariò
X permutetur. Tertiò namq; die, ſi tenuis ſit, puroq; nitore fulgeat,
ſerenitatem conſtantem prænuntiat: ſin craſſa cornibus ſubrubi-
cundaq; cernatur, aut impetuoſam & immodicam è nubibus aquã,
aut horridam Auſtri concitationem minatur. Quantò autem ſit e-
molumento vitæ humanæ, quantamq; vtilitatem eidem præſtent
tales ex hiſce luminaribus obſeruationes, quis ignorat? Licet nau-
tæ ſuam intus in portu continere nauem, & ventorum agitatione,
ventura pericula præuidenti: licet viatori incommoda cœli vitare,
ex ipſa cœli triſtitia mutationem aëris expectanti: licet & agrico-
lis, qui in ſerendis ſeminibus cultuq; ſtirpium elaborant, omnium
hinc officiorum, operumq; ſuorum exercendorum opportunitatẽ,
tempuſq; ſemper idoneum inuenire. Iam verò diſſolutionis etiam
vniuerſi ſigna Dominus ſolem daturum, & lunam, & ſtellas prædi-
xit. *Sol vertetur in ſanguinem: & Luna non dabit lumen ſuum.* Hæc vniuerſę
conſummationis ſunt ſigna. Sed homines ſunt ij, qui ſepta tranſili-
unt, ad defenſionem Genethliacę artis multò vaniſsimæ, hanc tra-
here ſcripturæ ſententiam conantur, atq; aiunt: vitam noſtram à
cœleſtium corporum motione pendere, & hanc ob cauſam ex ſy-
deribus, à Chaldæis eorum notationes effectuum, qui nobis accidũt
fieri, ſermonemq; ſimplicem hunc ſcripturæ: ſint inquam in ſigna,
non eorum quæ accidant aëri, neq; mutationis temporum, ſed ad
hoc ſignificandum, quod ſibi videtur accipiunt, de genere vitę vni-
cuilibet hominum velut ſortito diſtribuendę. Et poſtquam plures

Aſtrorum obſeruationis in vita humana oportunitas.

Aſtrorum vim ad genituras in neceſsitatem actuum humanorum trahentes, perſtringuntur.

eiuſmodi talium hominum prætextus retuliſſet, ſic ſubinfert: Hiſce nugis controuertere alioqui ridiculũ videtur. Sed quia pleroſq; homines, hoc errore præoccupatos eſſe non ignoramus, eiuſmodi nœnias haud ſilentio præterire neceſſe eſt. Primùm igitur illud ipſos interrogabimus: Sitné, vt ſingulis diebus ſyderum figuræ mille modis mutentur ac varientur? Nam cùm vagæ ſtellæ perpetuò continuoq; moueantur, citiùs Planetæ alij in alios incurrant & appræhendant, & partim tardiore motu ſuos efficiant orbes: fit vt eadem in hora ſæpenumerò tum mutuos ſeſe conſpiciant, tùm occultentur. Et cùm maximam vim habeat, in hora Geneſeos ſiue Natiuitatis, ab effectrice bonorum an malorum conſpici, ſtella, vt ipſi cenſent: ſitné, vt ſæpè, cùm haud id attigerint ipſi tempus, quo bonorum effectrix ſtella dominabatur, ob vnius ignorantiam minuti, eam tum vt in mala ſitam fortuna deſignent? Cogor enim eiſdem nunc vti verbis, quibus & illi ipſi vti conſueuêre. In verbis igitur huiuſmodi, magna quidem amentia, multò verò maior impietas cõtinetur. Maleficæ enim ſtellæ, ſuæ ipſarum malignitatis cauſas in ſuum tranſcribunt factorem. Nam ſi naturâ ſtellis competit maleficium, ipſe ſanè creator effector erit malignitatis: Sin improbæ voluntate ſua malæq; euadunt: primùm quidem animantia quæq; erunt boni maliué electiua, & ſolutis appetitionibus, imperioſiſq; vtentur: quod quidem inanimis falſò tribuere, ſummæ dementiæ conſtat eſſe. Deinde quantum à ratione diſſonat, malum ac bonũ, non pro dignitate cuiq; diſtribuere? Sed cùm hoc in loco fuerit, bonam, cùm ab hoc conſpecta ſydere fuerit, malam eandem dicere ſtellam: cùm parumper deniq; declinauerit à figura, ſuæ protinus obliuiſci malignitatis? Sed hæc quidem hactenus ſint dicta. Si verò ſingulis in momentis temporis atq; punctis, in aliam atq; aliam ſydera figuram permutando, ſe accommodant: in innumeris autem huiuſce mutationibus, quæ vna die tantædem contingunt, figurationes eiuſmodi Regiarum natiuitatum perficiuntur: cur ſingulis quæſo diebus non Reges naſcuntur? aut cur apud ipſos Reges omnino Regna per ſucceſsiones traduntur? Non enim quemq; Regem ortum filij ſui ad Regiam ſyderum figuram obſeruantem accõmodare dicere audent. Quis enim mortalium rei talis Dominus eſſe poſſet? Cur ergo Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achas, Achas Ezechiam: & horum nulli nanciſci contigit ſeruilem natiuitatis ſuæ horam. Deinde ſi non probarum ac improbarum operationũ principia penes nos ſita ſunt, ſed ex ortu neceſſitudines emergunt:

Syderum velox & inſtabilis reuolutio, genituras indicare nõ poteſt.

Stellæ bonæ mala cauſare nequeunt.

Y

frustra pro-

fruſtra profectò legumlatores, agendas res & non agendas, ſed fugiendas, præſcribunt: fruſtra ſunt Iudices etiam virtutem honore, vitium pœnis afficientes. Non enim hoc pacto iniuria commiſſa furis eſt aut homicidæ: quippe cui nec volenti quidem ob ineuitabilem ipſum impellentem ad agendum neceſsitudinem, manum cõtinere licuerit. Vaniſsimi deniq; homines ſunt, & qui dant artibus operam, in ipſiſq; elaborant, quando rectè quidem facturus videtur agricola, ſi neq; ſemen vllum in terram deiecerit, neq; ad meſſem falcem exacuerit ſuam: quin & mercator, velit nolit, ſupra modum diteſcet, quando ipſi fatum affatim accummulat luculentas & vberes diuitias. Spes porrò magnæ illæ Chriſtianorum euaneſcent omninò nobis atq; peribunt: quippe cùm neq; iuſtitia honoribus vllis afficiatur, neq; peccata puniantur: propterea quòd nihil prorſus ab hominibus libero animi propoſito agatur. Nam vbi neceſſitas vrget, fatumq; dominatur, nullum id ibi locum obtinet, quod pro dignitate penditur: id inquam, quod iuſti iudicij munus præcipuum eſſe conſtat. Sed contra illos eòſq; ſit diſputatum: neque enim vos pluribus verbis egetis: quippe à vobiſmetipſis eſtis præditi fidei ſanitate, & tempus non patiatur vltra modum contra illos prolixiorem, prorogare ſermonem. Hanc profundiſsimam ſanè S. Baſilij doctrinam, recondiat aureo ſuo lepore Chryſologus, ſic tractatum noſtrum veluti concludens: Quærendum, inquit, eſt fratres, ne per audiendi imperitiam, quod ad perfectum nobis diuinitus ſcriptum eſt, ad animarum veniat detrimentum. Putaſné Chaldæos ſyderum ſcrutatores, errantes per aſtra Magos, cœli negotia in tenebris noctium perquirentes, naſcendi, moriendi, cauſas ſtellarum curſibus adſcribentes, bona malaué hominum de arbitrio luminarium firmantes, Euangeliſta hodie ortum Chriſti abſconditum ſæculis, ſtella duce docuit inueniſſe? Abſit. Sic ſentit mundus: ſic gentiles intelligunt: ſic fallit ſpecies lectionis: cæterùm ſermo Euangelicus non humana loquitur, ſed diuina: non vſitata, ſed noua: non arte fallentia, ſed veritate ſubnixa: non oculis alludentia, ſed cordibus infixa: non coniecturis nutantia, ſed auctoritate firmata: à Deo venientia, non à fato: non collecta numeris, ſed virtutibus acquiſita. Hæc ille. Nos igitur Catholicæ veritatis non candidati, non Catechumeni, non Neophyti, non curioſi, non inueſtigatores, ſed veri profeſſores & cultores, omiſſa & gentilibus relicta ſtella curioſa & exitioſa, amplectamur ſtellarum conditorem recens natum, ſtellam ipſum quoq; ex genere Dauidis

Z

Aſtrologia curioſa prouidentiam & naturã tollit.

Euãgelium non adſtruit Aſtrologiam ſuſpectam.

Chryſol: ſerm: 156.

Epilogus exhortatoris: qualis ſtella fidelibus exquirenda.

Apoc: 22. ℣ 16.

ſplendidam,

ſplendidam,& matutinam, vt ſeipſum nobis in nouiſsimo exhibeat candē ſtellam matutinam, hoc eſt ex occaſu corruptionis ad exortum reſurrectionis & immortalitatis perennem. Amen.

SERMO DECIMVS OCTAVVS.

De triplici Epiphaniæ ſolennitate: & munerum per Magos oblatorum myſteriis.

Chriſtus lux totum mundum illuminans, ſtatim ſeſe Iudæis & Gentibus manifeſtat.
Ioan: 1. ℣ 5. 9.
Epheſ: 5. ℣ 13.

DEI filium æternum, mundo in carne humana apparentem, Ioannes Euangeliſta denominauit lucem veram & per ſe exiſtentem. Cùm autem lucis, ſecundum Apoſtolum, proprietas ſit, manifeſtari, & manifeſtare: præſtitit hoc Dominus in ipſius natalis ſui exordio, quando quidem ſeſe ipſe cœlitus manifeſtauit, paſtoribus quidem per Angelos cum lucis affulſione, Magis autem, ſtellę nouę & diuino modo refulgentis apparitione: ex quorum vtroq; ipſe quoq; toto orbi manifeſtatus extitit. Poſtquam igitur Eccleſia ſuperiori ſolennitate exegit, eam quæ circa ipſam Natiuitatem facta eſt paſtoribus reuelationem: rectè ſubinfert Magis per ſtellam ſubſequentem apparitionem. Qua de re ſic Auguſtinus: Nuper, inquit, celebrauimus diem, quo ex Iudæis Dominus natus eſt: hodie celebramus, quo ex Iudæis adoratus eſt: quoniam ſcilicet *ſalus ex Iudæis eſt*: ſed hæc ſalus vſq; ad fines terræ. Nam & illo die paſtores adorauerunt, hodie Magi. Illis Angeli, iſtis autem ſtella nuntiauit, vtriq; de cœlo didicerunt cùm Regem cœli in terra viderunt: vt eſſet *gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et Chryſologus: Qui pro nobis, inquit, voluit naſci, à nobis noluit ignorari. Et ideò ſic apparet, ne magnum pietatis Sacramentum, Magis fieret erroris occaſio. Hæc ille. Quia igitur Chriſtus, ſicut in ſua Incarnatione, ſic in ſua apparitione, Diuina humanis abſq; ſua diuiſione commiſcens, ſeſe in humanitate verum Deum exhibuit: Idipſum nos præſenti ſermone in iſta apparitionis hodiernæ hiſtoria, adiuuante ipſo, oſtendere conabimur. Primò quidem in triplici manifeſtatione, quam Eccleſia die hodierna coniungit: Deinde in aliis operibus, quæ in ipſa Epiphania Magis exhibita contigerunt: Tertiò in ipſis munerum per Magos oblatorum

A

Aug: ſerm: 34. de Tempore.
Ioan: 4. ℣ 22.
Chryſol: ſerm: 160.
Argumētum, & diſpoſitio Sermonis.
Epiphania Chriſtum in carne Deum demonſtrat.
Prima ratio ex triplici in Epiphania opere.

B

oblatorum myſteriis, noſtraque, eorum exemplo, eruditione.

Quantum ad primum. Quamuis feſtum hodiernum propriè dedicatum ſit apparitioni illi, quæ Magis per ſtellam innotuiſſet: tamen Eccleſia die eadem adiungit quoq; memoriam illius apparitionis, qua Dominus Diuinitatem ſuam, circa Baptiſmum ſuum, & primum in Cana Galileæ miraculum, manifeſtauit. Non quòd certum ſit omnia iſta ſimili die contigiſſe (cùm nuptiæ in Cana Galileæ, minori quàm anni curriculo Baptiſmum Chriſti fuiſſent ſubſecutę) ſed quia Chriſtus initium manifeſtationis ſuę, ab eiſdem potiſsimum operationibus inchoaſſet: in Epiphania quidem teſtimonio cœlorum, in nuptiis, teſtimonio elementorum, in Baptiſmo autem teſtimonio Diuinæ ipſius præſentię. In prima apparitione (inquit S. Bernardus) verus homo, & filius hominis inter vbera matris exhibuit ſe verus natus. In ſecūda, verus nō minùs filius Dei in ſinu Patris, in quo ſibi complacuiſſet, voce ipſius cœleſti conteſtatus. In tertia, in factis humanis Deus verus, ad cuius imperium natura mutatur, declaratus. Tot teſtimoniis hodie confirmatur fides noſtra: tot indiciis roboratur ſpes noſtra: tot incentiuis inflammatur charitas noſtra. Hæc ille. Per primam apparitionē innoteſcere voluit longinquæ gentilitati: per ſecundam præſenti Synagogę: per tertiā Eccleſię ex Iudæis ſimul & Gentibus nunquā deficienti. Ideo à quibuſdam prima reuelatio dicitur Epiphania, quaſi ex ſuperis apparitio: Secunda Theophania, id eſt diuinitus facta illuſtratio. Nam ſecundum Nazianzenū, Theophania dicitur, quòd apparuerit Chriſtus: Natiuitas, quòd natus ſit: Tertia Bethania, veluti domeſtica & familiaris declaratio. Et ſanè propter iſtarum apparitionum tantam cognationem, Eccleſia eam ipſorum cohærentiam colligauit: vt primam quidem ipſa Epiphaniæ die, ſecundam infra Octauam, tertiam die ipſius Octauæ Epiphaniæ, indixerit. Sed ad propoſitum noſtrum, quantum Diuinæ virtutis in iſtis Chriſti operibus exhibitum fuerit, ſacros aliquot ſcriptores audiamus. S. Maximus ſic myſteria iſta explicat: In hac, dilectiſsimi, celebritate, ſicut relatu paternæ traditionis inſtruimur, multiplici nobis eſt feſtiuitate lætandum. Ferunt enim hodie Chriſtum Dominum noſtrum, vel ſtella duce à gentibus adoratum; vel inuitatum ad nuptias, aquas in vina vertiſſe: vel ſuſcepto à Ioanne Baptiſmate, conſecraſſe fluenta Iordanis, ſuumq; ſimul purificaſſe Baptiſtam. Sed quid potiſsimùm præſenti hoc factum ſit die, nouerit ipſe, qui fecit. Nos tamen credere, nec dubitare debemus, quidquid illud eſt, factum eſſe pro nobis. Nam

Epiphaniæ quomodo manifeſtatio Chriſti in Baptiſmo, & in Cana Galileæ coniungitur.
Bern: ſerm: 1. & 3. in Epiphania.
Epiphania, Theophania, & Bethania, quid deſignant, & quomodo cohæreant.
Greg: Nazian: oratione 38. Panegyrica.
Epiphaniæ triplex ſolennitas.
S. Maximus ſer: de Epiphania.

C

bis. Nam quòd ex fulgentioris stellæ radiis incitati adorauêre Chaldæi, Deum verum Gentibus spes data est adorandi: Quòd aquæ nouo sunt ordine in vina mutatæ, noui nobis poculi prælibatum est Sacramentum: Quòd autem baptizatus est Agnus Dei, regenerãtis Baptismi salutare nobis munus est dedicatum. Oportet itaq; nos, fratres, ad honorem Saluatoris nostri, cuius natiuitatem debita nuper cum exultatione transegimus, omni cum deuotione etiam hũc virtutum eius celebrare natalem. Et quàm rectè tria hæc nobis vno acta in die mysteria prædicantur, qui ineffabilis Trinitatis arcanum, vno Dei sub nomine confitemur Per hæc ergo miracula Christus Dominus redemptor noster oculis se voluit reuelare mortalium: quatenus inuisibilis eius diuinitas, quæ latebat in homine, in opere non lateret. Augustinus autẽ triplici huic mysterio, quartũ etiam adiungit, sic dicẽs: Proximè, fratres charissimi, eiusmodi redemptionis nostræ celebrauimus Sacramentum, quo Deus hominẽ cum infirmitatibus induit: hodie verò illud colimus, quo se in hominem Deus virtutibus declarauit; pro eo, quòd in hac die, siue quòd in cœlo stella ortus sui nuntium præbuit; siue quòd in Cana Galileæ in conuiuio nuptiali aquam in vinum conuertit: siue quòd in Iordanis vndis, aquas ad reparationem humani generis sub Baptismo consecrauit: siue quòd de quinq; panibus quinque millia hominum satiauit: in quolibet horum nostræ salutis mysteria continentur & gaudia. Nobis enim ex virgine natus est, quod stella monstrauit: Nobis ex Baptismo lauacrum concessum est, quod in Iordanis alueo consecrauit: Nos quoq; in melius esse mutandos, operis miraculo præmonstrauit, quando aquas in vina conuertit.

Operum in Epiphania gestorum mysteria. Aug: ser: 28. de Tempore.

D

Accedat Chrysologus, aureo suo eloquio ista mysteria sic prosequens: Qui nascendo, ante humano corpore se velauit, postea operando, ipse cœlesti se reuelauit arcano: post Deus ipse apparuit trino modo, qui homo in partu paruit singularis. Meritò ergo solennitas præsens Epiphaniç vocabulo nuncupatur: in qua illuxit Deitas, quæ nostra nobis obscurabatur in carne. Ista est fratres, ista festiuitas, quæ concepta tempore diuerso, peperit tria Deitas insignia. Per Epiphaniam Magi Christum Dominum muneribus mysticis confitentur, & cultores syderum, noctis incolæ, authorem lucis, densis inueniunt in tenebris. Et postquam hoc primum mysterium latiùs explicasset, (sicut sermone superiori retulimus) sic reliqua subiicit: Per Epiphaniam Christus in nuptiis aquas saporauit in vinum, vt Christum nuptiis interfuisse, virtutis fuerit non voluptatis,

Chrysol: serm: 157.

Christus in nuptiis Canæ Galileæ, quæ mysteria operatus. Ioan: 2. ℣ 1.

luptatis, non fuerit humanitatis, sed potestatis: signi fuerit causa, non ventris: ebrietatis non fuerit apparatus, fuerit Deitatis ostensio. Deniq; vbi aqua mutauit naturam, mox patefecit auctorem, & elementorum creator mutatione reuelatus est creaturæ. Fœlices nuptiæ, fœlices illæ, quibus Christus est præsens, non luxu sed virtutibus consecrantur. Quid ibi non transiuit in gratiam, vbi aqua transiuit in vinum? Per Epiphaniam Christus Iordanis alueum, baptisma nostrum consecratus intrauit, vt quos nascendo in terra susceperat, hos renascendo releuaret in cœlum: in se haberet liberos, quos præter se viderat esse captiuos: faceret vitales ipse, quos culpa fecerat esse mortales: perpetuos redderet, quos mors dederat temporales: & quos Diabolus exules fecerat terrenorum, hos ipse in cœlestibus sibi faceret esse consortes. Hinc est fratres, quòd Spiritus sanctus tunc toto se fudit illapsu, quando Pater de cœlestibus clamat: *Hic est filius meus dilectus*: vt quibus in creandis nobis operatio fuerat vna cum filio, vna fieret de nostra reparatione dignatio. Sicq; Christus diuerso tempore, vno eodemq; die, Magorum munera, aquæ mutatione, atq; Patris voce, Deus trino testimonio nosceretur, fieretq; de trina ostensione Christi Epiphaniæ vna & sacrata solennitas. Et alibi rursus: Deum, inquit, venisse in humanum corpus, multis modis aperit, & reuelat hodierna solennitas, ne perdat per ignorantiam semper obscuritatibus inuoluta mortalitas, quod tantum tenere meruit, & possidere per gratiam. Nam qui nobis nasci voluit, à nobis noluit ignorari: & ideo sic aperit, ne magnum pietatis Sacramentum, magni fieret erroris occasio. Hodie Magus quem fulgentẽ quærebat in stellis, in cunis reperit vagientem. Hodie Magus clarẽ miratur in pannis, quẽ diu in astris patiebatur obscurũ. Hodie Magus quid vbi videat, profundo stupore peruoluit: in terra cœlum, in cœlo terram, in Deo hominem, in homine Deum, & vniuerso sæculo non capacem concludi corpore perpusillo. Et post alia, sic subinfert: Hodie Christus Iordanis alueum, mundi peccatum lauaturus intrauit. Adhoc enim eum Ioannes venisse testatur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hodie seruus Dominum, homo Deum, Ioannes Christum, tenet: tenet accepturus veniam, non daturus. Hodie sicut ait Propheta: *Vox Domini super aquas.* Quæ vox? *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hodie vox Dei super aquas: quia Pater Deus, vt probaret generis fidem, ipse sui testis filij, ipse assertor existit: *Hic est filius meus dilectus*: quia alterũ qui testimonium diceret non habebat. Arcanum Patris arbitrum non ha-

E

Baptismus Christi quantis mysteriis cõsecrat? Matth: 3. ℣ 13

Christum tria su prascripta opera simili die fecisse, sentiebat Chrysologus. Sic & Bern: ser: 2. de Epiphania.

Epiphania quãta apparitio. Chrysol: serm: 160.

Baptismi Christi sacratissima mysteria. Ioan: 1. ℣ 29. 36.

Vox Domini super aquas, circa Baptismũ Christi quomodo? Psalm: 28. ℣ 3.

F

Trinitas sese inuicem perfectissimè cõtestatur. Matth: 11. ℣ 27.

non habebat, testem generatio nescit Diuina: Diuinitas externam non recipiet notionem: ipso filio dicente: *Nemo nouit filium nisi Pater, neq; Patrem nouit quis, nisi filius.* Hodie Spiritus sanctus supernatat aquis in specie columbæ: & sicut illa columba Noë nuntiauerat diluuiũ discesisse mundi: ita ista indice nosceretur perpetuum mundi cessasse naufragium: neq; sicut illa, veteris oliuæ surculum portaret, sed totam in caput parentis noui chrismatis pinguedinem fundit: vt impleat quod Propheta prædixit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Et post pauca sic subiicit: Hodie Christus initium dat signorum cœlestium, dum conuertit aquas in vinum: vt quem Pater voce filium iam probaret, ipse se Deum virtutibus approbaret: qui elementa commutat, & naturam fecit ipse: qui contra naturam facere non laborat, aquam transfert in vinum, vt diuinitatis in vigore, naturæ nostræ proficiat hebetudo. Nam qui panes quinq; fragmento profluo, & furtiuo incremento, ad quinq; millia hominum tetendit & dilatauit saginam, potuit augmẽtis succrescentibus, ad nuptiarum festa, vini ampliare & perpetuare mensuras. Sed aqua in sanguinis erat conuertenda mysterium, vt mera pocula de vase corporis sui Christus bibentibus propinaret: vt impleret illud Prophetę: *Et calix tuus inebrians quàm præclarus est.* Tribus autem modis hodie Christi Deitas est probata: Magorum munere, Patris testimonio, aquæ mutatione in vinũ: quia tribus stare omne verbũ scripturæ firmauit auctoritas, dicẽdo: *In ore duorũ vel trium testiũ stet omne verbũ.* Hactenus Chrysologus. Atq; ex tantis operibus, quę filio Dei recẽs nato in hac ipsa Epiphanię cõmemoratione attribuuntur, prima nostra Diuinę eius naturæ, & virtutis simul, ratio esto.

Columba super aquas diluuii & Iordanis, quomodo sibi conueniunt.

Gene: 8. ℣ 9.
Matth: 3. ℣ 26.
Psalm: 44. ℣ 8.

Signorum in Cana Galileæ ratio.

Ioan: 2. ℣ 1.

Quinq; panum multiplicatorũ mysterium.

Panis & Calix Eucharisticus.

Ioan: 6. ℣ 13.

G

Psalm: 22. ℣ 5.

Epiphania tripliciter Christum manifestat

Ioan: 8. ℣ 17.

Secunda desumitur ex stella Magorum duce, quæ erat tantæ apparitionis præcipuum insigne. Ministerium namq; stellarum, quod vero Deo propriè scriptura attribuit, in Christo infantulo extitit manifestum. Certè Dei & creatoris opus est illud, de quo sic dicitur: *Qui emittit lumen, & vadit, & vocauit illud, & obediuit illi cum tremore.* (hoc est in totius orbis descriptione, & Angelorum commotione) *Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis: vocatæ sunt, & dixerunt: Ecce adsumus.* (vbi etiam nouum & inusitatum stellæ Magorum obsequium innuitur.) *Et luxerunt cum iucunditate ei, qui fecerat eas, Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Posthæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Quę omnia de Christo intelligi, verba vltima conuincunt. De stellarũ auctore dictum est illud: *Qui præcipit Soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub*

Secunda probatio Diuinitatis Christi, ex natura & miraculis stellæ exorientis.

Sydera Christo nato, vt Deo obediunt.

Baruch 3. ℣ 33.

Iob 9. ℣ 7.

quasi sub sigillo. Sed Christus secundum Augustinum, stellam nouam declarauit natus, qui antiquum solem obscurauit necatus: & eo nascente, lux noua est in stella reuelata, quo moriente lux antiqua est in sole velata: Ipse natus ex matre, de cœlo terræ nouum sydus ostendit, qui natus ex Patre, cœlum terramq; formauit. Sic Augustinus. Qui, inquam, adultus & extensus in cruce, Soli præcepisset ne luceret, idem infantili statura in præsepi contractus, stellam de nouo exorientẽ, sub sigillo cœlesti conclusit, vt lege nõ tam naturę quàm creatoris, diuerso cursu moueretur, motũ interpellaret, terrę
H punctum indicaret, homines collustraret, superbos autem obfuscaret. Creator vtiq;, & cœli terræq; Dominus erat, qui inter opera sua Diuina, hoc quoq; recenset: *Vbi eras cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Hoc autem nõ minùs quàm ipsi Deo Patri, competit Christo in præsepi recondito, quando legiones Angelorũ ad sui iubilationem euocauit, & stellam ab oriente quasi matutinã ad laudes adorationis per Magos perficiendas adduxit. Quid ergo est (sic S. Maximus alloquitur curiosos) qui infantilem attendis ætatem, & eius Diuinam non intelligis potestatem? sic fuit veraciter intimanda pueri huius naturalis Diuinitas, & naturalis humanitas, vtraq; naturaliter vera, vtraq; mista, neq; erga se inuicem confusa, nec in se inuicem separata. Hæc ille. Conuenienter igitur Christus immortalitate gloriosus, sic sese professus est *radicem & genus Dauid* secundum veram carnem, vt quoq; simul esset *stella splendida & matutina, habens principium virtutis suæ in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante Luciferum à Deo progenitus.* Tertia ratio desumitur ex sententia interrogationis Magorum: idque dupliciter. Primò quidem, quando interrogant: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Rex enim dicitur (notat glossa ordinaria) vt ex collatione eius qui quæritur, hic intelligatur extraneus. Excludunt inquam sua interrogatione seu professione Herodem tunc etiam Hierosolymis præsentem, ex eoq; natos filios, quem sine dubio non ignorabant Regnum Israeliticum vt alienigenam & tyrannum illicitè occupasse: atq; ideo non adoratione, sed profligatione, non muneribus, sed verberibus, dignum. Sed
I intelligunt & locutione propria exprimunt, Regem illum, vt sequẽti sermone ostendemus, *à Deo constitutum super montem Sion* ex semine Abrahæ solioq; Dauidis promissum, qui tanquam filius Dei, gentes fuisset hæreditate possessurus, atq; idem Dux ad regendum populũ Dei ex Bethleem exiturus. Ideoq; certissimæ illius inquisitionis, sicut intellectum à stella, sic etiam testimonium à lege in loco pro-

Augu: serm: 31. & 34. de Tempore.

Stella Magorũ Christo obsequens.

Christũ in præsepi astra & Angeli iubilant.

Iob 38. ℣ 7.

Christus iam natus, ostendit se Deum simul & hominem.

Maximus serm: de Epiphania.

Christus radix & genus Dauid & stella matutina.

Apoc: 22. ℣ 16.
Psal: 109. ℣ 4.

Tertia probatio diuinitatis Christi ex interrogatione Magorum & mente Herodis & Iudæorũ.

Glossa ordinaria super hunc locum.

Serm: 3. de Epiphania ex Psal: 2. ℣ 6.

Magorũ ardor & fortitudo, in asserendo Messia.

Chrysost: operis imperfecti, in Matt: homil: 2.

prio, accipiunt. Quod D. Chrysostomus, sic quoq; deducit: Sed nunquid nesciebat, quòd in Hierusalem regnabat Herodes? Nonne intelligebant, quia quicunq; Rege viuente, Regem alium pronũtiat aut adorat, punitur in sanguine? Sed cùm considerabant Regem futurum, non timebant præsentem: nondum viderant Christum, & iam parati erant pro eo mori. Et Fulgentius: Quid, inquit, est dilectißimi fratres, quòd isti Magi, Regem Iudæorum adorandũ quærunt, cùm ipsi Iudæi non essent? Et quem Regem? vtiq; non Herodem, sed Christum, volunt adorare Regem nuper natum, nec adorant Regem ante annos aliquot ordinatum. Adorare cupiũt infantem lactantem, nec adorant Regem populis imperantem. Nam & de Herode rege Iudæorũ filij iam fuerant nati, qui erant patre mortuo regnaturi. Mortuo enim isto Herode, Archelaus in Iudæa regnauit, & Galileæ principatum iunior Herodes obtinuit. Archelaus natus est in palatio, Christus in diuersorio: Archelaus natus, est in lectulo argenteo positus: Christus autem natus, in præsepio est breuissimo collocatus. Ille forsitan pretiosis inuolutus est sericis: iste vilissimis inuolutus est pannis. Et tamen ille qui natus in palatio, contemnitur: iste qui natus in diuersorio, quæritur. Ille à Magis nullatenùs nominatur: iste inuetus suppliciter adoratur. Omninò spernitur primogenitus Regis: & primogenitus pauperculæ mulieris muneribus honoratur. Quis est iste Rex Iudæorum? qui portatur vt paruulus, adoratur vt Deus? Paruulus in præsepio, immensus in cœlo, vilis in pannis, pretiosus in stellis, cuius natiuitate comperta, Herodes turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. K

Fulgentius ser: de Epiphania.
Aug: ser: 2. & 7. de Epiphania.
Chrys: homil: 6. in Matth.
Collatio Christi veri Regis ad Herodẽ, eiusq; filios.

Stellam quomodo dicunt Magi fuisse stellam Christi.
Num: 24. ℣ 17.
Chrysol: sermone 157.

Altera pars huius probationis desumitur, ex ratione interrogationis Magorum, quando sic subinferũt: *Vidimus enim stellam eius in Oriente*: Vbi dicitur stella Christi, possessiua vtiq;, non directiua, illa nimirum, quam veluti symbolum visionis suæ longinquæ, in posteritate sua prædixerat Balaam dicens: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel*: quemadmodum in primo Sermone satis explicuimus. Ideo pulchrè Chrysologus: Vidimus, inquit, stellam eius. Et quid non eius? Stella eius est, non ille stellæ: stellam eius quæ accepit esse, sed non dedit: stellam, cuius ortũ tenebat auctor, non quę ortum tenebat auctoris: stellam, eius venientem non à genesi, sed à genitore; mandato, non fato, nõ à computatore, sed ab authore: nõ quæ daret ortum, sed quæ sustineret occasum: stellam nõ legiferã, sed signiferam: ferentem non dierũ ordinem, sed noctium lumen. Stella hæc ministra viæ, non vitæ: comes Magorum, non cognata Christi,

Christi, non dominantis domina, sed ancilla seruorũ. Hactenus ille.

Quarta probatio Diuinitatis Christi in eius Epiphania.

Herodes & Iudæi aduenientis iam Mesiæ cõscij.

Lucæ 3. ℣ 1.

Quarta probatio, immediatè succedit, ex gestis Herodis & Scribarum Legis. Nam ad vocem istam Magorum, illico Herodes absq; vllo consilio, sed motu propriæ arguentis conscientiæ turbatur: *Et congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitatur ab eis, vbi Christus nasceretur?* Si quæstio incidisset de rege terreno, procul dubio Herodes instituisset ea de re inquisitionem sæcularem: & fortasse adhibuisset collegas suos, in summa illa tunc ex authoritate Imperij Romani administratione, nimirum Pilatum, & alios Tetrarchas, quos S. Lucas rerum tunc potitos fuisse commemorat: & non per astum & hypocrisim, sed authoritate summa imperiali, negotium, Magis & Christo ipsi exhibuisset. Cùm autem congregat solos Principes Sacerdotum & Scribas, ex quibus scita & placita Legis Mosaicę fuissent depromenda, eo ipso ostendit, sese Regem illum extimescere, qui secundum promissiones & pacta diuina, ex semine Abrahæ & Dauidis (quod semen Herodes extinctum à se putabat) super Israelem esset regnaturus. Ideo quẽ Magi peregrini Regem Iudæorum nominant & exquirunt, ipse Herodes in sua quæstione declarat, hunc eundem esse Christum, hoc est vnctum, Mesiam, qui cœlitus veniens, regnum sine fine esset administraturus. Confirmant hoc ipsum, quin potiùs explicãt Principes Synagogæ, quãdo ortum Mesię definientes, sensu magis mystico quàm literali, Bethlehem nominant, quam Michęas in adducta sua prophetia vocauerat Ephratam, quæ secundum D. Hieronymum in meditatione S. Paulæ, sonat frugiferam, & secundum Dauidem, desertam, denotans virginitatem Mariæ fœcundam, ad producendum nobis in Bethlehem domo panis, panem illum vitalem, *qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.* Hæc inquam est illa Ephrata, quam Dauid successori suo Mesiæ, exquisitissima sollicitudine tandem inuenit, vt in ea ad agnitionem & adorationem sui appareret,

M atq; exindè ad templum & solium suum Regale Sion exurgeret. Consonat & illud: Quod Michęas Bethlehem Ephratam vocat, Pontifices exponunt terram Iuda, veluti integram prouinciam: quam ille dicit minimam, isti exponunt, nequaquam esse minimam: ille concludit illam millibus, quasi communitate populari, isti autem ad principatum illam transferunt; ab illo, ex eadem proditurus vocatur dominator in Israel, ab istis insuper Dux, qui regat populum Israel: eius tanquam promissi Mesiæ, ac officium redemptoris, exprimentes. Ista autem omnia confirmant & concludunt verba sequen-

Ephrata locus natalis Mesiæ, sub quantis mysteriis olim à Dauide exquisitus.
Matth: 2. ℣ 5.
Michæę 5. ℣ 2.
Psal: 131. ℣ 6.
Hieron: in Epitaphio Paulæ.

Sensus Scribarum de loco nascendi Mesiæ.

Chriſtus Meſsias natura Deus ſimul & homo futurus.
Micheæ 5. ℣ 2.
Ioan: 1. ℣ 1. 14.
Scribæ Iudæorum mutant & truncant ſcripturas, ob reſpectus temporales.
Chryſ: in Matth: homil: 2. operis imperfecti.

hæc ſequentia & vltima: *Et egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Sicut enim per exitum ex Bethleem, deſignauit Propheta eius natiuitatem ſecundum carnem, quando Verbum caro factum eſt: ſic per exitum illius ab initio à diebus æternitatis, expreſsit generationem Chriſti æternam ſecundum Spiritum & Diuinitatem: ſecundũ quam Verbum erat in principio apud Deum, & idipſum Deus. Hoc autem Principes & Scribæ omiſerunt, fortaſſe partim propter ſuperbiam ſuam, quòd Rex illorum adeò humilem ex Bethleem traheret originem: vel ne Herodem furentem, magis etiam conturbarent: quem tamen illo ſilentio, ſecundum Chryſoſtomum, magis etiam irritauerunt. Si enim Herodes prophetiam de nato Rege cœlorum intellexiſſet, fortaſsis à cæde tam nefanda infantũ ſeſe cõtinuiſſet.

Quintum argumentum diuinitatis Chriſti, ex perturbatione hoſtium.
Pſalm: 2. ℣ 5. 9.
Hebr: 1. ℣ 6.

Quinta ratio Diuinitatis Chriſti in iſta Epiphania conteſtata, ducitur ex perturbatione ac timore Herodis, & aliorũ hoſtium Chriſti. Nam ſecundum prophetiam Dauidis ſupra adductam, ille ipſe filius Dei æternus, per natiuitatem ſuam in orbem terrarum introductus, ab Angelis & Magis adoratus, aduerſarios ſuos illicò cõturbauit; & ſicut Magos ſtella, ſic impios virga ferrea, direxit, vt ad vocem, non Dei Patris, non Chriſti, non Angelorum, non paſtorum, non Legiſperitorum, ſed Magorum curioſa tractantium, tanta conturbatio Herodis totiuſq; Hieroſolymæ, fuiſſet conſecuta, atq; ipſa N

Herodis & impiorum timor qualis?
Greg: homelia 10. in Euãgelia.
Chryſoſt: loco ſupra citato.

mẽs mali præſaga, ipſa ſibi eſſet tormentum. Hinc Gregorius: Cœli, inquit, Rege nato, rex terrę turbatur: quia nimirum terrena altitudo confunditur, quando cœleſtis celſitudo aperitur. Et Chryſoſtomus ait: Turbatur Herodes, audiens Regem natum Iudæis ex genere Iudæorũ, cùm ipſe eſſet ex genere Idumęus: ne regno reuoluto iterũ ad Iudæos, ipſe à Iudæis expelleretur, & ſemen eius poſt ipſum præcideretur. Semper enim grandis poteſtas, maiori timori ſubiecta eſt. Sicut enim rami arborum in excelſo poſitarũ, etiamſi leuis aura flauerit, mouentur: ſic & ſublimes homines, etiam leuis nuntij

Aug: ſem: 2. de Epiphania.

fama conturbat: humiles autem ſicut in conualle, plerumque in tranquillitate conſiſtunt. Quid ergo erit (ait Auguſtinus) tribunal iudicantis, quando ſuperbos reges cuna terrebat infantis?

Sextum argumentum Chriſti diuinitatis ex eius adoratione per Angelos, Paſtores, Magos &c.
Pſalm: 96. ℣ 8.
Hebr: 1. ℣ 6.

Sexta probatio apparentis in ipſa infantia Diuinitatis Chriſti, deſumitur ex ipſa illius adoratione. Quæ pluribus prophetiis iam dudum fuerat prænuntiata. Etenim Chriſti nati adoratio, inchoata eſt per Angelos, iuxta illud Apoſtoli ex prophetia Dauidica: *Et cum iterum introducit,* (Deus Pater) *Primogenitum ſuum, in orbem terræ* (vtiq; per temporalem natiuitatem) *dicit: Adorent eum omnes Angeli Dei.* Quod certè

certè præſtitum eſt, quando Chriſto in Bethleem nato, Angelus affulſit Paſtoribus, annuntians gaudium magnum de nato orbi Saluatore. Cui mox iunxit ſeſe multitudo militiæ cœleſtis, hoc eſt, Angelicæ, cum iubilatione, & ſine dubio filij Dei adoratione, quam ipſi quoq; Paſtores eorum exemplo & prouocatione ſtatim exegiſſent.

Pſalm: 71.
Adorationis Chriſti in Bethleem, & circa præſepe & animalia, myſterium.
Pſalm: 21. ℣ 28.
Pſalm: 35. ℣ 8.
Pſalm: 22. ℣ 1.
Chryſolog: ſermone 159.
Iſaiæ 32. ℣ 20.
Iſaiæ 1. ℣ 3.
Hier: in Epitaphio Paulæ, & Epiſt: ad Marcellam.
Ambr: Epiſt: 72. ad Irenæum.

O Eandem adorationem à Magis & cæteris populis prædixerat Dauid, loco quem (vt modo diximus) Apoſtolus vſurpauit: & Pſal 71. vbi adorationem iſtam Magorum ad viuum prorſus depingit: Non minùs adoratio illa, quam idem Propheta alibi deſcribit: (*Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium: Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram,*) inchoata eſt in ea ipſa Paſtorum & Magorum adoratione, quæ facta eſt in Bethleẽ, id eſt domo panis, & ad præſepe: vnde bonus Paſtor, *homines & iumenta ſaluaturus*, hoc eſt Iudæos & Gentiles in vnum parietem coniuncturus, pabulo verbi & carnis ſuæ, in paſcuis æternis incipiebat collocare. Cui quidem myſterio S. Hieronymus applicat duplicem prophetiam Iſaiæ: primò quando dicebat, ſecundum ſenſum Hæbraicum: *Beatus qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos & aſinus calcant:* quod nimirum adimpletum fuiſſe, quando Iſaiæ 1. *Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui* recens nati: per quæ animalia, coniunctio populi Iudaici & Gentilis ad vnitatem fidei adumbrabatur. Quod Chryſologus ſic ſuauiſsimè expreſsit: Accedunt ergo, illi de proximo, hi veniunt de longinquo, vtriq; tamen ad vnum eundemq; fidei locum, quia deuotione conueniunt; ibiq; Regem

Bos & aſinus quomodo Chriſtum adorauerunt.
Hier: in Epitaphio Paulæ.
Auguſt: ſerm: de Epiphania in additis.

Chriſtum appoſitum ante duo illa prophetica iumenta, duorum videlicet populorum typum figuramq; geſtantia, intuentur, admirãtur, agnoſcunt. Agnouit enim bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Agnouit enim bos Iudæus iugo legis excuſſo: agnouit & aſinus paganus ſtultitię feritate depoſita: ille deſerens ſuperfluum obſeruationis laborem, hinc relinquens vagum ſuperſti-P tionis errorem. Vterq; agnouit, quia vterq; ad vnum præſepe Domini epulaturus acceſsit: epulaturus non fœnum mortis, ſed cibũ ſalutis. Edite, edite, pia animalia, æternę vitæ cibaria; & perpetuæ retributionis eſcam, auidis quantum poteſtis faucibus occupate, nõ

Chriſtus ſicut in perſona, ſic in Euchariſtia indiuiſibilis.
Pſalm: 21. ℣ 32.
Iſaiæ 6. ℣ 1.

diuidentes infruſta, ſed integrum, ſolidumq; ſumentes. Non poteſt enim edi Chriſtus, & diuidi: integer à credentibus ſumitur: integer in ore cordis recipitur. Hactenus ille. Quemquidem ſenſum Dauidis, conſignant verba eiuſdem Pſalmi vltima: *Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt cœli iuſtitiam eius, populo qui naſcetur, quem*

fecit Do-

fecit Dominus. Quia ſtella in directione Magorum, annuntiauit iuſtiam, vt in pœnam ingratitudinis Iudaicę, gentilitas per illas Magorũ primitias Domino conſecraretur. Eadem quoq; Chriſti tanquam veri Dei adoratio, patet ex prophetia clariſsima Iſaiæ, vt ſuperiori ſermone explicuimus. Ideo tantam fidem Magorũ admirans Chryſoſtomus, inquit: Inuenerunt puerum cum Maria matre eius: non diademate coronata, aut in lecto aureo recumbente, ſed vix tunicam habente vnam: non ad ornamentum corporis, ſed ad tegumẽtum nuditatis, qualem habere potuit carpentarij vxor peregrè cõſtituta. Si ergo regem terrenum quærentes veniſſent, magis fuiſſent confuſi quàm gauiſi: quia tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent. Nunc autem, quia cœleſtem Regem quærebant, etſi nihil regale videbant in eo, tamen ſolius ſtellę teſtimonio contenti, gaudebant oculi eorum contemptibilem puerum aſpicere: quia Spiritus in corde eorum terribilem eum monſtrabat. Vnde procidentes adorauerunt eum: vident enim hominem, & agnoſcũt Deum. Chryſologus quoq; ait: Vnde Magus quia ſcrutari non valet, capere non poteſt, mox adorat. Videt enim non ſic lucere ſtellas in cœlo, lunam, ſolem, qualiter illuxiſſe carnem contemplatur in terris. Videt in vno eodemq; corpore Diuinitatis & humanitatis conueniſſe commertium. Hic dum credit Deum, ſentit Regem, intelligit humani generis amore moriturum, & pauida cogitatione pertractat, quemadmodum poſsit mori Deus, qualiter poſsit vitæ reſtitutor occidi. Hæc ille. Auguſtinus rurſus: Ideo, inquit, Magi ſe humiliabant, quia famulari aſtra cernebant: Deum enim eſſe cognouerant, cui cœleſtia ſeruiebant: Tantam fidei ſagacitatem Magorum in explorando Deo incarnato, ad noſtram faciliorem credulitatem, confert S. Leo cum illa, quam poſtmodum fecerat Thomas Apoſtolus, in explorando eodem Chriſto à morte rediuiuo. Ex qua collatione confirmari videtur traditio illa, Magos illos, proditionem, non tam ſuam quàm Chriſti ab Herode reueritos, Catechumenos quidem diſceſsiſſe: poſtmodum verò, Baptiſmo in gentes promulgato, ab eodem Apoſtolo parili fidei exploratore, Baptiſmi Sacramento ſuſcepto, fidei per illum prædicatæ, executores extitiſſe. Meritò igitur Bernardus ſic exclamat: Vnde vobis, ô alienigenæ, vt puerum adoretis? neq; enim tantam inueniemus fidem in Iſrael. Sic vos non offendit vilis habitatio ſtabuli, non pauperies cunæ præſepij, non vos pauperis matris præſentia, non lactantis infantia ſcandalizat? Rurſus autem S. Ephrem incredulos vel curioſos

Magorum fides & deuotio in adorando Chriſto tanquã Deo.
Chryſoſt: ſuper hunc locum in Cathena S. Thomæ.
Et homil: 24. in 1. ad Corinth.
Aug: in Pſal: 98.
Magorum verè Chriſtiana contemplatio.
Chryſol: ſermone 160.
Aug: ſer: 29. de Tempore.
Thomæ Apoſtoli & Magorũ collatio, & Baptiſmi poſtmodum communicatio.
Ioan: 20. ℣ 27.
Chryſ: hom: 2. operis imperfecti in Matth.
Leo ſerm: 4. de Epiphan.
Gloſſa ordinaria in cap: 2. Matth.
Magi confundunt hæreticos & tepidos Catholicos, circa adorationem Chriſti.
Bern: ſerm: 3. de Epiphania. S. Ephrem lib: contra Scrutatores Diuinorum cap: 12.

curioſos ſic arguit: Vide excellentiſsimam Magorum fidem, offendunt in vili præſepio iacentem Regem cœleſtem, ſanctum, nuper pro ſalute totius orbis incarnatum. Inueniunt inquam in præſepio, nec tamen vltra inquirere pergunt. Quid enim anguſto præſepio vilius? Inter tot vilia, nullum Regis indicium cernentes Magi, nihil de eius maieſtate dubitant, nihil pannorum vilitate mouentur, neq; geniti naturam curioſi rimantur. Ipſe autem infœlix, ad dexteram Patris conſpicis vnigenitum filium, omni ſubnixum maieſtate Regem, conſedere Patri, atq; cum ipſo laudari, & audes illum temerè ſcrutari? Non expaueſcis miſer, non ſtulte terreris? qui ipſum neſcis creatorem, explorare præſumis? quis talem non execretur audaciam? Deus & Dominus vnigenitus Patris in excelſis ad dexteram Patris reſidet: Angeli, Archangeli, Cherubin & Seraphim, cum metu & tremore illi aſsiſtunt, preſsis deorſum cum horrore reuerenter obtutibus: cinis autem & puluis in terra ſedens ſcrutatur opificem? Hactenus ille. Quid verò iſte ſanctus diceret, ſi corruptiſsimo hoc ſæculo audiret Sathanam religatum, per nefaria hæreticorum ora, blaſphemias illas à S. Ioanne præuiſas, in Deum, tabernaculum, & Sanctos eius, beſtiali & infernali voce euomere & proclamare? Septimò, Chriſti infantis Diuinitas conuincitur ex muneribus, eorumq; per Magos oblatione. Hanc enim Chriſto nato tanquam vero Deo fuiſſe exhibendam, iam ante ex vaticiniis Propheticis oſtendimus. Sufficiat hîc addere, quod Petrus Galatinus adducit, ipſos Hebræorum Rabbinos in expoſitione Biblica, loca *Iſaiæ 60.* & *Pſalm: 71.* de afferendis muneribus à Regibus Arabię, applicare Meſsię, qui Deus verus nomine Tetragrãmaton ſit denominatus. Ex eoq; contextu Rabbenu Heccados colligere, quòd illa munera, quæ dedit pater noſter Iacob Eſau, futurum erat, vt Reges ſæculi Meſsię reſtituerent. Quod etiam Sibylla Erythręa hoc oraculo attingere viſa eſt:

Illi libabunt aurum myrrhamq; ferentes,
Thusq; Sacerdotes: hæc omnia namq; patrabit.

Quibus Doctorum ſacrorum teſtimonia adiiciamus. Primùm quidem Rabanus in gloſſa ordinaria tradit: Licet Magi morem gentis ſuæ in donis offerendis ſequantur (Arabes enim auro, thure, & diuerſis generibus aromatum abundant) tamen aliquid myſterij muneribus demonſtrare volebant. Hæc ibi. Quorum myſteriorum primum eſto, quod ſuperiori Sermone copiosè adduximus & explicuimus: videlicet dona illa Magorum fuiſſe ex ſpoliis Abrahæ, qui pater

Curioſitates & blaſphemiæ cõtra Deum perſtringuntur.
Apoc: 13. ℣ 6.
Munera eorũq; per Magos oblatio Chriſtum infantem, Deum oſtendunt.
Sibyllę & Rabbinorum de muneribus Chriſto offerendis atteſtatio.
Sibylla Erythræa lib: 1. Oraculorum.
Petrus Galatinus lib: 8. de arcanis fidei.
Munera à Magis, & more, & myſterio oblata.
Gloſſa ordinaria ſup Matt: 2.
Munera quaſi ſucceſsione à Nôê & Abraam Meſsiæ delata.

pater fidei esset, quæ Christo spoliatori Sathanę, ideoq; vero Deo,
deberentur. Qua de re sic breuiter Chrysologus: Esto, inquit, quòd
stella non nutu proprio, sed Dei iussu, ostenderet viam quærenti-
bus Magis: vnde tanta munerum scientia mysticorum, vnde dono-
rum tanta sacramenta? Non de Chaldæa arte, sed de prisca Sancto-
rum traditione, erant illi de genere Noë, de filiis Abrahæ, qui Chri-
stum nasci per Deum didicerunt, non per artem: eumq; hominem,
Deum, Regem, moriturum, alto cognouerunt Sacramento. Et ali-
bi: Ac sic Magus cessat arte quærere, quod arte non potest inueni-
re: Et quia se in cœlo diu cum astris errantibus videt errasse, gau-
det in terra se ad Deum ducatu vnici syderis peruenisse: & depræ-
hendit Magus cuncta quæ videntur in cœlo, humanis clara oculis,
profundis esse obscurata mysteriis. Iamq; videns credere se, & non
discutere, mysticis muneribus confitetur: Thure Deum, auro Re-
gem, myrrha esse moriturum. Cyprianus autem ex istis donis veri-
tatem vtriusq; naturę in Christo sic expendit: Quia verò, inquit, T
neminem in conspectu Dei apparere vacuum lex edocet, præuari-
catoribus legis abeuntibus vacuis, primitię gentium sacramenta-
lia munera proferunt de thesauris, & Domino aurum & adoramen-
ta præsentant, profitentes ex ratione munerum, de eo quem ado-
rabant, quid crederent, quid sentirent. In auro Regem, in thure Sa-
cerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamuis passibilem profi-
tentur. Oblatio ista incarnati Verbi, & exponit mysteria, & breui
subtiliq; indicio vtriusq; naturę humanę diuinæq; exprimit vnita-
tem, quid & proprium est vnicuiq; singulatim distinguens. Fulgen-
tius autē exinde alias quoq; veritates Catholicas de persona Chri-
sti elicit, & contrarias hæreses redarguit, sic dicens: Igitur per ista
tria munerum genera, in vno eodemq; Christo, & diuina maiestas,
& regia potestas, & humana mortalitas intimatur. Thus enim ad
sacrificium, aurum ad tributum, myrrha ad sepulturā pertinet mor-
tuorum. Omnia hæc sancta fides Christo veraciter offerre non de-
sinit, dum vnum eundemq; Deum, verum Regem, verumq; hominē
credit, vt verè pro nobis mortuū veraciter recognoscant. In obla-
tione thuris confunditur Arianus, qui soli Patri sacrificium offerri
debere contendit. In oblatione myrrhę confunditur Manichæus,
qui Christū verè mortuū pro nostra salute non credit. In auro simul
vterq; confunditur: quia & Manichęus de semine Dauid secundum
carne natum non credit regem, & Arianus Deo vnigenito natura-
lem assignare nititur seruitutem. Proinde vterq; nō experietur re-
gem, à

Munera Magorum, Christi naturam & officia exprimunt.

Chrysol: ser: 157.

Idem Chrysol: serm: 160.

Cypr: serm: de stella & Magis.

Exod: 23. ℣ 15.

Munerum mysteria, hæreses cōtra Christum refellunt.

Fulgenti⁹ serm: de Epiphania.

gem, à quo per fidē regatur, sed à quo pro infidelitatis crimine pu-
niatur: quia ab vno diuinitatis, ab altero carnis, vnitas denegatur.
V In iisdem muneribus confunditur etiam Nestorius, qui nititur Chri-
stum in duas personas diuidere, cùm videat Magos, non alia Deo, &
alia homini, sed vni Deo homini eadem munera obtulisse. Non er-
go diuidatur in personis, qui non inuenitur diuisus in donis. Con-
fundit & Eutichetis infamiam, qui non vult in Christo vtramq; ve-
ram prædicare naturam. Hactenus ille. Insuper autem Augustinus,
in ternario mysterio munerum, Trinitatis mysterium recognoscit,
inquiens: Ipsi enim Magi, qui ad illa cœlestis pueri veneranda cu-
nabula, stellæ indicio peruenerunt, quid aliud expresserunt in illis
muneribus, nisi fidem nostram? In eo enim, quòd tria offeruntur,
Trinitas intelligitur. In eo verò quòd tres sunt, & singuli singula
offerunt, in Trinitate vnitas declaratur. Deinde eadem munera di-
uersis in Christo naturis & officiis sic applicat: Per aurum, inquit,
Rex ostenditur: Deus in thure dignoscitur: per myrrham quæ cō-
diendis apta est corporibus, sepultura crucifigendi hominis prædi-
catur. Hactenus ille. In eundem sensum Chrysologus: Iamq; vi-
dens (Magus) credere se, & non discutere, mysticis muneribus, con-
fitetur: Thure Deum, auro Regem, myrrha esse moriturum. Thure
Deum, auro Regem, vt eum diuiti placaret obsequio, quem curioso
& importuno incesserat & offenderat instituto: atq; implet illud,
quod multi de spadone ex Æthiopia suspicantur: *Æthiopia præueniet ma-
nus eius Deo*. Videt Christum Magus, Iudæum præueniens manibus
suis: quia quando Christum Iudæus Herodi scelere prodebat, tunc
Magus Deum Christum muneribus fatebatur. Hæc ille. Postremò
moraliter eadem munera, ad imitationem nostram applicat Augu-
X stinus: Secundum hæc (inquit) charissimi, nos quoq; personam
Magorum spiritualibus imitemur obsequiis. In primis, tam diu quæ-
ramus Christum, donec illum inuenire mereamur. Ducatum nobis
præbeat velut stella cœli, lux fidei. Et post alia subiicit. Offeramus
ergo & nos, dilectissimi fratres, syncera & sancta munera, Deo no-
stro, castitatem, fidem, patientiam, charitatem, mentes humiles,
probos mores, animas Deo inhabitare condignas. Hæc sunt enim
placida Deo dona, hæc grata munera, quæ illi quidem offeruntur,
sed offerentibus prosunt. Nullo enim ille munere eget: hoc illi mu-
nus optimum est, vt causas habeat munerandi. Nihil à nobis exi-
git, nihil amplius petit, nisi salutem nostram Omnia enim sibi præ-
stari à nobis putat, si ita nos egerimus. Hæc Augustinus. Postremò
Ii 2 Magos

Tria munera à singulis tribus Magis, Trinitatis Symbolum.

Aug: ser: 29. de Tempore.

Glossa ordinaria super 2. cap: Matth.

Maximus ser: 1. de Epiphania.

Chrysolog: sermone 160.

Psal: 67. ℣ 32.

Aug: ser: 36. de Tempore.

Officia & munera Magorū moraliter applicata

Aug: ser: 29. de Tempore.

Grego: magnus homil: 10.

Donatur Deus quādo ipse donat.

Herodi renuntiando, quomodo per aliam viam, in patriam tendendum.

Chrysol: serm: 168. & 169.

Magos istos fidei nostræ & pietatis duces, sequi debemus, in renuntiatione Herodi, & post agnitum & salutatum Christum, per aliam viam regressu in patriam nostram. Renuntiatio secundum Chrysologum ea est, quando Diabolo cuius locum tenebat Herodes, eiusq; pompis & operibus, sicut in Baptismo verbis, sic in actionibus nostris, opere & veritate renuntiamus, illumq; in mundo, supra mundũ, in carne, præter carnem, viuendo, quasi eludimus. Regressus autem siue reditus in patriam, qui Magis veluti adhuc Catechumenis fiebat per somnum & tenebras, nobis fide iam stabilitis debet esse per vigiliam & lucem: monente idipsum Apostolo: *Et hoc scientes tẽpus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quã cùm credidimus: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus; non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: Sed induamini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.* Deinde reditus iste debet fieri per aliam viam, hoc est per aliam vitam: vt nimirùm secundum Apostolum, *in nouitate vitæ ambulemus.* Via enim mutata (dicit Augustinus) vita mutata est: & qui mutauit viam Magorũ, ipse nunc mutat vitam malorum. Quemadmodum enim, secundum Eusebium Emessenum, Israelitæ per aliam, quàm fuissent ingressi viam (& quidem deserti & tentationis) iussi sunt redire in terram promissionis: sic post conuersionem & Baptismum, oportet Christianos redire in patriam, per opera prioris dissolutæ vitæ contraria. Regio nostra (dicit S. Gregorius) paradisus est: ad quam Iesu cognito, redire per viam qua venimus, prohibemur. A regione enim nostra, superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando, discessimus; sed ad eã necesse est, vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atq; appetitum carnis refrænando, redeamus, &c. Hæc ille. Sed iam Sermo noster longiùs protractus, accipiat eorum quæ dicta sunt recapitulationem & finem, istis Augustini verbis: Exultemus ergo & iocundemur in eo, quem panni inuoluerant, & Angeli nuntiabant: qui in præsepi iacebat, & inter astra fulgebat. Quem Regem sempiternum, gentibus adorandum, nõ diadematis gemma, sed cœli stella monstrabat. Qui vbera sugebat, & lactantes martyres faciebat. Agnoscamus lapidem angularem, in quo duo parietes de diuerso venientes, vnus ex circumcisione Iudæorum, alter ex præputio nationum fidei osculo copulantur. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ipse veniens*, sicut audistis Apostolum, *euangelizauit pacem his qui longè, & pacem his qui propè.* Propè erant pastores, longè erant Magi. Vtrique agnouerunt, vtrique venerunt: & secundum Esaiam Prophetam vtriq; in præsepi cibaria sua, tanquã bos & asinus inuenerunt. Hos enim populos ex Iudæis & gentibus Christus glorificatus assumpsit, quorum primitias natus accepit. Ad nos ergo maximè huius diei pertinet gratulatio, qui ex gentibus venimus. Protulerunt Magi, quando Christum adorauerunt, aurum, thus, & myrrham. Aurum, quia regem viderunt: thus, quia Deum intellexerunt: cognouerunt & carnem passiuam: nam & myrrham protulerunt ad sepulturam. Hæc illi secundum considerationem suam. A nobis autem aurum accipit, si eleemosynas faciamus: thus, si orationes fundamus; myrrham, si pro illo moriamur. Proinde quia Epiphania manifestationem verbo Græco indicat (latens quippè Magis Domini infantia, cupientibus adorare, manifestatur indice stella) nos viam fulgentis Euangelij sequamur, & sanctè adoremus, cui manifesti sumus, vt quando Deus manifestè veniet, nec infans erit, quia non silebit, in dextera eius apparere mereamur. Amen.

Rom: 13. ✠ 11.

Y

Per aliã viam redire quid.

Rom: 6. ✠ 4.

Aug: serm: 29. & 31. de Tempore.

Eusebius Emessenus homil: de Epiphania.

Greg: hom: 10.

Parenæsis sermonis exhortatoria.

Aug: serm: 1. ex additis.

Christus in stabulo natus, diuersa animalia copulauit.

Ephes: 2. ✠ 14.

Z

Isaiæ 1. ✠ 3.

Epiphania Christianorũ ex gentibus solennitas qualibus muneribus honoranda.

SERMO DECIMVS NONVS

Epiphaniæ mysteriis Psalmum secundum applicans.



A

TObias senior, ex cœcitate corporali, corporaliter simul & spiritualiter cœlitùs per Angelum Raphaelem illuminatus, nouo quodam mentis lumine, nouam quoq; illuminationem & fœlicitatem, ciuitati Ierosolymę, non minùs prædicit, quàm imprecatur his verbis: *Luce splẽdida fulgebis, & omnes fines terræ adorabũt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera offerentes adorabunt in te Dominum: & terram tuam in sanctificatione habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt in te.* Quæ prædictio seu gratulatio, quamuis propriè impleta fuisset, post Christi Domini Ascensionem in festo Pentecostes, quando Spiritus S. in igne visibiliter missus, collegium Apostolorũ & aliorum fidelium, ad nouam gratiam illuminauit: & per fidem credentium tabernaculum suum (vt ibidem prædixerat Tobias) renouauit in ciuitate Ierusalem, ex qua iuxta vaticinium Isaię

Gratulatio per Tobiam Ierosolymæ facta, Epiphaniæ conuenit.

Tobiæ 13. ✠ 13.

Ierosolyma typo Euangelico in Pentecoste illustrata.

Acto: 2. ✠ 1.

Isaiæ 2. ✠ 3.

Lucæ 24. ✝ 47.
Acto: 1. ✝ 8.

& ipsius Christi institutum, lex Euangelica per totum mundum fuisset diffundenda: Tamen Verbo æterno, vera illa luce in carne apparente, & omnia illuminante, initium istius illuminationis inchoatum erat, primò quidem in pastoribus, qui luce Angelica circumfulsi, Natiuitatem Domini primi omnium annuntiauerunt; deinde propriè & præcipuè in Magis, qui noui syderis noua indicatione, nouum quoq; Regem cœlestē Ierosolymę annūtiauerunt: secundū quod prædixerat Isaias: *Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: Super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabūt* B *gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui, &c.* His enim verbis Ierosolyma, quasi ex somno noctis legalis excitatur, ad recognoscendum lumen quoddā nouum, vtiq; cœleste, quod non alibi, quàm in loco à Deo electo, deberet inprimis apparere, & *gloriam illam plebis Israel*, à Simeone explicatam, hoc est, natum Messiam, orbi postmodum communicandam, exhibere. Deinde subinfert Propheta, in ipso lucis illius exortu, gentes aduenturas de longè, & ex latere surrecturas, hoc est, ex priori infidelitatis elongatione, & idololatriæ reprobatione venturas, & ipsum lumen exoriens, Iudaico populo veluti prærepturas: seundum quod prædixerat Balaam: *Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed non propè.* Quis autem iste esset, statim subinfert: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga (alias homo) ex Israel: & erit Idumæa* (gentilitas) *possessio eius.* Quod ipsum Isaias quoq; intendebat dicens: *Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur. Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris, & de caligine oculi cæcorum videbunt.* Quod certè in apparitione Magorum euenit. Magi enim peregrini infideles, in propria sede requirunt Regem: incolæ autem & fideles, remittunt illos ad Bethleem. Magi Hierosolymę annuntiant stellam: Hierosolyma autem Magis indicat terram, & quidem in tribubus minimam. Magi inquirendo profitentur verum natum Regem Iudæorum: Hierosolymitæ autem reuocant sese ad Herodem alienigenam tyrannum. Magi adorationem tanti Regis cum muneribus apparant: proprij autem C subditi, proditionem sui Regis, cum inuasore regni moliuntur. Sed vt planiùs ista consideremus, præsenti sermone cum diuino auxilio historię huic Euangelicę accommodabimus prophetiam Psalmi secundi: ex eoq; discutiemus: Primò persecutionem Herodis & Iudæorum erga Christum recens natum. Secundò: vanitatem eiusmodi conatus, tanquam cœlitùs irrisam, & propria confusione subsannatam.

Ierosolymæ illuminatio per Magos, Gentium conuersionem portēdens.
Isaiæ 60. ✝ 1.

Lucæ 2. ✝ 32. & cap: 1. ✝ 79.

Num: 24. ✝ 17.

Magi cum Iudęis cœcitatē pro lumine commutârunt.
Isaiæ 29. ✝ 17.

Sermonis argumentum & partitio, ad ordinē & sensum Psalmi 2.

Iustinus Martyr orat: ad Antoninum, & Dialog: cum Tryphone.
Tert: lib 3. contra Marcionem.

sannatam. Tertiò: Christi Messię & nati Regis cum virtute & maiestate sua, ad subiugandas gentes apparitionem. Quartò: addetur tanti Regis cum subiectione adoratio, & fidelium vel rebellium retributio, nobis vel imitanda, vel præcauenda. Quantum ad primum: Quamuis initium hoc prophetię Dauidicæ (Psalmus enim primus reputatur pro quodam proëmio) referatur ad regnum Christi, quod ab initio creaturę vsque ad consummationem sæculorum protenditur: Tamen scriptura diuina, propriè & peculiariter illam applicat regno Christi, quòd ab assumptione carnis humanæ, vsque ad extremum diem iudicij sese exerit. Nam rebellionis istius quam hîc exaggerat Propheta, extremam vindictam ac de illa triumphum, ipse Dominus in specie Angeli prædicit, *Apocal: 19.* dicens: *De ore eius procedit gladius acutus, vt in ipso percutiat gentes: & ipse reget illas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringet eas.* Rursus *Act: 4* Apostoli, verba eiusdem Psalmi, ad passionem ipsius Christi, suamq; primam propter nomen illius persecutionem, accōmodant dicentes: *Domine tu qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: qui Spiritu* D *sancto per os Dauid patris nostri pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & principes populorum conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim in ciuitate ista, aduersus sanctum tuum puerum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri &c.* Cùm autem dicant Apostoli, rebellionem istam, & persecutionem, illatam fuisse ab Herode, & Israelitis, Iesu puero, ab initio ipsius vnctionis, quæ in ipsa etiam infantia vigebat: rectè tota reliqua prophetia, ad manifestationem Christi noui Regis, quæ maximè per Magos innotuisset, applicari potest. Clarum est enim ex verbis Euangelistæ, ad primum nuntium Magorum de nato Rege Iudæorum Messia promisso, fremitum, & rebellionem inchoatam fuisse ab Herode, qui fuerat Idumæus, statimq; cum Scribis & vniuersa Hierosolyma simul hoc nuntio perturbata, iniisse consilium, vel potiùs conspirationem, quomodo natum infantem, sub specie adorationis, de medio tollerent. Cùm enim secundum Chrysostomum, debuissent celare mysterium Regis præfiniti à Deo, maximè in conspectu alienigenæ regis, facti sunt non prædicatores operum Dei, sed proditores mysteriorum eius, & non solùm manifestant mysterium, sed etiam propheticum protulerunt exemplū. Hæc ille. Quod prædixerat Isaias dicens: *Audite cœli, & auribus percipe terra: filios enutriui, & exaltaui* (non Angelos sed semen Abrahæ apprehenden-

Rebellio populorum Christo Messiæ, eius exortui applicata.
Psalm: 2.
Apoc: 19. ✝ 15.

Herodis & Ierosolymæ machinationes contra Christum recēs natum.
Acto: 4. ✝ 25.
Psalm: 2. ✝ 1.

Principes Synagogæ, Messiam natum mox produnt Herodi.
Matth: 2. ✝ 4.

Chrys: hom: 7. in Matt: & hom: 2. operis imperfecti.

Isaiæ 1. ✝ 1.

hendendo) *ipſi verò ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præ-
ſepe Domini ſui. Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Id-
Ioan: 1. ✝ 1. ipſum Ioannes Euangeliſta conqueritur: *In mundo erat, & mundus per ip-* E
*ſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non rece-
perunt.* Quin & ipſemet Dominus apertiſsimè hoc ipſum, cum ex-
Matt: 21. ✝ 38. cap: 26. ✝ 3. cap: 27. ✝ 1. probratione prædicabat Principibus Sacerdotum, & ſenioribus
populi in parabola vineæ, quòd paulò poſt completuri eſſent illud
malignum conſilium: *Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæ-
reditatem eius. Et apprehenſum eum eiecerunt extra ciuitatem, & occiderunt.* Cru-
delitatem feralem huius machinationis, præclarè expreſsit Chry-
Chryſol: ſermone 146. de Epiphania. ſologus: Vbi (inquit) natum Chriſtum nuntiantibus Magis audiuit
Iudæa, Herodes didicit, mox perdere Iudæi, Herodes occidere mo-
litus eſt Chriſtum: & dum ſucceſſorem ſibi timent, omnium perde-
re conantur ſaluatorē. Deniq; quia ipſum inuenire nequierunt, de-
lent patriam, lac miſcent ſanguini, coæuos eius parricidali furore
collidunt, laniant innocentiæ ſocios, quia culpæ participes inue-
nire non poterant quos punirent: Et ſi iam nato Chriſto hæc faci-
Ieroſolymitarum erga Chriſtum infantem perfidia & crudelitas. unt, concepto Chriſto tanta feritas quid feciſſet? Et alibi: Poſtquā
dixiſſet filium Dei mundo apparuiſſe in infantia, vt vel ætate inno-
centiæ, eum ſibi acceptiorem, & placabiliorem redderet (vt alio
ſermone ſuperiùs annotauimus) ſubiicit ad modernum propoſitum
Chryſol: ſerm: 150. 158. verba ſequentia: Si Ieroſolyma, ſi Rex, ſi Scribæ, ſi Principes Sacer-
dotum, ad Chriſti ſic turbantur infantiam: quid iſti facerent, Chri-
ſtus perfectum mox in hominem ſi veniſſet, ſi fultus diuitiis, & mul-
titudine, ſi cum ſuſpectis, ſi cum extraneis? qui nihil dant tempo- F
ri, nihil ætati, nihil pauperi, nihil parenti? Sed vt audiunt natum,
parant naſcenti mortem, innocenti dolos, ſcelus pio, nudo gladi-
os, ſoli milites, vagienti necem, pœnam parenti, & vt vis miſcea-
tur ſanguini, crudelitas acerba cunabulis bella indicit, vbera telis
vrget, clipeos illidit gremiis: quatenus humanam Diuinamq; ſobo-
lem, antè ſepulchrum faciat intrare, quàm mundum. Cuius imma-
nitatis ſic rurſus reddit rationem: Herodes quærebat, ſed quære-
bat Diabolus per Herodem, qui videbat ſibi Magos, quos habebat in
erroribus ſuis principes, aufugiſſe. Chriſtus ſi vinctus pannis, ſi la-
tens opere, ſi greſſu nullus, Diaboli ſigniferos, hoc eſt Magos, in
duces fideliſsimos commutauit, perfectę ætatis Chriſtus quid poſ-
ſet facere, Diabolus iam videbat: & ideo mouebat Iudæos, inſtiga-
bat Herodem, vt Chriſti ſuſpectam ſibi præueniret infantiam, vt
futura virtutis eius anticiparet inſignia, vt peremptorium ſibi, no-
bis victo-

bis victorioſiſsimum, vexillum crucis, callidus machinator aufer-
ret. Sentiebat Diabolus, ſentiebat quòd Chriſtus doctrinis, virtu-
E tibus, vitam mox repararet, & mundum totum, qui adhuc vagiens,
ipſum quod erat mundani verticis occuparet, iuxta illud Prophetę:
Priuſquam ſciat puer vocare patrem, aut matrem, accipiet & virtutem Damaſci, & Iſaiæ 8. ✝ 4.
ſpolia Samariæ. Hactenus verba Chryſologi. Secundò ex hoc tex- Herodis & Ieroſolymæ vanitas conſpirationis contra Chriſtum, cœlitùs, more Pharaonis, confuſa.
tu Euangelico apparet vanitas illius conſpirationis, & perſecutio
G nis cœlitùs quaſi irriſa, & propria confuſione, ac conturbatione
ſubſannata. Quemadmodum enim Deus olim Pharaonem vanita-
te ſuperbientem, & grauiora miracula eludentē, commotione ege-
norum elementorum, & leuium inſectorum conturbauit: Sic con-
tra Herodem, Regni Meſsiæ non prorſus ignarum occupatorem, & Pſalm: 2. ✝ 4.
contra Scribas, & Principes Synagogæ, claue legalis ſcientiæ abu- Exod: 8.
tentes, Magicam & Aſtrologicam correctionem immiſit: & veluti Ieroſolymæ, & Magorum viciſſitudo ſtupenda diuinitùs procurata.
ironia quadam cœleſti oppoſuit, Iudæę Arabiam: Ieroſolymæ, Ba-
bylonem ſcientem ſe: populo Dei, gentilitatem: Herodi regi, con-
uenas Regem hæreditarium inducentes: Scribis & ſapientibus le-
gis, Magos: Legi, Aſtrologiam: templo & tabernaculo, ſtellam: Gē-
tilibus tenebris, lucem legalem: & viciſsim legalibus vmbris, Spi- Pſal: 86. ✝ 4.
ritus illuminationem: typo veritatem: promiſsioni, beneficium:
præſignationibus effectum. Magna, inquam, confuſio, quando Scri-
bas paſtores, Herodem Magi: populum Dei bos & aſinus, de aduen- Abrahæ ſemen in gentilitate, ſtellis, in Iudaiſmo arenæ, comparatur.
tu Meſsiæ erudiunt, & confundunt. Certè infantulus præſepis an-
guſtia preſſus, oſtendit ſeſe cœli conditotem, & moderatorem, in
ducendo ſtellam, quæ & lucem veram, totum mundum illuminan-
tem, mundo indicaret, & ſeruos quidem ex tenebris ad lucem Do- Geneſ: 22. ✝ 17.
mino ſuo vindicaret, ac dirigeret: legis autem ingratos: tenebrio- Iuſtin: cum Tryphone.
nes, cœcitate ſpirituali potiùs obfuſcaret. Euenit ſanè, quod iam
pridem in legalibus Patribus myſteria figurarū præſignabant. Nam Iacob Patriarcha in prophetia gentium clarus, in ſemine proprio cœcutiens.
filij Abrahæ & Iſraël, ſecundum carnem, pondere propriæ incre-
dulitatis demerguntur in arenam reprobationis: è conuersò au-
H tem Gentiles tanquam filij repromiſsionis, ſydere diuino duce, ex-
tolluntur in ſtellas nouæ per fidem ſanctificationis. Similiter ſe-
cundum Diuum Gregorium, Iacob Patriarcha, ſimul & ſemel, & fu- Gene: 49. ✝ 10.
tura in Gentilitate conuertenda præuidet, & in proprio filio cœcu- Gene: 27. ✝ 22.
tiendo, poſteritatis ſuę reprobationem portendit. Idipſum Leo Greg: homil: de Epiphania.
pulcherrimè ſic proſequitur. Quid verò, inquit, tam cœcum, quid
tam lucis alienum, quàm illi Sacerdotes, & Scribę Iſraelitarum fue- Leo ſerm: 2. de Epiphania.
runt? qui percontantibus Magis, & Herode quærente, vbi Chriſtus Iudæi cœci, duces videntium.
Kk ſecundum

secundum scripturarum testimonium nasceretur, hoc responderunt de prophetico eloquio, quod indicabat stella de cœlo: Quæ vtiq; poterat Magos Hierosolymis prætermissis, vsq; ad cunabula pueri, sicut postmodum fecit, sua significatione perducere: nisi ad confutandam Iudæorum duritiem, pertinuisset, vt non solùm ductu syderis, sed etiam ipsorum professione, innotesceret natiuitas Saluatoris. Iam ergo ad eruditionem gentium propheticus sermo transibat, & prænuntiatum antiquis oraculis Christum, alienigenarum corda discebant, cùm Iudæorum infidelitas veritatem ore proferret, & mendacium corde retineret. Noluerunt enim agnoscere oculis, quem de sacris indicabant libris, vt quem non adorabant in infantiæ infirmitate, humilem, postea crucifigerent in virtutum sublimitate fulgentem. Quæ ista Iudæi tam imperita in vobis scientia est, tam indocta doctrina? In eundem sensum Chrysologus: Dicendo (inquit) vbi est Rex Iudæorum? non interrogant, sed insultant: quando scientes interrogant, nescientes non ignorant, sed negligentes arguunt, increpant desides, malos produnt, contumaces verberant, seruum Domino non occurrisse causantur. Nam quid ab hominibus quærunt, qui per Deum nouerant, quod quærebant? vt quid illis ad hoc humanæ demõstrationis officium, I
quibus ad hoc cœli sydera seruiebant? quo illis lucerna templi, quibus cœli sydus mirabile prælucebat? Ideo August: Postquam Scribas illos & Principes Iudæorum comparasset fabricatoribus arcæ Noë, qui tamen diluuio perierunt: & lapidibus millariis, qui viam quidem aliis ostendentes, ipsi stupidi persistunt: sic demum subinfert: Magi quidem audierunt & abierunt inquisitores, dixerunt, & manserunt Doctores: & contrariis affectibus separati, illi facti sunt adoratores, isti verò (hoc est Iudæi eum Herode) persecutores. Et alibi: Hæc, inquit, Magorum illuminatio, magnum extitit testimonium cœcitatis Iudæorum. In terra eorum isti inquirebant, quem illi in sua non agnoscebant. Apud illos isti infantem inuenerunt, quem illi apud se negauerunt. In his terris, de longinquo isti & peregrini, puerum Christum nondum verba promentem adorauerunt, vbi ciues illum iuuenem miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris paruis Deum adorauerunt, illi in magnis factis, nec tanquam homini pepercerunt. Quasi plus fuerit videre nouam stellam in eius natiuitate fulgentem, quàm solem in eius pasione lugentem. Hæc ille. Magna profectò illata est à Magis, Scribis, & ipsi Herodi subsannatio, & turbatio: quando Magi aduenæ

Magi insultant Israelitis in Christo inquirendo. Chrysol: serm: 156.

Iudæorum cæcitas cui similis. Aug: serm: 66. de diuersis. Genes: 6. ✝ 7.

Magorum in quærendo Christo constantia & pietas. Aug: de Tempore serm: 30. & 34.

Herodis cum Ierosolyma in psecutione Christi, & infanticidio, confusio.

aduenæ & peregrini, ex Cathedra Moysis, iudicium legis, ad stellę dictamen & imperium exigunt: Scribas & Doctores legis Magica quæstione & demonstratione torquent: Tyrannum in propria sede, de solio Messię prærepto examinant, eumq; qui proprius aduentaret Rex, professione & adoratione regalium munerum contestantur: nihil interim fremitum & conturbationem Herodis &
K totius Hierosolymę formidantes: & vindictam quasi relinquentes in paruulos illos, quorum cædes, ipsis quidem palmam, Regi nato declarationem, Magis triumphum, Iudæis confusionem & formidinem, Herodi autem infamiam orbis, & temporale simul, & æternum exitium adferret. Hinc Fulgentius quasi subsannando, sic eundem Herodem alloquitur: Inanis est ista turbatio tua, & vana prorsus cogitatio tua. Rex iste qui natus est, non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subiugare. Non ideo natus est, vt tibi succedat, sed vt in eum mundus fideliter credat. Venit non vt pugnet viuus, sed vt triumphet occisus: nec vt sibi de aliis gentibus, auro exercitum quærat, sed vt pro saluandis gentibus pretiosum sanguinem fundat. Chrysologus autem. Quid, inquit, turbaris Herodes? Quid tantùm de successore es sollicitus? cui sydera militant, terreno imperio non tenetur. Tertiò: Dauid in eodem Prophetiæ suæ exordio describit, quis, qualis, & quantus sit Rex iste, & supremus totius vniuersi dominator: & quale quamtumque sit Regnum eius, & qualis demum illius possessio, & administratio. Quod istis verbis complectitur: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* In quibus verbis est Diapsalma Psalmistæ vsitatissima, per quam sermo transfertur in alias personas. Cùm ergo hactenus verba fuissent ipsius
L Dauidis, vel potiùs (vt Dominus ipsa exponit) *Spiritus sancti per os illius loquentis*: subsequuntur verba personarum initio introductarum, hoc est Dei Patris, quem vocauerat Dominum, & filij eius, quem dixerat Christum eius. Continuatur igitur sermo quasi per Dialogum: vt Filius idemq; & Christus dicat: *Ego autem constitutus sum ab eo,* (id est Deo Patre) *Rex &c.* Quibus verbis exprimit Dominus naturam assumptam humanam secundum carnem ex semine Dauid, cuius Ciuitas & sedes regalis, propria erat mons & arx Sion, vt alibi ostendimus. De quo quidem monte, hoc est, eius sedis authoritate, Christus plenitudine Spiritus vnctus (vt ipse protestatur) prædicationem

Fulgentius ser: de Epiphania.

Christ⁹ natus declaratur à Deo Patre Rex & Messias super omnes gentes. Psalm: 2. ✝ 6.

Iustinus cum Tryphone.

Diapsalma in Psalmis Dauidicis quid.

Matt: 22. ✝ 43.

Christ⁹ Messias in vna persona Deus & homo. 2. Reg: 5. ✝ 8. 3. Reg: 8. ✝ 1. In Christologia serm: primo de Natiu: Domini. Lucæ 4. ✝ 18. Lucæ 2. ✝ 46.

cationem legis Euangelicæ inchoauit. Deinde ſubinfert propheta, eiuſdem Chriſti ſecundum humanitatem vncti, & in Regno conſtituti, naturam Diuinam, ſecundum quam Deo Patri æqualis eſt & coæternus. Dicendo enim: *Dominus dixit ad me*, oſtendit productionem ſui ex Patre per modum verbi. Quando autem ſubiicit, *Filius meus es tu*: exprimit naturalem relationem naturalis & coæqualis ex Patre filiationis. Rurſus dicendo: *Ego hodie genui te*, aſſeueratur æterna ſupra omnem creaturam eiusq; captum, generatio, ſeu productio: ſiquidem *(hodie)* præſentem, & *(genui)* præteritam menſuram temporis ſimul connectens, æternitatem tempore excluſam determinat. Poſtremò, quando Deus Pater ſubinfert: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam &c.* innuitur diuerſitas naturarum, vnica perſona verbi determinata: vt poſtulatio quidem, quaſi iure coæquali & naturali vindicetur: acceptio autem ſecundum meritum humanum, datori adſcribatur. Poſterioribus verbis definitur Regnum Chriſti, cuius hæreditas aſſeueratur futura eſſe in Gentibus, & poſſeſsio vſq; ad extremum terræ: quia Chriſtus in propria veniens, & à ſuis non receptus, excluſis foras è regno filiis, tranſtulit regnum ſuum ad vniuerſitatem & plenitudinem gentium, quarum primitias in ſua apparitione, in iſtis Regibus externis dedicare voluit. Tunc enim ſecundum Auguſtinum, impleri cœpit prædictio illa Chriſti, quando dicebat: *Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob, in regno cœlorum: filij autem regni ibunt in tenebras exteriores.* Magi enim ex Gentibus erant, Pilatus autem etiam ex Gentibus. Illi ſtellam viderunt in cœlo, ille titulum fixit in ligno: vtriq; tamen non Regem Gentium ſed Iudęorum, vel quærebant, vel agnoſcebant: Iudæi verò ipſi, nec ſtellam ſecuti ſunt; nec titulo conſenſerunt, immò contradixerunt: reluctante Pilato, & quaſi ex quodam Pſalmo pronuntiante: *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Ideò Magi ab oriente, Pilatus ab occidente venerat: quia illi orienti, hoc eſt naſcenti, iſte autem occidenti, hoc eſt morienti atteſtabantur. Hactenus ex ſenſu verborum Auguſtini. Porrò quemadmodum ſummi Monarchæ orbem ſubiugaturi, remotiores Prouincias ſtudioſiùs adoriuntur, vt poſtmodum inter medias faciliùs ſubiiciant. Simili modo Chriſtus Meſsias, initium Regni ſui ex remotiſsimis populis inchoare voluit, vt ſic à remotioribus populis fides Euangelica latiùs ſeſe diffunderet. Hoc verò in ſucceſſore ſuo Meſsia euenturum prædixerat Dauid, ad hanc de qua nobis ſermo eſt, prophetiam ſuam veluti reſpiciens, quando dicebat: *Eripies*

M

N

Filius meus es tu, ego hodie genui te, exponitur.
Pſalm: 2. ℣ 7.
Iuſtin: oratione ad Antoninum.
Aug: in Enchir: cap: 49.
Poſtula à me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. &c.
Pſalm: 2. ℣ 8.
Regnum Chriſti vniuerſale, in Iudæis inchoatum, in Gentibus conſummatum.
Ioan: 1. ℣ 11.
Matth: 8. ℣ 11.
Cap: 21. ℣ 43.
Aug: ſerm: 31. de Tempore.
Pilatus & Magi capaciores Meſſiæ quàm Iudæi.
Titulus crucis Chriſti reprobat Iudæos, aſſerit Gentiles.
Ioan: 19. ℣ 20.
Chriſtus more Monarcharum à remotioribus gentibus ſubiugationem inchoat.

me de contradictionibus populi: conſtitues me in caput Gentium. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu oris obediuit mihi. Filij alieni (hoc eſt Iudæi, non recipientes ſe ad propria venientem) *mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Ad eundem modum Iſaias: *Nonne adhuc in modico & in breui, conuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur? Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris, de caligine oculi cæcorum videbunt.* Iſtam occultam inſpirationem videtur mihi adumbraſſe idem propheta. Nam capite 7. poſtquam expreſsiſſet myſteria Natiuitatis Chriſti, per conceptionem & partum virginalem, & per declarationẽ nominis Emmanuel: mox ſubiicit conſequens myſterium eiuſdem pueri nati manifeſtationis, per ſuæ potentiæ, iam inde ab infantia exhibitionem, in detrahendis ſpoliis Ægypti & Samariæ, vt priori ſermone expoſuimus. Cui prophetiæ mox ſequentiã ſubinfert: *Et erit in illa die: ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api quæ eſt in terra Aſſur: & venient & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum. &c.* Hîc enim per ſibilum intelligitur commodè inſpiratio Dei occulta, gentilibus propria, de qua *Iob 4. Ad me* (inquit Eliphaz) *dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius &c.* Pigmentum autem, quo eiuſmodi inſecta allicerentur, poteſt intelligi butyrum, & mel, quæ proprium pabulũ Emmanuelis Propheta ibidem deſcribit. Porrò butyrum velut domeſticum pabulum, videtur conueniſſe Ægyptiis, qui more muſcarum, à Iudæis in captiuitate, circumciſionem, & quoſdam legis guſtus delibabant: donec natus Saluator, eorum tenebras palpabiles ſuo aduentu colluſtraſſet: quando nimirum ſecundum vaticinium Iſaiæ, Dominus *in nubecula leui* (infantilis adhuc carnis aſſumptæ) *ingreſſus Ægyptum, ad ſimulachra eorum commouenda*: quẽadmodum hiſtorici Eccleſiaſtici & alij Doctores ſacri atteſtantur: vt ſuo loco aliquando Deo volente dicemus. Api verò comparare poſſumus Magos illos regales: quia veluti apes argumentoſæ, odorem mellitum fidei & pietatis, quaſi ex rore cœleſtis reuelationis & contemplationis redundantem, in ſua adoratione cum muneribus, nouo nato Meſsiæ, longiori quaſi volatu, exhibuerunt. Et hac ratione ſecundum Chryſologum, Gentilis qui erat *nouiſsimus, factus eſt primus*: quia tunc ex Magorum fide, eſt Gentium credulitas dedicata, & Iudæorum eſt notata incredulitas. Et fortaſſe propter hanc occultam Magorum vocationem, & ſpontaneam cum muneribus adorationem, Eccleſia Officium hodiernum Matutinum incipit, nõ ab vſitato Inuitatorio, ſed à Pſalmo alio: *Afferte Domino filij Dei, &c.*

O

Pſal: 17. ℣ 44.
2. Reg: 22. ℣ 44.
Iudæorum reprobationis, & gentium illuminationis, mira præſagia.
Iſaiæ 29. ℣ 18.
Cap: 7. ℣ 14. &c.
Gentilitas, muſca & apis, quomodo ſibilo ad Chriſtum aduocata.
Iſaiæ 7. ℣ 18.
Iob 4. ℣ 12.
Aegyptij veluti muſcæ pigmenta legis Iudaicæ cominus excipientes, maximè in fuga Chriſti.
Iſaiæ 19. ℣ 1.
Iſaiæ 7. ℣ 15.
Ierem: 9. ℣ 25.
Vide annalium Eccleſiaſt: Baronij Tom: 1.
Apibus Magi comparati.
Iſaiæ 7. ℣ 14.
Bern: ſerm: 44. de Paſsione Domini.
chryſol: ſer: 160
Inuitatoriũ in matutinis, cur die Epiphaniæ omittitur.
Pſal: 67. ℣ 32.
chryſol: ſer: 160

afferte Domino gloriam nomini eius, adorate &c. iuxta illud: *Æthiopia præueniat manus eius Deo.* Restat nobis quarta & vltima tractatio de agniti Regis Mesiæ subiectione & adoratione: atq; fidelium vel rebelliũ diuersa conditione & retributione. Quam Dauid istis prosequitur, P
vel potiùs concludit verbis: *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.* Certè rationis & iustitiæ ordo postulat, vt constitutus & agnitus Monarcha, iure iurando obedientiæ ac subiectionis, debito cum honore recognoscatur. Quod licet omnibus passim Principibus iure quodam gentium factitatur: peculiariter tamen Orientalibus mos erat, cum muneribus Regia maiestate dignis, suos Monarchas excipere. Hoc profectò magis requirit Spiritus sanctus per os Dauid in Mesia recognoscendo. Ideo à primoribus gentium, eruditionem veluti singularem, ad hoc exigit. Vbi autem vulgata versio habet: *Apprehendite disciplinam*: S. Hieronymus ex Græco transtulit: Adorate, vel osculamini filium: quibus verbis designatur summa cum osculis Christi Mesiæ adoratio, quam (vt initio sermonis ostendimus) Tobias quoq; prænuntiauerat. Regis etenim assumpti, vncti, & inaugurati, per subditos recognitionem & adorationem, osculo manus exigi, ipsemet Hieronymus ex autoritate scripturæ contestatur: & nos hucusq; in vsu cõmuni retinemus. Eiusmodi etiam adorationis modũ, & veluti instructionem quandã, filio simul & Domino suo præstãdam, descripsit idem Propheta Dauid, alibi dicẽs: *Coram illo procident Æthyopes, & inimici* Q
eius terram lingent. Reges Tharsis & Insulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes fines terræ, omnes gentes seruient illi. Quæ verba vltima satis declarant, tantam adorationem fuisse reseruatam, non Salomoni, sed *qui plus quàm Salomon esset*, Christo cœli & orbis terrarum Monarchæ. Istius autem adorationis, sicut & præcedentis fidei, Magi illi regales primitias exhibuerunt, quia Christũ infantulum in spelunca Bethleem (quæ propter succedentem humanam inhabitationem, domus postmodum ab Euangelista nominatur) cum Maria matre sua repertum, adorauerunt procidentes, hoc est in faciem suam, quasi terram lingentes, secundum morem scripturę adorandi Reges proprios vsitatum. Exhibuerunt autem primitias & exemplum eius adorationis, quam ipse Christus postmodum legi Euangelicæ propriam ostendit dicens ad Samaritanam: *Venit tempus & nunc est* (hoc est in Magis adorãtibus inchoatum) *quando*

Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram &c. Mesiæ à Magis adorato applicatur.
Psal: 2. ℣ 10.
Inauguratio monarcharum gentib⁹ communis. Orientalib⁹ verò cum muneribus.
1. Reg: 10. ℣ 27.
Cœlius Rhodinus lib: 13. ca: 16.
Strabus in glossa ordinaria super Matth: 2.
Haymo in hunc locum.
Adoratio Mesiæ nati multò ante prædicta.
Tob: 13. ℣ 14.
Hier: lib: 1. Apologię cont: Ruffinum cap: 5.
Iob 31. ℣ 27.
Psalm: 71. ℣ 9.
Matt: 12. ℣ 42.
Magi primitiæ, sicut fidei, sic adorationis Diuinæ in Christo.
Adoratio prona facie.
Genes: 18. ℣ 2.
Cap: 19. ℣ 2.
2. Reg: 1. ℣ 2.
2. Reg: 9. ℣ 6.

quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Vbi notandum, Christum ibidem adorationẽ idolorum gentilicam prorsus excludere, tanquam rudem & ignaram: (Sicut enim teste Apostolo, *idolum nihil est*, sic & eius adoratio) adorationem autem Iudaicam legalem, corrigere & perficere. Siquidem Israelitæ adorabant Deum, sicut sese in lege sua patefecerat, hoc est, absolutè Deum, & quidem Spiritum. Iam verò in noua lege Deus nominat sese Patrem, & adorationem suam veram, respectiuè vult etiam extendi ad filium, qui secundũ assumptam carnem veritas est: ideoq; in humanitate visibili (*in qua cõplacuit omnem plenitudinem Diuinitatis inhabitare corporaliter.*) inuisibilis Patris simul &
R filij (non minus autem Spiritus sancti, quia *Deus Spiritus est*, vt ibidem dicitur) diuinitas adoretur, dicente ipso: *Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorant Patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.* Nam secundum Chrysologũ testem nescit generatio diuina, præter eum qui dixit: *Nemo nouit filiũ, nisi Pater, & nemo nouit Patrem, nisi filius, & cui filius voluerit reuelare.* Confirmatur iste sensus adorationis verę diuinæ, in natura diuina simul & humana: quando Samaritanæ ad hæc verba Christi respondenti: *Scio quòd Mesias venit, qui dicitur Christus: cùm ergo venerit, ille annũtiabit nobis omnia: Respondit Christus: Ego sum qui tecum loquor.* Quibus profectò verbis in tota scriptura nõ habemus clariora, quibus sese Christus Dei filium simul & Mesiam, secundũ vtramq; naturam contestaretur. Ex illis enim dependet sensus illorũ, quibus sese declarauerat Pharisæis exquirentibus: *Tu quis es? Principiũ* (respondet Dominus) *qui & loquor vobis.*

Postremò Dauid in vltimis prophetię suæ iam adductę verbis, requirit à Principibus & populis Christianis intelligentiam & eruditionem, quomodo veluti exemplo Magorum, ex iactura Herodis & Iudæorum, Regem saluti nostrę apparentem excipere debeant. Primò quidem, eruditio ista desumi potest ex diuersis & prorsus cõtrariis Magorum, Herodis, & Hierosolymitarũ factis & exemplis, quæ ex diuersis quoq; eorum animi actionibus prodierunt: iuxta illa Christi verba: *Hoc autem est iudicium, quia veritas venit in mundum, & homines*
S *dilexerunt magis tenebras quàm lucem, erant enim opera illorum mala.* Sic in proposito, Magi cœlum spectantes, ex luce creata increatam agnoscũt & apprehendunt: Contrario modo Iudæi, cum Herode, dum terrena sapientes cœlestia contemnunt & oppugnant, vtrumq; amittunt. Quod S. Augustinus sic pulcherrimè redarguit: Timuisti perdere terram, & perdidisti cœlum. Timuisti ne venirent Romani, & tollerent

Magi adoratores Euangelici in spiritu & veritate, non minus filij quam Dei Patris.
Ioan: 4. ℣ 24.
1. Cor: 8. ℣ 4.
Colos: 1. ℣ 19.
cap: 2. ℣ 9.
Ioan: 5. ℣ 22.
Chrysol: ser: 160.
Matt: 11. ℣ 27.
Christus clarissimè præ aliis Samaritanæ sese manifestauit.
Ioan: 4. ℣ 26.
Ioan: 8. ℣ 25.
Magorum, Herodis, & Iudæorum, diuersa erga Christum affectio, sectanda nobis vel vitanda.
Ioan: 3. ℣ 19.
Christiani Politici lucrando mũdum, perdũt Christum.
Aug: Tract: 49. in Ioannem.
Serm: 66. de diuersis. Et in Psal: 52. & 1[illegible]

Nota

tollerēt tibi locum & gentem : Nunquid tibi tollerent Deum? Quid
ergo restat? Quid, nisi vt iam fatearis : quia tenere voluisti, & te-
nendo malè, amisisti. Perdidisti enim & locum, & gentem, occidēdo
Christum : & perdidisti & locum, & gentem, & Christum. Simili (vt
vereor) exemplo audiamus sacros Doctores, nostram quoq; infir-
mitatem (si modo non malitiam) sic erudientes. Augustinus qui-
dem sic dicit : Herodes timet successorem, Magi desiderant redem-
ptorem : Illi cupiunt inueniri regnum, metuit ille finiri regnum:
vtriq; postremò quærunt, Magi per quem possent viuere, Hero-
des illum quem cupit occidere. Ille in quem peccatum grande
committat : illi qui omnia peccata eorum dimittat. Chrysologus
autem postquā diram crudelitatem Herodis in Christum infantu-
lum viuis coloribus depinxisset, vt superiùs annotauimus, sic demū
prosequitur : *Occultè vocat Magos* : quia palam non audet simulata
mens, conscientia dolosa. Occultè vocat Magos : quia fur amat
noctem, latro in occulto tendit insidias. *Diligenter inquirit tempus stel-
læ* : Sed cùm timet regnum, signum cœli non timet, temporis non
pertimescit authorem. Et rursus ibidem : Esto quòd Herodes rex
amore regni, successoris timore, coactus sit talia moliri : quare
Hierosolyma, quare Principes, quare Scribæ? Quare? Quia nasci
non vult profanus Deum, seruus Dominum, iudicem reus, rebellis T
principem, perfidus cognitorem. Hierosolyma varia se contami-
natione perfuderat : Sacerdotes profanauerunt sancta, & peccata
vendentes, in quæstum veniam, pietatemq; conuerterant : Scribę
doctrinam cœlestem, scientiam salutarem, vitale magisterium, in
suum sensum, in perfidiæ lapsum, in lethale vaniloquium, commu-
tarant. Hinc est quòd Christum nolunt nasci, viuere timent, quia
nouerant se mox ignominiæ dandos, trahendos opprobriis, eiici-
endos templo, priuandos sacerdotio, oblationum munere vacuan-
dos. Semel enim cupiditate flammati, capti pompa, vitiis sauciati,
vanitate ebrij, madefacti luxu, quia de correctione nil cogitare
poterant, de venia nil sperabant. Quæ verba an corruptissimo
huic sæculo ad amusim non respondeant, vnicuique discutiendum
relinquo : vbi propter nimia rerum temporalium studia, status vni-
uersus Christianitatis videtur omni generi flagitiorum prorsus esse
immersus. Neq; enim satis fuit religionem tam nefandis hæresibus
& blasphemiis impunè contaminare : nisi etiam loco illius inue-
ctus esset Atheismus, qui principes religionis & pietatis in loco Dei
defensores & vindicatores, Herodiano prorsus, & quondam illius
Pompilij

Chrysol: serm: 158.

Synagogæ corruptio ante primum aduentū, corruptionis Christianorum ante secundum aduentum, typus.

Christianismū ex luxu hęreses ex his Atheism⁹ anarchicus, occupauit. T. Liuius Decadis 4. lib: 10.

Pompilij barbarico supercilio, religionis curam eatenus tātum su-
scipere docet, dummodo non Diuina religione, sed timore quodā
ad politicam integritatem populus disponatur. Sed quantò con-
sultiùs (inquit D. Augustinus) non sicut Herodes interficere quæ-
rant, sed sicut Magi adorare potiùs delectentur : iam præsertim
V eum, qui & ipsam mortem quam cupiebat inimicus inferre, etiam
pro ipsis inimicis, ab inimicis sustinuit, eamq; in suo corpore occi-
sus, occidit. Piè timeant Reges ad dexteram Patris iam sedentem,
quem Rex impius timuit, adhuc vbera matris lambentem. Quid
erit (inquit ibidem) tribunal iudicantis, quando superbos Reges
cunabula terrebāt infantis? Audiant quod scriptum est : *Et nunc Re-
ges intelligite : erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate
ei cum tremore.* Ille enim est Rex regum, vltor impiorum, & rector pi-
orum. Hactenus Augustinus. Ex his quæ iam dicta sunt, elucet,
quātus honor & subiectio tanto Regi à Principibus & populis Chri-
stianis debeatur. Quæ enim societas luci ad tenebras? Quæ con-
uentio Christi ad Magos? Quæ pars Hierosolymæ cum Babylone?
Qui consensus templo Dei cum idolis? Rursus quæ cōgruentia cœ-
li ad speluncam vel stabulum? præsepis ad stellam, cunarum vilium
ad Regiam maiestatem? infantuli ad cœli directorem? Et tamen
Deus conuenire voluit ista omnia in suis illis ex gentilitate adora-
toribus, vt Herodem, Iudæos, infideles, hæreticos, & ignauos, vel
ingratos Christianos confunderet. Certè maxima hinc datur con-
fusio hæreticis, qui illud ipsum corpus nunc in cœlo triumphans,
in Eucharistia blasphemant, quod Magi infantili vilique habitu in
præsepi adorauerunt. Quos antiqui Doctores meritò sic perstrin-
gunt. Hilarius : Aliud, inquit, intelligitur : aliud videtur : aliud ocu-
lis, aliud anima conspicitur : parit virgo, partus à Deo est, infans va-
git, laudantes Angeli audiuntur : panni sordent, Deus adoratur. Ita
in Eucharistia, panis conspicitur, sed Christi corpus ipse etiam Deus
& homo adoratur. Chrysostomus autem : Hæc, inquit, mensa vi-
cem explet præsepis, in quo Christus natus est. Nam & hîc ponitur
X corpus Domini, iam non quidem fasciis inuolutum sicut tunc, sed
vndiq; Spiritu sancto conuestitum. Et alibi : Hoc corpus in præse-
pi reueriti sunt Magi, & viri impij & barbari. Tu non in præsepi vi-
des, sed in altari, non mulierem quæ fasciis teneat, sed sacerdotem
præsentem, & Spiritum super proposito sacrificio abundè diffusum.
Alios, ne longior fiam, omitto. Istis adoratoribus cœlitus edoctis,
similem affectum legitur habuisse S. Paula vidua Romana, quæ te-
ste D. Hie-

Principes, religionis hostes, vel neglectores quid metuant?

Aug: ser: 30. de Tempore.

Idem Epist: 50.

Psalm: 2. ℣ 10.

Magorum fides & pietas in adoratione Christi, tepidis Christianis erubescenda.

Hæreticorum circa Eucharistiam, ex Magorum exemplo confusio.

Hilar: lib: 2. de Trinit.

Chrysost: hom: de S. Philogonio. & hom: 24. in Epist: 1. ad Corinth.

Greg: Naz: orat: 3. de Theologia.

Præsepe Domini S. Paula, & curiosi Christiani, diuerso affectu venerantur.

Hier: in Epitaphio Paulæ. ſtè D. Hieronymo, dum ſpeluncam & præſepe præſens venerare-
tur, cum iureiurando affirmabat, ſeſe oculis fidei conſpexiſſe, infan-
tem pannis inuolutum, vagientem in præſepi, Magos Dominum a-
dorantes, ſtellam fulgentem deſuper, matrem virginem, nutritium
ſedulum, paſtores nocte venientes, vt *viderent Verbum quod factum erat*:
& iam tunc Euangeliſtę Ioannis principium dedicarent: *In principio
erat Verbum: Et Verbum caro factum eſt*: paruulos interfectos, Herodem
ſæuientem, Ioſeph & Mariam fugientes in Aegyptum: mixtisq; cũ
gaudio lachrymis, ſingula tanta myſteria, ſingulari laude & gratia-
rum actione excepiſſe. Oppoſitum huic affectum deuotionis cer-
nimus paſsim in vulgo Chriſtianitatis, qui clauſis fidei oculis, car-
nalibus obtutibus, apparant in aliquibus Eccleſiis faſtuoſos (ne di-
cam ſcænicos) præſepis Domini apparatus, cum curioſis interdum
& fabuloſis ſimulachris, qui diſſolutæ illorum & tumultuoſæ ſolen-
Exod: 32. ✠ 6. nitati, vitulum potiùs illum Aegyptium, vel ſtatuam Nabuchodo-
Daniel: 3. ✠ 5. noſor, quàm Chriſtum in præſepe referant, dum tota ferè illius ſo-
lennitatis deuotio, illi curioſitati impenditur. Et hæc quidem ſo-
briè non intermittere conueniebat, illa autem facere omninò o-
Corruptio diſſolutæ Chriſtianitatis circa feſta Deo dicatiſſima. portebat. Iſta autem præcipua, quę in Eccleſia Dei palam fiunt Y
attigimus: quę autem in foro, in compitis, in tabernis, in domibus,
in penetralibus, occaſione huius ſolennitatis à diabolo introducta
patrantur, quis enumerabit? Certè quæ doctrina & diſciplina Ec-
cleſiaſtica corrigere & cohibere, propter licentiam hæreſibus in-
uectam non ſufficit, ea proh dolor infidelitas Iudaica, Gentilica, atq;
hæretica, ſcandalis & ſubſannationibus excipit. Veniet, veniet &
iam propè eſt dies, quando Dominus in lenitate modò apparens, &
Pſalm: 2. ✠ 13. nõ exceptus, in iuſtitiæ rigore, apparebit, & in ira ſua exardeſcens,
bonos quidem, ſi qui ſunt reliqui, vindicabit, impios autem in virga
ferrea plectens, tanquam vas figuli confractos ſuppliciis deputabit
ſempiternis. Reliquum iam eſt, vt iis qui ad Dominum dignè ex-
Parænesis exhortatoria ex Aug: Serm: 66. de diuerſ. cipiendum, noſtris monitis rectè ſunt præparati, iſtam ſolennita-
tem ac deuotionem, ſic concludendam, ex S. Auguſtino propona-
mus: Exultemus ergo (inquit ille) & iocundemur in eo quem pan-
ni inuoluerant, & Angeli nuntiabant: qui in præſepi iacebat, & in-
tra aſtra fulgebat: Quem Regem ſempiternum, gentibus adoran-
dum, non diadematis gemma, ſed cœli ſtella monſtrabat: Qui vbe-
ra ſugebat, & lactentes martyres faciebat. Agnoſcamus lapidem
angularem, in quo duo parietes de diuerſo venientes, vnus ex cir-
cumciſione Iudæorum, alter ex præputio nationum, fideli oſculo
copulan-

copulantur. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Ipſe
veniens, ſicut audiſtis Apoſtolum, euangelizauit pacem his qui lon- Ephеſ: 2.
Z gè, & pacem his qui propè. Propè erant paſtores, longè erant Ma-
gi. Vtriq; agnouerunt, vtriq; venerunt, & ſecundum Iſaiam Pro- Iſaiæ 1.
phetam, vtriq; in præſepi cibaria ſua, tanquam bos & aſinus inue-
nernnt. Hos enim populos ex Iudæis & gentibus Chriſtus glorifi-
catus aſſumpſit, quorum primitias natus accepit. Ad nos ergo ma-
ximè huius diei pertinet gratulatio, qui ex gentibus venimus. Pro-
tulerunt Magi, quando Chriſtum adorauerunt, aurum, thus, & myr-
rham. Aurum quia Regem viderunt: thus quia Deum intellexe-
runt: cognouerunt & carnem paſſuram, nam & myrrham protu-
lerunt ad ſepulturam. Hæc illi ſecundum conſiderationem ſuam.
A nobis autem aurum accipit, ſi eleemoſynas facimus, thus, ſi ora-
tiones fundamus, myrrham, ſi pro illo moriamur. Proinde quia
Epiphania manifeſtationem verbo Græco indicat (latens quippe
Magis Domini infantia cupientibus adorare, manifeſtatur indice
ſtella) nos viam fulgentis Euãgelij ſequamur, & ſanctè adoremus,
cui manifeſti ſumus: vt quando Deus manifeſtè veniet, nec infans
erit, quia non ſilebit, in dextera eius apparere mereamur.

APPENDIX SERMONVM EPIPHANIÆ.

Ex Auguſtino Serm: 43. ad Eremitas. De quærendo Chriſto.

A AVdiſtis, fratres mei chariſsimi, ſanctiſsimos reges Dominum
diligenter quæſiuiſſe, & quærendo Deum & hominem inue-
niſſe, non dubitamus, & ſibi pretioſa munera obtuliſſe firmiter cre-
dimus & prædicamus. Vos ergo, fratres, quærite Chriſtum, quæ-
rite Nazarenum, quærite floridum, candidum & rubicundum. Quæ- Ioan: 1. ✠ 45.
B rite Chriſtum, & hunc crucifixum: quærite, & inuenietis: pulſate, Lucæ 11. ✠ 9.
& aperietur vobis: clamate, & vocate dilectum, nuntiantes quia a- 1. Cor: 1. ✠ 23.
more langueſcitis. O vos mundi amatores qui terrena ſapitis, quo- Cant: 2. ✠ 5.
rum Deus venter eſt, & vita in confuſione, quid agitis ſine Chriſto, Philip: 3. ✠ 19.
quid concupiſcitis, quid ſapitis, quid ſperatis? Nunquid ſine Chri- Cum Chriſto
ſto vobis pax eſſe poterit? Nunquid felicitas vel victoria, dignitas veniunt omnia
C vel ſecuritas, fides vel charitas, ſpes vel fiducia, conſtantia vel tem- bona, & contrà.
perantia, prudentia vel ſcientia, pulchritudo vel fortitudo, olfactus
vel tactus, viſus vel auditus, ſine Chriſto vobis eſſe poterit? O fra-
tres mei abſit. Quærite ergo Chriſtum, dum inueniri poteſt: inuo- Iſaiæ 55. ✠ 6.
cate eum, dum propè eſt. In ipſo namque ſunt omnes virtutes, & Coloſ: 2. ✠ 3.
D theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Quærite Chriſtum, & in-
 uenietis

uenietis Chriſtum : pulſate ad Chriſtum, & aperiet vobis Chriſtus. Dirigite viam Chriſti, vt dirigat vos Chriſtus. Cuſtodite Chriſtum, vt cuſtodiat vos Chriſtus. Amate Chriſtum, vt amet vos Chriſtus. Quærite Chriſtum pauperem, & inuenietis Chriſtum diuitem. Paſcite famelicos Chriſti, vt paſcat vos Chriſtus. Viſitate infirmos Chriſti, vt viſitet vos Chriſtus. Pacem habete cum proximo Chriſti amore, vt vos pacificet Chriſtus. Hunc ergo Chriſtum quæra- E
mus, hunc etiam veraciter cupiamus, hunc ſemper vt poſſumus agnoſcamus, hunc ſemper quæramus, & inuentum tam fortiter, tam ſuauiter, tam dulciter teneamus, vt eum non amittamus.

Vbi Chriſtus inuenitur?

Quærendus eſt ergo Chriſtus: ſed non in platea, vbi eſt magna vanitas. Quærendus eſt Chriſtus, ſed non in foro, vbi eſt grandis aduerſitas. Quærendus eſt Chriſtus, ſed non in taberna, vbi eſt ſumma ebrietas. Quærendus eſt Chriſtus, ſed non in ſæculari cu- F
ria, vbi eſt maxima falſitas. Quærendus eſt Chriſtus: ſed non in ſcholis mundanorum Philoſophorum, vbi eſt infinita peruerſitas. O vos mundani amatores, qui terrena ſapitis, & pro terrenis honoribus & pompis diſcurrere non deſiſtitis, tranſuolantes montes & alpes, inueſtigare volentes alta cœli, lata terræ, profunda maris, in calore & frigore, fame & nuditate: cur Chriſtum non quæritis, in quo hæc omnia & maiora perfectè reperiuntur? Quieſcite iam a- G
gere peruersè, diſcite benè facere. (Iſaiæ 1. ℣ 16.) O vos qui cœlorum motus quotidie inueſtigare curatis, non tamen vt Deum perfectiùs cognoſcatis, ſed vt mundo florentes appareatis.

Occupationes peccatorũ peſſimæ & Chriſtũ perdentes.

Sapientes igitur & inſipientes quærite Chriſtum, ſed non cum luxuria, in qua eſt lata deformitas; non cum ſuperbia, in qua iacet æterna calamitas; non cum auaritia, in qua eſt idolorum ſeruitus, & æterna infelicitas. Sed heu H
fratres, quia non eſt hodie qui faciat bonum, non eſt qui Chriſtum adorare opere quærat, nec eſt qui ſperet in eo: ſed miles in enſe, rex in diuitiis, puer in pomo, ſeruus in domino, vxor in viro, vir in vxore, vetula in parua pecunia, & ruſticus in ligone ſperat. Ecce, fratres, ecce quomodo vnuſquiſque recedit à Deo ſalutari ſuo. (Deut: 32. ℣ 15.) Ecce quomodo ſperamus in vanitate, derelinquentes Deum factorem noſtrum, & recedentes à Deo ſalutari noſtro. Non ſic igitur, I
fratres mei, non ſic, etiam ſi diuitiæ & honores affluant, nolite cor apponere, (Pſalm: 61. ℣ 11.) ſed ſolùm in Chriſto cor apponite, in ipſo ſemper ſperate: quia ipſi cura eſt de ſingulis nobis. (1. Petr: 5. ℣ 7.) Quæramus ergo Chriſtum, fratres mei, & nunquam quieſcamus, quouſque Chriſtum inueniamus. Quærite eum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum propè eſt. Sed

pè eſt. Sed, ô fratres, quomodo eum quæremus? Ecce enim quæ-
K ritur hodie Chriſtus, quærunt eum Pagani, quærunt eum Iudæi. O Chriſtiane, caue ne quæras Chriſtum cum Iudæis, ſed cum Paganis regibus perquirere non deſiſtas.

Cum Magis, nõ cum Iudæis quærendus Chriſt⁹.

Nam Pagani quærunt Chriſtum adorare, ſed Iudæi quærunt Chriſtum iam ſupplantare. Pagani hodie ad Chriſtum veniunt, ſed Iudæi Chriſtum ſpernunt. Pagani veniendo ad Chriſtum laborant, ſed Iudæi quieſcendo Chriſtum ignorant.
L Pagani Chriſto munera offerentes ipſum adorant, ſed Iudæi iam Chriſti mortem procurant. Pagani adorando Chriſtum & miracula ibidem videndo, ipſum toto corde magnificant, ſed Iudęorum ſynagoga iam Chriſtum ſpinis coronat. Pagani per aliam viam reuertuntur gaudentes, ſed Iudæi iam incipiunt eſſe pauentes, ne fortè veniant Romani, & tollant eorum locum & gentem. Erubeſcite, ô

Iudæorum exprobratio. Ioan: 11. ℣ 48. Lucæ 19. ℣ 44.

M perfidi Iudæi, erubeſcite, quia veniet tempus quando lapis ſuper lapidem in te non remanebit, eò quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Erubeſcite, quia ecce iam alieni hæreditatem veſtram aggrediuntur, & ad veſtrum regem natum per ſtellam deducuntur, cuius pretioſa natiuitas fuit ante ſæcula prædeſtinata, à Prophetis
N prænuntiata, à paſtoribus annunciata, & ſapientibus regibus reuelata. O Iudæi ſemper Deo rebelles, ô cœci & obſtinati, cur non conſideratis mirabilia quæ Deus operatur in medio terrę veſtræ? Cur Chriſtum non quæritis? Cur Deum & hominem non agnoſcitis? Cur eum vt verum Dei filium non adoratis? O fratres mei, non ſolùm Iudæi, ſed & mali Chriſtiani hodie occidere quærunt Chriſtum.

Mali Chriſtianĩ ex via Iudęorũ in viã Magorum reducendi.

Quando hoc quærunt, niſi quando præcepta ſua ſeruare contem-
O nunt? Non ſic Magi fecerunt, ſed mox Chriſto nato, credentes per viam laborare cœperunt, & ſic perſeuerantes aliquando eum inuenire meruerunt; non in pretioſitate pannorum, non in multitudine ſeruorum, non in thalamo picto, non in lecto eburneo, non in aula regia: ſed pro thalamo voluit reclinari in ſtabulo, pro lecto habere voluit fœnum, pro ſeruitoribus bouem cum aſino Saluator

Ieſus puer in ſua humilitate quãtus.

P habere voluit. Eia ergo, fratres mei, quærite Chriſtum, quærite Nazarenum, quærite hunc floridum, candidum & rubicundũ, ad cuius ortum Angeli cantant, ſancti exultant, ſterilis clamat, vidua prophetizat, Simeon ſenex expectat, Ioſeph cogitat, Maria mater reclinat, bos cognoſcit, aſinus portat, ſtella demonſtrat, magus adorat. Iſte eſt Deus Deorum in Sion, qui in Cherubim apparet terribilis.
Q qui in Seraphim apparet mirabilis, qui in virtutibus oſtenditur incomprehenſibilis. Iſte eſt, qui nuper de Maria virgine natus eſt, &

Deus homo factᵒ, vt homo fieret Deus, & humana sanaret.

homo factus est, vt nos deos faceret, factus est homo. Iste est qui esuriuit, vt nos reficeret: qui sitiuit, vt nobis vitæ æternę pocula ministraret. Iste est qui pro nobis tentatur, vt nos à tentationibus R
liberaret: qui pro nobis ligatur, vt nos absolueret: qui pro nobis humiliatur, vt nos exaltaret: qui pro nobis expoliatur, vt nos tegeret: qui pro nobis coronatur, vt nos coronaret: qui felle & aceto potatur, vt nobis fontes mellifluos aperiret: qui mortem suscepit, vt nobis vitam æternam donaret: qui sepultus est, vt sepulturam suorum S
benediceret. Ascendit in cœlum, vt nobis cœlorum portã aperiret: sedet ad dexteram Dei Patris, vt credentium preces & vota exaudiret. Ecce ergo ad quid natus est Christus, ecce ergo ad quid venit Christus, ecce propter quid ad nos descendit Christus? Quid igitur agitis, ô vos mundi amatores? Quid vobis cum carne, ô venera- T
biles senes? O iuuenes delicati, quid agere creditis, cùm nihil sine Christo potestis facere, quibuscunque etiam bonis terrenis ornati sitis? Quærite ergo, ô iuuenes, Christum, vt iuuenes maneatis. Quærite vos senes Christum, vt cum omni prosperitate viuere valeatis. Quærite Christum, & nolite quiescere: illum Christum, il- V
lum Iesum, qui Centurionis seruum sanauit, paralyticum solidauit, Lazarum resuscitauit, cæcos illuminauit, meretricem beatificauit, Chananæam exaudiuit, latroni pepercit, & ei paradisum donauit. Hunc Christum quærite, fide, spe & charitate. Quærite Christum, & nolite quiescere. Quærite Christum, & nolite sperare in X
longitudine vitę vestræ, quia incertus est exitus. Sed attendite ne decipiamini, quia sub specie boni multa mala fiunt. Non enim desinit hostis antiquus figuram assumere Angelorum lucis, laqueos deceptionis vbique prætendens. Nouit enim ipse malignus naturas hominum, & cui adhibeat cupiditatis calorem, gulæ voracita- Y
tem, luxurię fœditatem, inuidię calamitatem. Optimè nouit quem mœrore conturbet, quem fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Cunctorum discutit naturas, ventilare & perscrutari cunctorum affectus in nullo desistit: & vbi cogno- Z
uerit quod delectet, ibi suum exercitum ponit. Tu ergo fidelis cùm tentationes persenseris, mox Christum quære, mox Christum inuoca, & mox tibiipsi auxiliabitur: quia fidelis est, & non permittit nos tentari supra id quod possumus portare: Qui est benedictus in sæcula. Amen.

Omnes hominum status ad Christum eriguntur.

Christi inueniendi cõpendiũ.

Impedimenta tentationum sathanę tollenda.

1. Cor: 10. ℣ 13.

SERMO

SERMO XX. PANEGYRICVS

In festo S. Stephani, coram Rege Polonię STEPHANO in Comitiis Regni habitus.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Matth: 23.

A POsset quis meritò dubitare, Christiani Auditores, quomodo hæc, quæ nunc recolimus festa, sibi cohæreant, cùm profectò prima fronte longè abinuicem dissidere videantur. Heri enim celebrauimus gloriosissimam Regis regum incarnationem: hodie peragimus luctuosissimam Martyris martyrum passionem. Heri audiuimus Angelorum legionem de Christi Natiuitate gaudentem: hodie audimus innocentissimam illam Apostolorum Ecclesiam, de crudeli S. Stephani cæde planctũ magnum facientem. Hesterna dies pacem nobis bonę voluntatis, per Angelos denuntiat: hodierna verò eorum, qui cum Deo vnius voluntatis essent, dispersionem deplorat. Heri (vt dicit S. Fulgentius) præsepis angustia Christum portauit infantem: hodie immensitas cœli suscepit Stephanum triumphantem. Quænam igitur est ista conuentio, quæ societas Natalis cum morte, gaudij cum luctu, pacis cum crudelitate, funeri cum triumphis? Duæ sunt inter cæteras causæ, propter quas potissimũ S. mater Ecclesia, has quas modò dixi lugubres memorias, hisce Natalis Christi gaudiis intermiscet. Altera quidem, vt admoneat, atq; adeò redarguat, multorum ex Christianis ingratitudinem, de tanto beneficio incarnationis Domini Saluatoris nostri, qui cùm (teste S. Ioanne) *heri in propria venisset, hodie à suis non recipitur.* Altera deinde ratio est, vt Ecclesia hoc mysterio ostendat, quisnam sit iste recens natus noster Rex, & qualis sit principatus eius. *Regnum quippe illius* (vt ipse dicebat) *non est de hoc mundo*: sed vt Isaias ante prænuntiauerat: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis; cuius principatus super humerum eius.* Quasi clarioribus

Ratio cohærentiæ festorum natalis Christi.

Lucæ 2. ℣ 13.

Actor: 8. ℣ 3.

Lucæ 2. ℣ 14.

Actor: 8. ℣ 1.

Fulgentiᵒ serm: de S. Stephano.

Ioan: 1. ℣ 11.

Regnũ Christi in terris quale.

Ioan: 18. ℣ 36.

Isaiæ 9. ℣ 6.

verbis

verbis Propheta dixisset: Regnum Christi Mesſię, eſt regnum crucis. Quod profectò is ipſe Rex, & Dominus noſter diſertis explicuit verbis, cùm in Emaus euntibus diſcipulis diceret: *Oportuit Christum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam.* Quiſquis ergo fidelium (quod ſanè omnibus propoſitum eſſe debet) ad hoc Christi Regnum peruenire contendit, viæ huic Regię crucis inſiſtat neceſſe eſt, dicente Domino: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Porrò expeditiſsima via crucis eſt Martyrium. Quod ipſe Christus teſtatur, ſic inquiens: *Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Hoc vt reor, conſilio, Eccleſia hoc Regni Christi initio, proponit nobis ad cognoſcendum, venerandum, atque imitandum, triplex martyrij genus. Perendiè enim exhibebit nobis primam martyrij ſpeciem, quæ quidem ſit operis, ſed non intentionis: quale martyrium fuit in innocentiſsimis illis pueris ab Herode impio necatis; qui, vt canit Eccleſia, præconium Christi, non loquendo ſed moriendo ſunt confeſsi: Craſtina verò die, alteram martyrij ſpeciem nobis commendat, eam quæ oppoſito modo, ſit quidem intentionis, ſed non operis: idq; in S. Ioanne Apoſtolo eodemq; Euangeliſta: qui (vt antiquitas refert) à Domitiano Imperatore in vas feruentis olei erat immiſſus, vnde tamen iuxta Domini voluntatem, & præſagium illæſus exiuit: adeò vt ad cruentum etiam martyrium, non voluntas, ſed facultas illi defuiſſe videatur: Hodie verò in fortiſsimo Christi athleta S. Stephano, repræſentatur nobis abſolutiſsima cruenti martyrij forma: quod nimirùm ſit non ſolùm operis, non ſolùm intentionis & voluntatis, ſed etiam eximiæ charitatis: vt potè qui ſæuam iniuſti ſupplicij iniuriam, non ſolùm non vindicârit, ſed etiam (vt ſuo loco dicetur) precibus Domino commendârit. Hoc ipſum nos Eccleſię inſtitutũ inſequentes, cum Dei auxilio, quædã in præſenti Sermone proponemus, quę nos ad ſectandam aſperam viam crucis poſsint commouere ac incitare. In prima quidem parte, exemplo S. Stephani: cuius inſigniores aliquot dotes referemus. In ſecunda verò parte, verba hodierni Euangelij in themate poſita, ad ſtatum noſtrum, tum communem, tum priuatum accommodabimus. Quoniam verò, ſententia eiuſdem Apoſtoli, non ſumus ſufficientes, ex nobis tanquam ex nobis boni quicquam nedum perficere vel profari, ſed ne cogitare quidem, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Idcirco priuſquam ea, quæ ſunt dicenda aggrediar, Spiritus S. gratiam, quæ labia mea & corda veſtra ad aſſequendum

Lucæ 2. ✠ 26.
Matth: 16. ✠ 24.
Matth: 10. ✠ 38.
Lucæ 9. ✠ 23.
Triplex in Eccleſia martyriũ.
Matth: 2. ✠ 16.
B
Ioannes Euangeliſta in oleum feruẽs demiſſus.
Tert: de præſcr: hæreticorum.
Hieron: lib: cõ Iouin. cap: 14.
Et in cap: 20. Matth.
Ioan: 21. ✠ 22.
Argumentũ & partitio Sermonis.
2. Cor: 3. ✠ 5.

quendum huius ſermonis fructum, dirigat & expediat, vnanimes atq; ſupplices inuocemus.

Prima Pars.

PRopoſuerã omninò, deuoti auditores, de huius beatiſsimi Protomartyris laudibus, pleniorem aliquam tractationẽ hoc loco afferre: quemadmodum & feſti ipſius, & veſtræ in hunc Sanctum deuotionis ratio expoſcebat. Sed vt in iſto publico Conuentu, latior nobis relinquatur campus, de ſtatu Reipub: & communis patriæ noſtrę, ex occaſione thematis à nobis propoſiti diſſerendi: ad hodiernam ſolennitatem ſufficiet vnicam, eamque perbreuem ſententiam adducere, qua Eccleſia hodie ex verbis Eccleſiaſtici, dignitatem, & excellentes dotes huius ſanctiſsimi Martyris non obſcurè adumbrauit, cùm hæc verba frequentat: *Corona aurea ſuper caput eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & ope fortitudinis.* Quæ verba quamuis iuxta literam, de ſupremo illo veteris teſtamenti Pontifice Aarone fuerint enuntiata: tamen tantò conuenientiùs noſtro huic Protomartyri digniſsimo reſpondent, quantò ipſa lux Euangelica veteris illius teſtamenti vmbras exuperat. Aaron ſiquidem per effuſionem ſanguinis animalium, in tabernaculũ illud templi manu factum ſæpiùs introibat: noſter verò hic Archidiaconus, ſimul & Protomartyr, non per hircorum & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, ſancta illa ſanctorum, æterna neque manu facta, ad poſsidendam per Christum partam redemptionem nunquam exiturus ingreſſus eſt. Huc accedit, quòd, ſi ſententiam ipſam expẽdas, vel prima illius vox, hoc eſt Corona, ex Græco Stephanum ſonat: & quinq; elogia, quæ ibidem tanguntur, quadrant iis, quæ per diuum Lucam de S. Stephano enarrantur. Quæ ſingula nos ſuo ordine, & quidem quàm breuiſsimè expendemus.

Prima igitur dignitas & excellentia beati Stephani elicitur ex primis verbis, vbi dicitur: Coronam eſſe poſitam ſuper caput eius. Quibus verbis in eo non obſcurè explicatur dignitas & præmium Martyrij, quod Apoſtolus in ſeipſo perſimilibus verbis expreſsit, ſic ad Tymothęum ſcribens: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius.* Eſt igitur S. Stephanus glorioſiſsimè coronatus Martyr, id eſt teſtis cruentæ & glorioſiſsimę Christi victoriæ: immo etiam Protomartyr, hoc eſt, primus Martyrum, non quidem tempore, ſed ordine. Conſtat enim corruſcante iam nouæ legis Euangelio, innocentes illos

Stephani Protomartyris elogium.
Eccli 45. ✠ 14.
C
Prima dignitas S. Stephani.
Corona aurea quadrat nomini & merito S. Stephani.
2. Tim: 4. ✠ 7
S. Stephanus Protomartyr quomodo.
Matt: 2. ✠ 16
Marc: 6. ✠ 7.

illos pueros, & postea sanctum Ioannem Baptistam, longè prius,
Hebr: 9. ℣ 17. quàm istum, martyrium subiisse: sed tunc temporis, vt docet Apostolus, testamentũ nouæ legis nondum erat morte testatoris Christi confirmatum. Vnde liquet, S. Stephanũ, primum à Christi morte Martyrem, omnes reliquos, ordine iuxta & dignitate Martyrij antecessisse. Erat etiam præcipuus Martyrum, ex ea ratione, quòd omnes qui illum præcesserant Martyres veteris & noui testamenti, quamuis sanctißimi, atque innocentißimi, mortem pro Christo
Lucæ 16. ℣ 22. Meßia oppetiissent: tamen illorum animę in sinu Abrahæ, seu Lym-
Zacha: 9. ℣ 11. bo sequestrabantur, cùm ianua paradisi meritò paßionis & mortis
1. Petr: 3. ℣ 19. Christi, nondum fuisset ad cœlestes illos aditus patefacta. Primus, ideoq; & præcipuus erat beatus Stephanus, qui tantum abest, quòd
D à fruitione illius beatificę gloriæ, aliquantisper remoraretur, vt eam etiam mortalis adhuc in terra cõstitutus, veluti sibi obuiantem
Secunda dignitas ex charitate. cerneret. Secunda illius dignitas tangitur, cùm dicitur hæc coro-
1. Cor: 3. ℣ 12. na esse aurea, hoc est insigni charitate per aurum in scripturis de-
Apoc: 3. ℣ 18. notata, refulgens, atq; excandescens. Quantam autem charitatem
Fulgentius sermone hodierno habuerit hic gloriosißimus Martyr, pulchrè ostendit S. Fulgentius sic inquiens: Stephanus vt nominis sui coronam meruisset, charitatem pro armis habebat, & per ipsam vbiq; vincebat. Per charitatem Dei, sæuientibus Iudæis non ceßit, per charitatem proximi, pro lapidantibus interceßit. Quam ad rem, vt opinor, declaran-
Matt: 23. ℣ 35. dam, proponuntur nobis hodierno Euangelio, duo innocentißimi & clarißimi veteris testamenti Martyres, Abel, & Zacharias filius
Hieron: super hunc locum. Barachiæ, vel (quod idem esse S. Hieronymus ostendit) Ioiadæ. Qui tamen tantum abest, vt suis interfectoribus culpam deprecarentur, vt etiam vindictam quandam diuinę iustitię aduersus illos im-
Genes: 4. ℣ 10. plorarent. De Abel enim ipse Dominus testatur, quòd sanguis illius ex intimis terrę visceribus, vocem quandam iustitiæ, & vindictę in cœlum vsq; emitteret. Similiter Zachariam illum dum lapida-
2. Par: 24. ℣ 22. retur, in hæc verba exclamasse legimus: *Videat Dominus, & requirat.*
Acto: 7. ℣ 60. Non sic noster iste nouę legis fortißimus Athleta, non sic: Sed (vt canit Ecclesia) cùm crepitantium saxorum turbine quateretur, ingenua vi lapidum confracta, mira animi & corporis fortitudine sese erigens, vocem illam cygneam, & verè auream emisit: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit in Domino.* O immensam & quasi per appertas cœli vias exuperantem charitatem. O inuictam, & saxis ipsis quæ sanctißimum corpus quatiebant, solidiorem animi & corporis fortitudinem, O incredibilem & indefessam,

tot iniuriis & ærumnis patientiam. In persecutione enim (secun-
E dum Augustinum) positus, pro persecutoribus deprecabatur: & in Aug: in Appendice ser: 49. 71.
lapidum ruina, quando aliquis obliuisci poterat charißimos, tunc ille Domino commendabat inimicos. Plus enim illorum dolebat peccata, quàm sua vulnera, & illorũ iniquitatem, quàm suam mortem. Ideo alibi non dubitat eum vocare Apostolum Christi: quia mortem quam Dominus dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Saluatori. Tertia dignitas huius Sancti ostenditur,
quando præclara hæc illius martyrij corona, dicitur esse expressa Tertia dignitas S. Stephani à sanctitatis plenitudine.
signo sanctitatis. Maximum profectò & efficacißimum signum sanctitatis in hoc Martyre erat: quando à sancto Luca dicitur
habuisse plenitudinem fidei, plenitudinem deniq; illius, quæ re- Acto: 6. ℣ 8.
liqua omnia continet gratiæ: non quidem eam plenitudinem, quã Theologi appellant superabundantiæ: ea siquidem vni soli Christo
debebatur, qui, vt testatur S. Ioannes, fuerat plenus gratię & verita- Ioan: 1. ℣ 16.
tis, sic vt de plenitudine illius omnes nos acceperimus. Neq; etiam
habuit eam gratiã exuperantẽ, & excellentem, quæ beatißimę Dei Lucæ 1. ℣ 28.
genitrici, & primę gratiæ inuentrici Mariæ, singulari priuilegio, super omnes alias creaturas contigit. Sed habebat illam abundantem gratię plenitudinem, quam cum Apostolis sicut communem, ita quo ad sui officij partes, parem fuerat sortitus: præterquã quòd antequam ad officiũ Archidiaconi Ecclesię illius Apostolicę fuisset
assumptus, iam tunc plenus fide, & Spiritu S. in tota illa sanctißima Acto: 6. ℣ 5.
congregatione fuisse memoratur. Quarta dignitas eius dicitur ex- Quarta dignitas à singulari honore gloriæ.
pressa gloria honoris: Magna quidem gloria honoris erat in beato Stephano, quando iudicio totius Ecclesię illius primitiuæ, in eius Archidiaconatum, & principalem prouisorem, cum plenitudine gratiæ, erat assumptus: Sed multò maior cùm in mortali adhuc corpore, angelici fulgoris formam referret: longè verò omnium maxima, quando quod in terra credebat, prædicabat, & conuincebat, illud in cœlo oculis corporalibus quodam modo contem-
plaretur. Magna olim erat gloria Moysis maximi Prophetarum, S. Stephanus Moysi comparatus.
quam ipse Dominus talibus commendabat verbis: *Si* (inquit) *fuerit inter vos Propheta, per visionem apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At*
non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelißimus est: ore enim ad os Num: 12. ℣ 6.
loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras, videt Dominum. Hoc cer- 2. Corin: 3. ℣ 7.
tè magis propriè conuenit beato Stephano, qui & in illa domo Dei Ecclesię Hierosolymitanæ, fidelißimus eius minister iudicio omnium repertus est; & Deum non in ænigmatica specie, vt Moy-

ſes, ſed in propria iam tunc aſſumptę & glorificatæ carnis in terris exiſtens, contemplari meruerit: præter illam regulam quam

Exod: 33. ℣ 20.

Deus ipſi Moyſi conſtituerat, dicens: *Non videbit me homo, & viuet.*

Quinta dignitas & vltima, à triplici fortitudine.

Quinta & vltima eius dignitas inde ducitur, quæ dicitur expreſſa, ſeu inſignita ope fortitudinis: quod diſertè atteſtatur S. Lucas, quādo dicit eum plenum fortitudine extitiſſe. Triplex autem fortitudinis inuictæ ſpecimen memoratur S. Stephanus edidiſſe. F

Miracula S. Stephani, etiā poſt mortem.

Prima erat fortitudo ſeu potentia miraculorum, quæ hunc Martyrem plurima & maxima feciſſe elicitur ex his tribus rationibus. Prima,

Acto: 6. ℣ 8.

quòd idipſum S. Lucas teſtatur dicens: *Stephanus plenus gratia, & fortitudine, faciebat ſigna, & prodigia magna in populo.* Secunda, quòd quamuis S. Lucas ea illius miracula ex profeſſo non referat: ex ipſo tamen martyrij illius quod deſcribit contextu, relucent nobis tria ſatis prodigioſa illius facta. Magnum certè erat miraculum, quòd hic præclarus Martyr, in ſpecie hominis abiecti, & tot opprobriis laceſsiti, vultum Angelicæ maieſtatis præ ſe ferret: maius verò, quòd in terris ſynagoga impiorum circumſeptus, oculis corporeis videret Chriſtum ad dexteram Dei glorióſum, non vt iudicem ſedentē,

Greg: homilia de aſcenſione Domini.

ſed (vt notat S. Gregorius) quaſi ſocium ad auxilium ſibi conſurgētem. Maximum deniq; erat, quòd ſua oratione perſecutorem ſuum principalem Saulum, tunc indignum terra, vas cœlo idoneum effecerit: vt ſecundum Fulgentium, quem habuit in terris perſecutorem, nunc in cœlis habeat conſortem.

Aug: ſer: 1. & 4. de S. Stephano.

Niſi enim (inquit S. Auguſtinus) Stephanus oraſſet, Eccleſia Paulum non habuiſſet. Tertia & vltima ratio eſt, ex illis miraculis quæ longè poſt, circa inuentionem corporis, & circa reliquis eiuſdem glorioſi Martyris fuerūt facta.

Aug: de Ciuit: Dei, lib: 22. ca: 8. & Epiſt: 103.

Quorum magnam & ſtupendam recenſet congeriem B. Auguſtinus: vt ſingulariter de illo, cœlos in terris perſpiciēte & in ſuo agone, Chriſti in dextera Dei triumpho quaſi coniuncto, dictum eſſe

Ioan: 14. ℣ 27.

videatur: *Qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.* Si enim mortuus (vt ita dicam) tanta edidit miracula, longè plura & maiora viuus feciſſe credendus eſt.

Aug: epiſt: 137. ad Hypponenſes.

Nam ſecundum Auguſtinum, virtus miraculorum quæ ad reliquias Sanctorum exhibentur, correſpondet chariſmatibus Spiritus ſancti, quibus ipſi in vita ſua abundaſſent.

1. Cor: 12. ℣ 9.
Acto: 6. ℣ 9.

Alterum fortitudinis ſpecimen edidit S. Stephanus, in illo diſputationis conflictu, quem pro Chriſto eiuſq; Eccleſia, cum Iudæis habuiſſe legitur: in qua adeò ſeſe ſtrenuum Regni Chriſti pręconem præſtitit, vt ſolus omnes omnium Synagogarum, Magiſtros, Doctores, & Rabbinos, ex orbe

Acto: 2. ℣ 4.

terrarum (vt alibi S. Lucas refert) Hieroſolymam congregatos, cōuicerit, confutauerit, & in furiam quaſi beſtialem, ſaxis ipſis quæ in eum iaciebant ſtupidiorem, conuerterit.

Patientia perſeuerans S. Stephani.

Tertium deniq; ac vltimum fortitudinis illius argumentum erat, inuictum illud animi iuxta & corporis robur, & perſeuerans patientia, quam in ſufferendis tot probris, calumniis, contumeliis, & ipſa tandem horrenda cæde, ad extremum vſq; ſpiritum conſeruauit. G O beatum corpus, quod ferè tot holocauſta Domino de te edidiſti, quot læthales lapidum ictus tanta charitate pertuliſti. O beatiſsima anima, quæ cū adhuc in terris tot agones fortiſsimè ſuſtineres, in cœlum iam tunc iter dirigere, & gloriam tuam inchoare inciperes.

Acto: 8. ℣ 2.
Pſalm: 125. ℣ 6.

O te fœlicem Eccleſiam, quæ breui planctu quondam exitum huius beatiſsimi Martyris ſeminans, eius gloriam & patrocinium inceſſabili exaltatione metere non deſinis. Verè igitur elucet corona aurea ſuper caput eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & ope fortitudinis. Habetis, deuotiſsimi Auditores, præclara hæc beatiſsimi Protomartyris Stephani Elogia, quoad eius fieri potuit, ſimpliciter & breuiter explicata. Reſtat vt ad alteram concionis noſtræ propoſitam partem, orationem conuertamus.

Secunda Pars.

1. Cor: 10. ℣ 6.

Beatus Paulus Apoſtolus in prima ſua ad Corint: Epiſtola, poſtquam horrenda quædam exempla pœnarum populo olim Iudaico diuinitus inflictarum commemoraſſet, hæc demum ſubinfert verba: *Omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autē ad eruditionem & correctionem noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt.*

Applicatio moralis verborum propoſiti thematis, ad regnū Poloniæ.

Hac igitur regula, & hoc exemplo Apoſtoli, liceat mihi verba in themate, ex Euangelio propoſita, ſenſu morali, Ciuitati & Regno huic noſtro, in quod veriſsimè fines ſæculorum deuenerunt, applicare, & cum Chriſto dicere:

Matt: 23. ℣ 37.

Polonia, Polonia, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſsi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

Ordo dicendorum.

Quę ſententia (vt aliquam tractationis eius methodum conſtituamus) tria potiſſimùm continet: Primùm quidem exprobrationem Dei beneficiorum in ciuitatem illam Hieroſolymorum, toties exhibitorum: Secundò, accuſationem ingratitudinis, & obſtinationis illius gentis, in beneficiis illis agnoſcendis, & ad ſalutem ſuam conuertendis. Tertiò, denunciationem pœnarum, & exterminij, quod gentem illam in peccatis induratam, iuſto Dei iudicio manebat. Quæ om-

nia nos eodem (quantum fieri poterit) ordine, nostræ Reipub: quæ in hac parte Hierosolyma parum videtur esse æquior, pro virili applicare conabimur. Tantum peto, vt aures vestras deuotas, æquas, patientes, & attentas mihi præbeatis. Ne autem dum veritatem eam, quæ ipsa nititur simplicitate, dico, odium cuiuspiam fortè incurram, rem non meis ipsius, sed ipsius Saluatoris nostri, tum Propheticis, & Apostolicis verbis, explicare studebo. Iam verò, vt proposita methodo, à beneficiis nostrę genti diuinitùs exhibitis incipiam, ea tantum hîc commemorabo, quæ Dominus ipse in hodierno Euangelio præcipuè attingit: nimirùm quæ Rempub: illam Iudæorum per directores à Deo missos in bono statu constituebāt, & quæ demùm inter se diuisam, ad vnitatem reuocabant. Primi generis præcipua, & maximè hac breuitate considerāda beneficia, Moyses in suo illo Israelitico populo, suis coloribus ad viuum nobis planè depinxit, quæ nos quoq; non ineptè nobis accommodabimus. Et primum quidem beneficium nostræ originis, his decantat verbis: *Nonne ipse est Dominus Deus, qui fecit, possedit, & creauit te?* Tūc enim te, ô Polonia, Deus quodam modo creauit, quando te ex barbara, neq; tibi satis explorata, prima illa origine tua, per varios casus, per tot discrimina rerum eduxit: vt esses pars eius, populus & funiculus hæreditatis illius. Tunc te fecit, cùm te ex vagis illis peregrinationum tuarum latebris, in hoc solo plano, pingui, fertili, temperato, & amæno constituit. Tunc verò te possedit, quando te ne cogitantem quidem, ex densissimis illis tuis ignorantię & idololatrię tenebris, ad lucem veritatis Euangelicæ, & Ecclesię Catholicæ gremium adsciuit. Secundum beneficium Propheta subinfert in hæc verba: *Inuenit te Dominus in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: & constituit te super terram excelsam, vt comederes fructus agrorum, butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & tritici pinguissima medulla.* Memento, ô ingrata Sarmatia, *dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Recogita, inquam, primæuas illas tuas vastas, inuias, immò & inuisas hominibus solitudines, in quibus te primus ille tuus carnalis parēs & conditor Lechus reliquerat. In quibus similem profectò miseriam & barbariem initio videris fuisse experta, in qualem olim (teste Daniele Propheta) superbissimus rex Nabuchodonosor iusto Dei iudicio deciderat, & quę primis regnorum exordiis communis esse solet. Eiecta enim quodam modo eras ab hominibus, cum bestiis erat habitatio tua, fœnum tanquā bos (hoc est cibos agrestes) comedebas;

H

Beneficia Poloniæ diuinitꝰ exhibita ab ipso exortu.

Deut: 32. ℣ 6.

Deut: 32. ℣ 10.

Antiqua Sarmatiæ Barbaries graphicè depicta.

Dani: 4. ℣ 30.

comedebas; corpus tuum absq; domibus, rore cœli inquinabatur; coma tua vix vnquam detonsa, naturale defluuium, more aquilæ expectabat. Deniq; vngues tui non præcisi, aues potiùs vel feras, quàm homines in te referebant. Ex qua infœlicitate & misera barbarie, ipse Dominus Deus & Pater tuus, tunc te extraxit, quando

I

post regenerationem tui spiritualem, & adoptionem in filios cœlestis hæreditatis, Principes & gentes Christianas tibi per fœdera & affinitates constrinxit: quorum vtrumq; post modum causa & occasio tibi extitit, istius ciuilitatis, libertatis, & rerum ad victum pertinentium, & eius, qua vicinas gentes superasti, affluentiæ, quibus nunc infœlix in tui ipsius perniciem abuteris. Sed quid dicam de inimicis tuis? Illud profectò, quod loco tertij beneficij in te diuini agnoscere debes: illud inquam, quod quondam Deus Regi Dauidi in memoriam reuocabat, inquiens: *Ego te tuli de pascuis sequentem greges, & constitui te vt esses dux super populum meum: & fui tecum in omnibus, vbicunq; ambulasti firmans Regnum tuum: & occidi omnes inimicos à facie tua: & feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra.* Recurre, ô Polonia, ad primorum gestorum tuorum annales, & considera, quantulæ fuerant ab initio vires & facultates tuæ, quanta verò vicissim erat hostium tuorum ferocia, & tibi longè impar potentia. Quæso abs te, quo ingenio, qua fortitudine, quibus facultatibus ac præsidiis, iugum illorum sæuissimum excussisti, & magna ex parte domina eorum effecta es? Omnino si grata & verax esse voles, dices cum Dauide: *Non in arcu meo speraui, nec gladius meus saluauit me: sed dextera Domini exaltauit, & præcinxit me hac virtute, vt edoceret manus ad prælium, & digitos meos ad bellum*: adeò, vt *vnus ex me persequeretur mille, & duo fugarent decem millia*: & sic *eripuit me ex inimicis meis fortissimis, & ex illis qui oderunt me.* Insuper etiam, *in Deo meo transgressa sum murum, ac possedi portas inimicorum meorum.* Hæc autem omnia, qua pietate, & miseratione in te operatus est Dominus, pergit Diuinus ille Moyses in hunc modum enarrare: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit te & portauit in humeris suis.* O immensam charitatem: ô pietatem insignem: ô solicitudinem incomparabilem. Ecce tuam ô Polonia Aquilam, quæ vana quondam augurum tuorum superstitione, in Ducale tunc stemma vsurpata, nunc non inanem, sed veritati diuinæ conformem, expansarum alarum protectionem super te hucusq; continuat. Ex illo enim tempore, quo recepta fide Catholica, hoc diuini mysterij beneficium agnouisti, *Dominus solus dux tuus fuit, & non erat tecum Deus alienus.* Sed ô te miseram & infœlicem, quo tan-

K

Hostes suos Polonia quomodo subiugauit.

2. Reg: 7. ℣ 8.

Psal: 43. ℣ 7.

Psal: 117. ℣ 16.

Psal: 143. ℣ 1.

Deut: 32. ℣ 30.

Psal: 17. ℣ 18.

Gene: 22. ℣ 18.

Protectio Poloniæ aquilæ cōparata.

Deut: 32. ℣ 11.

Aquila stemma Regni Polonię, protectionis Diuinæ symbolū.

Deut: 32. ℣ 12.

Ingratitudo tātorum beneficiorum, per præuaricationem.

quo tandem ingratitudinis,& impietatis prolapſa es ? Me profectò,
qui caro & ſanguis tuus ſum, tædet dicere : ediſſerant igitur carne
Iſaiæ 1. ✠ 66. iam exuti,cœloq; redditi Prophetę , ſic contra te inclamantes : *Au-*
dite cœli & terra: Filios (inquit Dominus) *enutriui & exaltaui,ipſi verò ſpreue-*
Malach: 1. ✠ 6. *runt me : Filius honorat Patrem, & ſeruus Dominum ſuum : Si ergo pater ſum , vbi*
Micheæ 6. ✠ 3. *eſt honor meus ? ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus ? Popule meus quid feci tibi,*
Hier: 18. ✠ 19. *aut quid moleſtus fui ? Reſponde mihi : Nunquid redditur pro bono malum , quia fo-*
uerunt foueam animæ meæ? Dicetis fortaſſe : Quid fecimus,quid commi-
ſimus, *in quo te deſpeximus ?* Reſpōdet Dominus per alium Prophetam:
Hier: 2. ✠ 12. *Duo mala fecit populus meus.* Quænam verò ſunt illa ? *Vidi* (inquit per Da-
Contradictio & iniquitas Poloniam ſubiugant. uidem) *iniquitatem & contradictionem in Ciuitate.* Hi ſunt illi duo cardines,
in quibus omnis malorum,quę te, ô Polonia,conficiunt , lubricitas
vertitur : Iniquitas enim facit, vt omnis generis flagitia & ſcelera,
Pſal: 45. ✠ 10. quę mundi malignitas vel cogitare poteſt maxima , tibi liceat per-
petrare : Contradictio verò obſtat , ne illud quidquid tandem eſt
Nobilitatis ac libertatis Polonicæ abuſus. mali, integrum ſit, recto iuſtitię tramite coërcere. Quibus autem
id armis molitur ? Nobilitatis,& libertatis prætextu. Et ita,ſi rectè
iudices ; nobilitas in infamiā,libertas verò in tyrannidē, per extre-
ma deuia relabitur. Illa enim,quadam vitiorum veluti profeſsione,
Rom: 13. ✠ 4. virtutem quam tueri debebat opprimit ; hæc verò enſem Magiſtra-
tuum,ad bonos à malis vindicādos diuinitùs datum, in vaginam re-
tundit, ſicas verò ſceleratiſsimorū ciuium ad innocētes opprimen-
dos exerit. O inſigne decus nobilitatis: O præclarū fructū liberta-
tis. Sed pergamus vtrumq; clariùs etiam explicare. Quid eſt iniqui-
Ioan: 3. ✠ 4. tas? Reſpōdet S. Ioannes : eſt peccatum. Quod eſt maximū peccatū?
Reſpondet ipſe Dominus: Infidelitas:& quę illius ſpecies eſt, hęreſis.
Ioan: 16. ✠ 9. Ait enim: *Arguet Spiritus S. mundū de peccato,quia nō crediderūt in me*: id eſt,de
Hæreſis maximum peccatum Poloniam occupat. infidelitate, quę per Anthonomaſiā, peccatū quaſi maximū deno-
minatur. Ecquid in hoc ſcelere deliquiſti, ô Polonia ? Nō erubeſcit L
hoc Moyſes enarrare : *Incraſſatus eſt* (inquit) *dilectus meus,& recalcitrauit,*
Deut: 32. ✠ 15. *incraſſatus, inpinguatus,dilatatus,dereliquit Deum factorē ſuū,& receſsit à Deo ſalu-*
tari ſuo. Prouocauerunt eum in diis alienis : noui recenteſq; venerunt,quos non colue-
runt patres eorum. Nota eſt etiam vulgo Metaphora, ab equo enutrito
ducta,qui ſeſſori ſuo contra duriſsima quęq; fræna ſolet recalcitra-
Lutheri ſecta vitulus cōflatilis, vaccas abſumptrices peperit. re. Ego verò mea Polonia tibi parco,ne te brutis comparem , nec
dum enim populo ſimilis eſſe deſiiſti : ſed cui populo ? Illi nimirùm
de quo dicit ſcriptura : *Sedit populus manducare,& bibere, & ſurrexerunt lu-*
Exod: 32. ✠ 6. *dere:* Nunquam enim , tam ſtupida vitulum illum conflatilem Lu-
1. Cor: 10. ✠ 7. therum adoraſſes, niſi te ille priùs Cærere & Baccho ad ſuam idolo-
latriam

latriam dementaſſet. Sed quid dico vitulum ? Gregem etiam vitu-
lorum, nunc miſera & incauta adoras : & quidem vaccarum illarū Geneſ: 41. ✠ 3.
macrarum , quæ poſtquam craſsiores illas boues, hoc eſt Hæreſes
priores deuoraſſent, nihilo factæ ſunt, paſtu tam opimo ſpecioſio-
res. Deplorat hoc ipſe Dominus per Prophetam ſic dicens : *Quo-* Iſaiæ 1. ✠ 21.
modo facta eſt meretrix, Ciuitas fidelis. Et alibi rurſus : *In omni colle ſublimi,&*
ſub omni ligno frondoſo, tu proſternebaris meretrix. Secundum numerum enim Ciui- Hierem: 2. ✠ 20.
tatum , immò domorum tuarum,ſunt tibi Dij, ô Polonia. Circuite vias Hieruſalem ,
dicebat quondam alius Propheta. Ego verò quamuis non Prophe- Amos 7. ✠ 14.
ta dico : Circuite, ô Poloni, vias orbis Chriſtiani , immò totiùs or- Hiere: 5. ✠ 1.
bis terrarum, & non inuenietis in omnibus , etiam maximè hæreſi Hæreſum & blaſphemiarum lacūna Polonia.
deuinctis nationibus, & prouinciis, tot, tam varias, atq; horrendas
ſectas, & blaſphemias , quot, & quales ad hoc Regnum , quod legē,
Regem, & maxima ex parte gregem , Catholicum habeat, ex omni
Sathanica colluuione, quaſi extorres confluxerunt : adeò vt in illis
enumerandis,& ab inuicem diſcernendis,principium quàm finem,
in confutandis autem, finem temeritatis, quam principium verita-
tis , faciliùs ſit inuenire. Hic eſt ille puteus abyſsi Apocalypticus , Apoc: 9. ✠ 3.
euomens fumos blaſphemiarum , qui obſcurent , ac inficiant, non
ſolùm cœlum & ſydera , hoc eſt Eccleſiam Chriſti ſponſam , & San- Malach: 4. ✠ 2.
ctos eius amicos,ſed ipſum quoq; Solem iuſtitię Chriſtum Dominū, Philip: 2. ✠ 9.
cuius ſanctiſsimum nomen , inferorum etiam genibus ſua maieſta-
te formidabile,quibuſdam tamen nouis in hoc Regno Antichriſtis,
adeò cœpit eſſe inuiſum, vt nil niſi merè humanū in eo ſpectādum
contendant. O impietatem & blaſphemiam flammis omnibus mū-
M danis & infernalibus quantocyùs excipiēdam. Sed quid de aliis pec-
catis & ſceleribus tuis, ô Polonia, dicendum eſt ? Illud quod Iſaias
Propheta deplorat: *Omne caput languidum,& omne cor mærens : à planta pe-* Polonia peccatis inquinatiſsima.
dis , vſque ad verticem capitis, non eſt ſanitas in te. Quæ autem potiſsimùm
ſcelera tibi lethales inducat languores, prudens hic prætereo : cū Iſaiæ 1. ✠ 6.
ea longiſsimo tractatu in iſtis Comitiis , ex hoc loco ſatis ſuperque
fuerint nobis exprobrata. Illa tantùm breuiter attingam, quæ Da- Pſal: 54. ✠ 11.
uid Propheta,vlterius in ciuitate illa iniqua & contradicente anim-
aduertit, dicens : *Et in medio eius labor, & iniuſtitia.* Si quis enim rerū no- Iuſtitiæ ratio in Polonia qualis.
ſtrarum ignarus, intueretur in hoc Regno tot, tantoſq; iuris dicun-
di apparatus, tot & tantos labores,& ſollicitudines, in tam vario &
frequenti iudiciorum ſtrepitu, & conuocatione, exiſtimaret vtiq;
iuſtitiam plurimùm in hac gente habere, nedum vigoris, ſed etiam
rigoris. Si tamen aures arrigas, experieris illud quod Dominus per

 Prophe-

Isaiæ 5. ℣ 7.
Psal: 18. ℣ 5.

Prophetam conqueritur: *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: iustitiam, & ecce clamor*: *adeò* vt in omnem terram exeat ſonus per iniuſtitiam, & vim oppreſſorum, & in fines Regni huius, verba eorum:

Eccli 35. ℣ 17.
Geneſ: 4. ℣ 10.

atq; in tot diuerſis Regni huius prouinciis, non ſint loquelę, neque ſermones, quorum non audiantur querelę eorum: ſed & ipſi etiã cœli, lachrymas ex maxillis pupillorum & viduarum, & ſanguinẽ profuſum ex viſceribus terrę ſuſceptum, vindictę diuinę repræſentant. Vt autem breuiter concludam. In iſto Regno, teſte Propheta:

Oſeæ 4. ℣ 2.

Maledictum mendacium, furtum, adulterium, inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Videmus enim, cædes à Magiſtratibus ea quæ par eſſet ſeueritate non punitas, priuatis hoſtilitatibus, & homicidiis, in tertiam, & quãdoq; in quartã generationẽ vindicari. Sed & ille clamor ſilentio non eſt prætereundus, quem S. Iacobus talibus perſtringit verbis:

Oppreſsio pauperum Poloniam coram Deo accuſat.
Iacobi 5. ℣ 1.

Agite nunc, inquit, *diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ euenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis conſumpta ſunt: Aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo illorum, in teſtimonium erit vobis, & manducabit carnes veſtras tanquam ignis. Theſauriſaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat, & clamor eorum, in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Adduxiſtis & occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis.* Quis meliùs & clariùs quàm hic Apoſtolus, infimę plebeculę oppreſsionem, legibus etiam huius Regni approbatam, depingere potuiſſet? Vtinam aurea hæc verba expendatis, ac tandem ſapiatis, Poloni, & iſtas (ſicut & quaſdam

Lucæ 21. ℣ 33.

alias barbarum legum reliquias) ex veſtro Legali codice tandem extirpetis; vt vel ſic atrociſsimam illam vindictam Dei, cœli & terræ baſibus firmiorem certioremq́;, poſsitis anteuertendo euadere.

Psal: 54. ℣ 12.

Deniq; ſubinfert Pſalmiſta: in Ciuitatis illius peruerſę *plateis, non defeciſſe vſuram & dolum*: quorum vtrumq; an noſtram Poloniam

Petrarcha de remedio vtriusq; fortunæ.

afficiat deplorandum eſt potiùs quàm demonſtrandum. Neq; enim (vt quidam dicebat) habet Polonia tot laqueos venatorum, aucupum, piſcatorum, ad feras, volucres, & piſces capiendos, quot habet & in dies comminiſcitur dolos & fraudes, ad homines inuicem decipiendos.

Vſuræ leges exitioſæ.

Vſuram quoq; rectè dicit Propheta in hac ciuitate non defeciſſe, cùm non ſolùm non puniatur, ſed etiam publica lege, quæ ex tali quæſtu cenſum publicũ exigat, approbari videatur. Caueant igitur eiuſmodi leges condentes, vel exequentes, quomodo Anathema Diuinæ ſimul & Eccleſiaſticę legis contra tales latum euadant. Et hæc quidem de beneficiis, quæ Deus ipſe per ſe huic

huic Regno & genti ab initio præſtitit, & de illorum erga Diuinam ſuam bonitatem ingratitudine.

Sacerdotibus quàm ingrata ſuo malo Polonia.

Cæterùm præſens Euangelium monet nos, vt ea quoq; cõmemoremus, quæ idem præpotens Deus per ſua inſtrumenta, Sacerdotes nimirùm, eidem contulit. Ecce enim idem ille Pater, & creator tuus, ô Polonia, iam inde ab initio,

1. Cor: 4. ℣ 1.
2. Cor: 5. ℣ 20.

mittebat ad te Prophetas, ſapiẽtes, & ſcribas, hoc eſt doctiſsimos illos, iuxta & ſanctiſsimos Epiſcopos, Doctores, prædicatores, & viros religioſos, qui te (extirpata tua idololatria) non ſolùm in diuinę legis pręceptis, probè erudierunt, atq; tot erectis templis, monaſteriis, & ſcholis, veram tuam in Deum religionem propagauerunt: ſed etiam ſanctiſsimas leges ciuiles tibi conſcripſerunt, & maximam libertatum tuarum, quibus nũc contra illorum ordinẽ abuteris, partẽ, tibi impetrauerunt, ab illis tuis primis Ducibus & dominis hæreditariis, quorum in imperando voluntas, pro lege, & ratione, tibi conſtabat. Qui etiam paſtores tui poſtmodum, (vt annales tui teſtãtur) pro cõſeruandis eiſdem tuis libertatibus fortiſsimũ murum eiſdem principibus ſeſe opponebant: & nunc fortaſſe opponerẽt, ſi id res poſtularet, & niſi eos authoritate ſua ſpoliaſſes. Cùm tamen tot tantaq́; bona Clerus tibi præſtitiſſet, *propter quod horum, vis eum nunç lapidare? Hæccine reddis illis popule ſtulte & inſipiens? Vidit & hic Dominus iniquitatem & contradictionem in tua Ciuitate.*

Ioan: 10. ℣ 32.
Psal: 54. ℣ 10.

Iniquitas enim tua fecit, vt eoſdem tuos Paſtores, Eccleſiaſtica iuriſdictione, diuinis & humanis legibus firmata, authoritate, debito honore, templis, reditibus, iuribus, & ampliſsimis & antiquiſsimis libertatibus, magna ex parte ſpoliares: Contradictio autem facit, ne illis contrà te repetundarum hoc nomine agere liceat.

Cõfœderatio & Compoſitio Poloniæ quò tendat.
Ioan: 15. ℣ 20.
Lucæ 23. ℣ 30.

Agis profectò, ſicut Dominus ipſe prædixerat, inquiens: *Non eſt ſeruus maior Domino. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Si enim in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet?* Sicut igitur quidam filij tui peruicaces, priori monſtro infernali Confœderationis, veram & Catholicam religionem, quantum in ſe eſt exterminare moliuntur: Ita poſtmodum altero Compoſitionis occulto Syncretiſmo, illius ſeruos Sacerdotes, primùm quidẽ reditibus, ac iuribus, deinde etiã ſucceſsiuè ſtatu, & vita ipſa, exuere ſatagunt.

Iſaiæ 28. ℣ 15.
Psal: 136. ℣ 7.

Hoc eſt illud pactum, quod Dominus *viros illuſores, cum morte & inferno, in perniciem populi ſui, conſpiraſſe conqueritur.* Quod eò demum tendit, vt religionis Catholicæ exortes, illud Pſalmiſtæ declamare videantur: *Exinanite, exinanite, vſq; ad fundamentum in ea.* Multi enim tanto in Clerum flagrant odio, vt non ſolùm ſtatum, ſed etiam nomen & memoriam illius cupiant eſſe extincta. Quamuis autem & cruenta-

cruentarum cædium in ſacerdotes non deſint exempla, eò autem
miſerabiliora, quò nullam in legibus noſtris pœnam peculiarem
habeant præſcriptam (quod Iudæis, Paganis, & beſtiis, etiam non
eſt denegatum) tamen ſufficit illis interea temporis illud filiorum
Gene: 37. ℣ 27. Iacob conſilium, de Ioſepho fratre ſibi ſine cauſa odioſo, ad eum
modum conſultantium: *Non occidamus eum, caro enim noſtra & frater no-
ſter eſt, ſed venundemus eum Iſmaelitis.* Ita & iſti, cauerunt Clero ſua Con-
fœderatione, ne eum ferro, vel igni interimant: Compoſitione ve-
rò hoc agunt, vt eum ſeruitute ſua & fame, quò diutius eò miſeri-
Exod: 5. ℣ 11. ùs, conficiant. Quæ enim maior ſeruitus, quàm *paleas negari, lateres
mandari?* Ita hîc contributionem clero imperari: dominium verò
& vſum liberum eorundem redituum, ex quibus talis cenſus lege
Clerus Polonus adſtruitur, denegari? Hæc autem omnia, nunquid non pactis cu-
venũdat' Iſma- iuſdam venditionis ſunt peracta? Res clara eſt, & ſicut negari non
elitis. poteſt, ita diſsimulari non debet, leges contra clerũ hactenus pro-
mulgatas, ex pacto Contributionis per ordinem Equeſtrem con-
ceſſę, ortum plerunq; habuiſſe. Sed audiant quid contra tales Do-
Amos 2. ℣ 6. minus: *Super tribus ſceleribus* (inquit) *populi mei, & ſuper quartum non con-* P
uertam (hoc eſt, ex captiuitate vel interitu, non vindicabo) *illum: quia
vendiderunt iuſtum pro argento.* O quæſtum miſerum: ô deplorandam
vſuram: ô fœnus patrię exitioſum. Videant tandem & caueant iſti
Pſal: 43. ℣ 13. cœci homines, ne aliquando ipſimet, iuxta Pſalmiſtam, *diuendantur
Ioſeph' de bel- ſine pretio, nec fiat multitudo in contumationibus eorum*: ſicut acciderat Iudæ-
lo Iudaico. is, qui quoniam Chriſtum triginta argenteis æſtimarant, factum eſt
vt in vaſtatione Hieroſolymę, triginta illorum, vnico diſtraheren-
tur denario: quod tamen omen Deus à noſtris longè auertat, eoſq;
Sæculariumpræ potiùs ad correctionem reuocet. Sed vnde iſtis, obſecro, hoc
ſertim hæreti- plus quàm Vatinianum aduerſus Clerum odium? Duas cauſas licuit
corum in clerũ mihi hac temporis breuitate, ex ſacra pagina deprehendere. Alte-
odij fomenta. ra eſt, qualem habebat profanus ille Eſau, vt pium fratrem ſuum
Gen: 27. ℣ 42. Iacob perpetuò perſequeretur. Hæc autem erat duplex. Primam
Galat: 4. ℣ 29. Apoſtolus ad rem noſtram his applicat verbis: *Quemadmodum tunc is,
qui natus erat ſecundum carnem, proſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum: ita &
nunc.* Eodem modo, quia nos Catholici, iuxta doctrinam Apoſtoli,
in carne ambulantes in labore, ærumna, vigiliis multis, fame, ſiti,
ieiuniis multis, & aliis pleriſq; ſpiritualibus exercitiis nos ipſos mor
tificamus, aut ſaltem in tali mortificatione nos pro virili exerce-
mus: illi verò è conuerſo ſalutem in ſola fide conſtituentes, dum
Curios ſimulant, & Bacchanalia viuũt, propterea nos tanquam hy-
pocritas,

pocritas, gratiam & fidem Chriſti operibus noſtris euacuantes, o-
dio proſequuntur. Aliam ſimiliter odij ſui rationem, ab exemplo
eiuſdem Eſau videntur eſſe mutuati. Ille enim perpetuam contra
fratrem gerebat hoſtilitatem, quòd ſibi venditam prius pro vnica Gen: 25. ℣ 30.
eſca benedictionem paternam, prudenter præripuiſſet. Ita iſti, ſuc-
cenſent nobis quòd benedictionis diuinæ vnitas & charitas, quam
illi pro vnica coctione rufa, hoc eſt pro voluptuoſa curioſitate ven-
diderunt, penes nos in Catholica Eccleſia remanſerit: illis verò
obuenerit illa maledictio per Iacob ſic denuntiata: *Maledictus furor* Gen: 49. ℣ 7.
*illorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura: diuidam & diſpergam
eos.* Sed expendite, quàm aptè & illa vindictæ ratio, noſtris hiſce
temporibus reſpondeat. Dicebat enim Eſau: *Venient dies luctus patris* Gen: 27. ℣ 41.
mei, & occidam Iacob. Ita & iſti, in communi illo Interregni luctu, poſt
vltimum veluti Regni iſtius parentem Sigiſmundum ſecundum,
Confœderationis & Compoſitionis exitiale telum, contra Deum e-
iuſq; miniſtros Sacerdotes fabricauerunt, atq; exacuerunt: & poſt
modũ pium Regem modernum, in hæc ſua impia pacta iurare coë-
Q gerunt. Altera cauſa eorum odij, adduci poteſt, ab exemplo impij
regis Achab. Qui cùm vineam palatio ſuo adiacentem, per quoſ- 2. Reg: 21.
dam (fortaſſe Compoſitionis) tractatus, à ciue ſibi ſubdito Naboth
obtinere non poſſet, tandem doloſo impię vxoris Ieſabelis cõſilio,
ciuem illum per calumniam blaſphemiæ in Deum eiuſq; magiſtra-
tum inſimulatum, priùs vita, & ſic vinea etiam ipſa priuauit. Ita
profectò nunc dici poteſt illud S. Iacobi: *Vnde lites & bella in vobis, niſi* Iacob: 4. ℣ 1.
ex concupiſcentiis veſtris? Illi ſiquidem qui ſtatum Eccleſiaſticum perſe-
quuntur, non paruam exinde contra illum odij anſam trahũt, quòd
templa, villæ, domus, agri, & alij reditus Eccleſiaſticorum, bonis
illorum adhæreant: Et ita Sacerdoti nuſquam in terra relinquitur
per eos locus. *Omnem ſiquidem terram, quam calcat pes eorum, ſuam eſſe cu-* Deut: 11. ℣ 24.
perent. Contra quos ſic iam pridem proclamauit Iſaias: *Væ qui coniugi-* Ioſue 1. ℣ 3.
tis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vſq; ad terminum loci. Nunquid ha- Iſaiæ 5. ℣ 8.
bitabitis vos ſoli in medio terræ? Meritò etiam talibus quadrat illa Domi-
ni contra Achabum quærela: *Occidiſti, inſuper & poſſediſti.* Non enim ſa- 3. Reg: 21. ℣ 19.
tis habent tales, quòd eam implacabili odio (teſte S. Ioanne) fratres 1. Ioan: 13. ℣ 15.
ſuos (idololatriæ prius & turbationis Reipub: inſimulatos) occidãt: Signa interitus
niſi etiam bonis illorum, per fas & nefas occupandis, inhient. Quid Regnorum, Po-
verò ad hæc Dominus: *Ecce,* inquit, *relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* loniæ meritò
Obſeruauerũt ſagaciſsimi vetuſtatis indagatores, Reſpublicas quin- ſuſpecta.
genteſimo, vel ſeptingenteſimo non completo à ſuis primordiis an- Xenophon lib: 2. rerum Grçcarum.

 no, inte-

Flauius in Caio Cæſare.

Peucerus de diuinationum generibus.

no interitui, vel certè periculoſæ mutationi, fuiſſe vt plurimùm obnoxias; quod illi fatali cuidam reuolutioni tribuebant: nos autem voluntati diuinę omnia gubernanti, propter conſummata tot ſæculis hominum ſcelera adſcribimus. Præter hoc autem complura ſigna ſunt, quæ talem Poloniæ noſtrę caſum non obſcurè portendant. In quibus recenſendis, cùm tempus ipſum nos deficiat: ſatis ſit obiter commemorare, vltimum ferè & certiſsimum ſignũ euerſionis Regnorum, vel Ciuitatum fuiſſe, violationem, & profanationem auitæ religionis, & Eccleſiaſtici ordinis oppreſsionem.

Hæreſum impunitatē ſequitur Regnorum euerſio.

Quod ita eſſe fatebitur, qui eorum populorum quos Turcarum tyrannus occupauit, annales euoluerit. Idipſum Dominus per Iſaiam

Iſaiæ 1. ℣ 5.

atteſtatur dicens: *Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem?* hoc eſt, negationem verę in Deum religionis, aliis ſceleribus superaddentes? Et alibi de populo Dei ſic dictum eſſe legimus: *Non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſsit à cultura Dei ſui. Quoties autem præter ipſum Deum ſuum, alterum coluerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.* R

Iudit 5. ℣ 17.

Matt; 23. ℣ 38.

At nihil dici ad eam rem clariùs potuit, quàm quod in hoc Euãgelio dicitur, horrendam illam Hieroſolymę vaſtationem, ob perſecutionem Prophetarum potiſsimùm contigiſſe. Quod in veteri lege Deus ipſe conteſtabatur, quando dicebat Samueli Prophetæ: *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos: ſicut enim derelinquerunt me, & ſeruiunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi.* (poſtulando videlicet regem ſæcularem) Confirmat Deus hoc ipſum ampliùs, ſic cum talibus expoſtulans per alium Prophetam: *Si affliget homo Deum: quia vos configitis me. Et dixiſtis: In quo configimus te? In decimis & primitiis: & in penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, vt ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus: Si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem, vſq; ad abundantiam: & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructus terræ veſtræ: nec erit ſterilis vinea in agro, & vos benedicent omnes gentes: eritis enim vos terra deſiderabilis, dicit Dominus exercituum.*

1. Reg: 8. ℣ 7.

Malac: 3. ℣ 8.

Decimas Eccleſiæ negare quãtum nefas.

In quibus verbis tria maximè eſſent conſideranda curioſis illis ſcripturę ſcrutatoribus, qui contrà tam manifeſtam Dei querelam, ſumma vi & contentione, Clericorum decimas diuino & humano iure nitentes, oppgnant & rapiunt. Primum quidem eſt, quòd tanta Dei & Eccleſię eius iniuria fiat, à tota gente, hoc eſt, non per Magiſtratum legitimum, qui in tuendis libertatibus & iuribus, perſonas non accipit, ſed tumultuariè per plebem, vel potiùs aliquos qui ſibi vſurpant nomen veluti Tribunitium, & poteſtatem totius plebis, in pluribus etiam præter & contra plebis ipſius intentionem,

In decimis quo modo configit Deum gens tota etiam fidelis.

Malac; 3. ℣ 9.

tentionem, & voluntatem. Configit profectò Deum in decimis gens tota. Mirum eſt enim, complures feruentiores Catholicorum non ſolùm proprio, ſed ſuorum etiam Palatinatuum nomine, in publicis Conuentibus, Confœderationem quidem qua religio promiſcua inducitur, cane & angue peius execrari, & profligare: Compoſitionis verò alteram non diſsimilem priori laruam, nedum tolerare, ſed æquè cum hoſtibus religionis promouere, vel in illa tollenda conniuere: quaſi non vtrobiq; tam religioni, quàm patrimonio Chriſti, aperta vis inferatur. Quibus propterea rectè accõmodari poterit illud dictum Patriarchæ Iſaac: *Vox quidem vox Iacob eſt: manus autem, manus Eſau.* Videas enim pleroſq; Eccleſiæ & religioni Catholicę infenſiſsimos hæreticos, in iure decimarum, & redituum Eccleſiæ, ſatis æquos Clero ſe præbere; eiuſmodi verò, quarum pars magna eſt, Catholicos, iſtam iuſtitiam ſaltem Phariſaicam reddendi decimas de omnibus quę poſsident, detrectari.

S

Catholicorum multorũ in Polonia, vox Iacob manus autem Eſau.

Gene: 27. ℣ 22.

Secundò aduertendum hîc eſt, benedictionem diuinam promitti illis, qui iuſtè præſtant decimas, vel reditus Eccleſiaſticos, vt ſit cibus in domo Domini illius miniſtris: ex oppoſito verò maledictionem execrabilem incuti iis, qui eas denegent, vel quod magis flagitioſum eſt, vi oppugnent, & rapiant.

Decimarũ redditarum vel negatarum prẽmia diuerſa.

Benedictio

Primæ partis habemus ſingulare exemplum in populo Iſraelitico; qui cùm aliquando de decimis & primitiis ſacerdotalibus ſecundum legem reddendis, aliquid ſubtraxiſſet, factum eſt maledictione diuina vt breui tempore propter tempeſtates aëris, & alias œconomicæ rei incommoditates, ad extremam ferè deuenirent ſterilitatem, atq; egeſtatem. Poſtquam verò edicto religioſiſsimi Regis Ezechiæ, tales reditus ex integro præſtari cœperunt, mirum dictu quanta illis ſubitò fertilitas & abundantia rediiſſet: vt Regi ſuo de tanta affluentia ſciſcitanti reſponderent. *Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus & ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima: eò quòd benedixerit Dominus populo ſuo: reliquiarum verò copia eſt iſta quam cernis. Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea in domo Domini.*

2. Paralip.

Sed & eius rei clariſsimum elucet exemplum in piis maioribus noſtris. Quamuis enim inter denſiſsimas illas ſyluas, minùs agrorum colerent, & rem familiarem, propter aſsiduam militiæ profeſsionem, non tanto ſtudio & aſsiduitate adminiſtrarent: emporia etiam & mercaturas tam frequentes non haberent, ſicut hac noſtra ætate: immò verò plurimos ſumptus erogarent, tum in ædificanda, & dotanda templa, monaſteria, ſcholas, vrbes, arces, aliaq; publica, priuataq; ædificia, tum ad onera bellorum, quæ illis

Polonia ex quæſtu Eccleſiæ & Reip: facta pauperior.

quæ illis ferè erant continua: Tamen tanta omnium rerum erat eis affluentia, vt thesauros non solùm posteritati copiosos, sed etiam occultos terræ mandatos, relinquerent. Nunc prorsus contrarium euenit. Nihil enim ferè in Polonia ampliùs agitur, nisi opes & diuitiæ, per fas & nefas conquiruntur: tanta tamen illarum est penuria, vt nedum thesauros in terram à quopiam defodi reperias, vt etiam non solùm ex terra nouæ subinde effodiantur opes, irri- T
tamenta malorum, sed ex templis etiam, & aris spoliatis, & ex alie-

Interregna quęstuaria intellige.

nis regionibus, nouo quodam, & Polonis antehac inusitato, & inuiso mercandi genere, importati non sufficiant: plena autem omnia reperias æris alieni: & verè alieni. vterq; enim, & ille qui mutuum suggessit, & qui acceptum digessit, ab illo alienissimus est. Quæ verò huius maledictionis causa? explicat ipse Dominus, sic

Aggæi 1. ✠ 2.

per eundem Prophetam dicens: *Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. Et factum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ dicens: Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista est deserta? Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in saculum pertusum &c.* Et rursus paulò post: *Respexistis* (inquit) *ad amplius, & ecce factum est minus: & intulistis in domum meam, & exuflaui illud. Quam ob causam dicit Dominus exercituum: Quia domus mea deserta est, & vos festinastis vnusquisq; in domum suam. Propter hoc prohibiti sunt cœli, ne darent rorem suum, & terra prohibita est, ne daret germen suum: & vocaui siccitatem super terram & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcũq; profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuũ.*

Decimarum raptus quàm Deum afficiat.

Tertiò hîc obseruandum est: studium hoc tollendi, & minuendi decimas, ipsum Deum afficere iniuria, & quidem tanta, vt Deum quasi affligat, vel quod maius est nefas, configat. Quis hoc vnquam Euangelicorum (vt ipsi sese vocant) credidisset, nisi tam aperta ex-

Gene: 47. ✠ 22.

primeret scriptura? Quid olim durius Ægypti seruitute, in quam nobilissimos quosq; eius incolas, famis oppressione fuisse redactos, sacra scriptura memorat? Sacerdotum tamen, quamuis gentilium status, cum omnibus bonis, ab ea refertur fuisse exemptus: insuper etiam ex Regis ęrario, per totam illam famis cladem sustentatus. In Polonia verò possunt Sacerdotes conqueri, cum miseris il-

Thren: 5. ✠ 6.

lis captiuis sic eiulantibus: *Ægypto dedimus manus, vt saturaremur panibus.* Præreptis enim decimis, & aliis censibus, qui tranquilliorem victũ Sacerdotibus subministrabant, in iis etiam, quæ propriis laboribus

conquirunt, ab aduersariis per rapinas, & expoliationes tuti esse non possunt: *Deus autem* (inquit ipse Dominus) *non faciet vindictam seruorum suorum clamantiũ ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? dico quod citò faciet vindictam eorum.* Iam verò qualem? quæ nimirum ab Isaia in

Lucæ 18. ✠ 6.

hunc describitur modum: *Væ qui prædaris, nonné & ipse prædaberis? & qui spernis, nonné & ipse sperneris? Cùm consummaueris deprædationẽ, deprædaberis: cũ fatigatus desieris contemnere, contemneris.* Hæc Propheta. Nonné ita vobiscum agitur Poloni? Viluerunt militibus Sacerdotes, viluerunt barbaris hostibus milites: deprædati sunt decimis suis Sacerdotes: decima & rapina, crebro, & impune incurrentibus Scythis vel Cozachis, fiunt ipsi deprædatores: quod etiam olim diuus præmonuerat Augustinus. Iam verò framæa Mahumetica, quam pridem metuebatis Poloni, propè consedit in finibus vestris. Nam secundum diuini Moysis præsagium: iam *antè ad extremam vindictam adesse festinabant tempora: sed Dominus distulerat propter iram inimicorum, ne fortè dixissent: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.*

Isaiæ 33. ✠ 1.

Rapina in Polonia vindicatur deprædatione.

Aug: hom: 48. & serm: 219. de Tempore.

Deut: 32. ✠ 35.

Quemadmodum enim hominem iam iam moriturum, diuino beneficio, solet vis morbi aliquantisper remittere, vt si sapit, exitum suum interim disponat; ita & vobis, dum salus Reip: nunc maximè periclitaretur, præter (dixerim & contra) intentionem vestram, dedit Deus Regem quasi cœlo delapsum, qui (si vllus alius inter mortales) vellet & sciret vos cum Dei (quod eum apertè comitatur) auxilio, ab interitu vindicare. Sed peccatum vestrum adeò ad vindictam consummatum est, vt aliqui tanquam cœci ac indurati Sodomitæ, fores interdiu palpantes, ipsum etiam secum per vim ad interitum protrahant. *Adhuc igitur modicum vobis, ô Poloni, lumen est: dum lucem habetis, ambulate in ea, ne vos ingruentes tenebræ apprehendant.* Ecce enim Comitia ista apposita sunt vobis, aut in citam & præcipitem ruinam, vel (quod vobis Deus concedat) in resurrectionem. Sed quorsum ego vobis ista, quæ toties surdas, & incircumcisas aures, & corda, obstinatorum præterierunt, immò etiam deteriores effecerunt? Igitur illud Spiritus Domini, quod quondam Danielem Prophetam, etiam me inuitum compellit dicere: *Vade Daniel, quia clausi sunt, signatiq; sermones*

Simile agonizantis Reipub.

Stephani Bathoræi Regis dotes eximię, earumq; oppressio.

Gene: 15. ✠ 16.

Gene: 19. ✠ 11.

Ioan: 12. ✠ 35.

Lucæ 2. ✠ 34.

Acto: 7. ✠ 51.

Dan: 12. ✠ 4.

X *vsq; ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi, & impiè agent impij: porrò docti intelligent.* Hoc Danielis mysterio nostra hæc ad vos exhortatio conclusa esto & consignata. Cæterùm præ festinatione omiseram penè, deuoti Auditores, illam beneficiorum erga nos Dei partem, quæ in congreganda confusione, huic nostrę Reipub: toties nobis fuerunt exhibita: Sufficiat igitur extrema hac temporis iam elapsi penuria, ea saltem attingere, quæ

Beneficia Dei Interregnis Poloniæ collata.

proximis Interregnis & Comitiis, recentiorem apud vos poſſunt retinere memoriam. Cùm enim tu, ô Polonia, ipſamet iniquitatis tuæ mole, præceps in exterminium rueres: quoties te Dominus Deus, & Pater tuus, ab extremo iam interitus gradu vindicauit? quoties te, & filios tuos, ſicut gallina ſub alas pullos ſuos, miſerè & perditè diſperſam reduxit, & congregauit? Recolite quotquot adeſtis Poloni, fortunę veſtræ vicem, quam in proximis Interregnis fueratis experti. Idem enim commune veſtrum omen erat, eæ per vicos, & plateas declamatæ deploratæq; querelæ, Remp: veſtram cum vno Rege Sigiſmundo Auguſto diem extremum obiiſſe: cum altero verò Henrico, ſedem ſuam deſeruiſſe & amiſiſſe. Iam verò in ipſo Interregnorũ curriculo, quæ nam alia rerũ facies inter vos cernebatur, ab illa quã Apoſtolus ſic in ſe ipſo quondã depinxerat?

2. Cor: 11. ℣ 26.

Foris, inquit, *pugnæ, intus timores. Erant enim vobis parata pericula in ciuitate, pericula in ſolitudine, pericula in mari, pericula ex gentibus, pericula ex genere, pericula ex falſis fratribus, præter illa quæ extrinſecus accidebant.* Ex quibus tot, tantis, tamq; diuturnis ærumnis, ac fortunę procellis, quòd tandem ad tam felicem, in quo nunc ſtatis, portum appuleritis, non veſtris (credite mihi) conturbatis remis, ſed ſingularis diuinę clementiæ expeditiſsimis velis, tribuendum eſt. In quo tamen, ea vos conditione ſubſtitiſſe mementote, vt ni citò reſipueritis, in hoc etiam portu, naufragium præparatum vobis eſſe exiſtimetis.

Comitia Polonorum qualia.

Altera beneficij diuini in vobis ad vnitatem ſubinde congregandis pars, poſita eſt, in tam crebris ac frequentibus Comitijs & Conuocationibus veſtris. De quibus ego meam quidem, ſed (vt ſoleo) non meis, ſed Apoſtoli verbis proferam ſententiam. Et dico: *In hoc non laudo vos, quòd non in melius, ſed in deterius conuenitis.*

1. Cor: 11. ℣ 17.

Viginti iam propemodũ anni ſunt, ex quo ego veſtris hiſce, Poloni, publicis Conuentionibus, & conſultationibus intereſſe cœpi. Per quod totum tempus, memini annua ferè vobis, interdum etiam ſemeſtria, interceſsiſſe Comitia: adeò vt aliquãdo magnus quidam ſummi Monarchę Chriſtiani Orator, noſtrã Poloniam, morbo Comitiali laborare feſtiuè dictitaret.

Cardinalé Commendonum Oratorem Sedis Apoſtolicæ intellige.

Ea tamen quantũ Reip: emolumenti attulerint, vt aliorũ ſibi, ita meum mihimet liberũ eſto iudicium. Nõ periclitor dicere, ea de quibus tot congreſſus, & deliberationes, immò contentiones etiam, hucuſq; ſuſcepiſtis, publica negotia, (paucis exceptis) in deteriori & periculoſiori ſtatu eſſe nunc conſtituta, quàm cùm à vobis iſta curioſitate tractari cœpta fuiſſent.

Pax & iuſtitia quàm floreant in Polonia.

Tempus omnino nõ patitur ſingula hîc enumerare. Sed duo ſunt potiſsima, in quibus tanquã in cardinibus, veſtrę iſtæ conſultationes verſantur: videlicet,

pacis cõſeruatio, & iuris vindicatio: pacis quidẽ externę, per arma & militiã, pacis verò internę, per leges & iuſtitiam. Primæ pacis fructũ veſtris ex conſiliis eum cernimus, quem olim deplorabat Propheta in hæc verba: *Expectauimus pacem, & non erat, bonum tempus medelæ, & ecce formido.*

Hiere: 8. ℣ 15.

Quam ſententiam comprobandam & verificandam, Ruſsis, Podoliis, & Volhiniis per Tartaros vaſtatis, vel mirũ in modũ cõturbatis, relinquo. Alterius pacis internę, per leges & iuſtitiã, ediſſerat nobis fructum Iſaias his verbis: *Non eſt*, inquit, *qui inuocet iuſtitiam, nec eſt qui iudicet verè: ſed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aſpidum ruperunt, & telas aranearum texuerunt: qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neq; operientur in operibus ſuis: opera illorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.* Hæc Iſaias.

Leges iniquæ ſuis coloribus depictæ.
Iſaiæ 59. ℣ 4.

Si quis veſtras has recentiores Conſtitutiones ad vnguem examinet, & cum vetuſtioribus, tum ſcriptis, tum longo vſu approbatis legibus conferat, fatebitur nihil veriùs & aptiùs de illis dici potuiſſe, quàm quod hîc refert Propheta. Pleræq; enim illarum legum nouarum, non ex publico & maturo conſilio, ſed tumultuariè, & temerè conditę fuerunt.

Comitiorum & Cõſtitutionum Polonicarum idęa.

In particularibus enim Conuentibus, per factioſa plebiſcita conceperant dolorem, & tanquam oua aſpidum, diſsidiorum venenum lentè inſtillabant: Exinde verò in generalibus Comitiis, per odia, & ſedicioſas cõtentiones, pepererũt iniquitatem, & tanquam in Regulum enata, aſpectu etiam ipſo inficiebant. Nec minus telis araneorum, ſimiles extiterunt. Nam & ſæpiùs pro vnius duntaxat aranei latenti quadam cellula erant contextę: & (iuxta mentem Anaxagoræ) ſcarabæis omnibus peruiæ, ſolis muſcis miſeris tenaces. Sed pergamus audire Apoſtolum ad noſtra hæc Comitia vlteriùs in ſpiritu alludentem: *Conuenientibus*, inquit, *vobis in vnum, iam non eſt*, (liceat mihi ſic applicare.) *Comitia publica pertractare: vnuſquiſq; enim ſua negotia præſumit ad peragendum: & alius quidem fortuna affluente ebrius tumultuatur, alius verò famelicus, eum tolerare cogitur.*

1. Cor: 11. ℣ 20.

Negabitis hæc vera eſſe, Poloni? Libenter me deceptum, vel etiam mentitum eſſe fatebor, ſi mihi diuerſum etiam iſtorum Comitiorum fructum oſtenderitis. Sed quid hucuſq; actum eſt? Credo vos expectaſſe, vt hoc vobis ex hodierna Epiſtola in Eccleſia decantaretur, in hæc verba: *Stephanus plenus gratia, & fortitudine, faciebat ſigna, & prodigia magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga quæ appellabatur Libertinorum*, (notate verba, ſignate myſteria) *& diſputabant cum Stephano.*

Stephani Regis Comitiale martyrium.
Acto: 6. ℣ 8.
Libertinorum Synagoga Comiatialis.

Proh pudorem & ingratitudinem quorundam maleuolorum ciuium, qui tam pia, & fortiſsima optimi Regis in patriam noſtram

Iob 32. ℣ 2. merita (quę externi populi admirantur & exoſculantur) & eorum
continuandorum ſaluberrima conſilia, vanis & imperitis (ne quid
deterius dicam) ſermonibus inuoluere, & contentionibus intrica-
Purgatio authoris. re non erubeſcunt. Sed à talibus amplius exaggerandis me ipſum
cum tempore reuoco. Nam & in iis, quæ dixi: *Si* (iuxta Apoſtolũ)
2. Cor: 2. ℣ 11. *inſipiens factus ſum, vos me coëgiſtis*: non dico vos ſoli qui hæc auditis, ſed
quorum in hac Comitiali corona, niſi eam Sathanas in tot Synago-
gas diſcerpſiſſet, perſonas repræſentatis. Hæc autem omnia (vt
1. Cor: 4. ℣ 14. verbis Apoſtoli vtar) *non vt vos confundam dico, ſed vt filios chariſſimos mo-
neo. Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres.*
Multùm intereſt, chariſsimi, quo aliquid dicatur animo, & in quem
Prou: 27. ℣ 6. finem. *Meliora ſunt enim* (inquit Salomon) *vulnera diligentis, quàm fraudu-
lenta oſcula odientis.* Non eſt dubium quin hîc plurimos habeatis ſuſur-
rones & corycæos, qui dicta & acta, geſtaq; veſtra diligenter notãt,
traducunt, & ad exteras hoſtiles nationes etiam quandoq; effuſiùs
præſcribũt, magna cũ ignominia generis noſtri, & Reipub: pericu-
lo. Non hoc meũ eſt in his dicẽdis propoſitũ, non ea intentio: *non vt
confundam vos hæc dico: ſed vt filios chariſſimos moneo. Ego enim* (dico in per-
ſona veſtrorum paſtorum) *ego per Euangelium vos in Chriſto Ieſu genui.* Sed
Galat: 4. ℣ 19. quid dico genui: Potiùs dicam cũ eodem Apoſtolo: *Filioli mei, quos
1. Cor: 9. ℣ 15. iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* ? Ignoſcite mihi igitur quæ-
ſo, ignoſcite. *Væ enim mihi niſi euangelizauero.* Alioqui ſi ex hac Cathedra
Pia exhortatio ad fideles. vobis mentiar, quando verũ dicam? Reliquũ eſt igitur, vt vos pro
Contionis huius colophone alloquar verbis, quibus olim idẽ Apo-
Philip: 2. ℣ 1. ſtolus Paulus ſuos Philippenſes cõpellabat, inquiens: *Si quæ conſola-
tio in Chriſto, ſi quod ſolatiũ charitatis, ſi quæ ſocietas ſpiritus, ſi quæ viſcera miſera-
tionis* (veſtri ipſorum, & deploratæ huius patrię veſtræ) *implete* (ô Po-
loni) *gaudium & deſiderium meũ, vt idem ſapiatis: eandẽ charitatem habeatis, vna-
nimes idipſum ſentientes: nihil per contentionẽ, nihil per inanem gloriam, ſed in hu-
militate, ſuperiores ſibi inuicẽ arbitrantes*: non quę ſua ſunt ſinguli conſide-
rantes, ſed ea quæ aliorum. Quam animi moderationẽ, quam hu-
militatẽ, quam patientiã, vt vobis author & dator ille pacis & chari-
tatis præpotens Deus, per interceſsionẽ beatiſsimi Protomartyris
Stephani largiatur, eũ ſupplices per hodiernã precationis formulã
exorate dicentes: Da nobis, quæſumus Domine, imitari quod coli-
mus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius Natalitia celebra-
mus, qui nouit etiam pro ſuis perſecutoribus exorare, Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & re-
gnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæ-
cula ſæculorum. AMEN.

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ CITATORVM ET MAGNA EX PARTE explicatorum, Index accuratiſsimus.

Ex Geneſi.

Ex Exodo.

Ex Leuitico.

Ex Numeris.

Ex Deuteronomio.

Ex Ioſue.

Ex libris Regum & Paralip.

Ex libro Tobiæ.

Ex libro Iudith.

Ex libro Iob.

Ex Pſalmis.

Ex Prouerb: Salom.

Ex Eccleſiaſte.

Ex libro Sapientiæ.

Ex Eccleſiaſtico.

Ex Iſaia.

Ex Ieremia: Threnis, & Baruch.

Ex Ezechiele.

Ex Daniele.

Ex Oſea & reliquis.

Ex Matthæo.

Ex Marco.

Ex Luca.

Ex Ioanne.

Ex Actis Apoſtolorum.

Ex Epiſtola ad Romanos

Ex Epiſt: vtraq; ad Corinthios.

Ex Epistola ad Galatas.

Ex Epistola ad Ephesios.

Ex Epistola ad Philippenses.

Ex Epistola ad Colossenses.

Ex Epist: ad Thessalonicenses.

Ex Epist: ad Timotheum.

Ex Epistola ad Titum.

Ex Epistola ad Hebræos.

Ex Canonica Iacobi.

Ex vtraq; Canonica Petri.

Ex Canonica 1. Ioannis.

Ex Epistola Iudæ.

Ex Apocalypsi.

FINIS.

INDEX VERBORVM ET RERVM,

summam totius operis ordine Alphabetico continens.

Abrahæ

Aqua

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

S.

T.

V.

Z.

FINIS.

CATALOGVS SCRIPTORVM IN HOC OPERE citatorum: & ex quibuſdam præcipuis loca quædam notata.

Alexander Ales. *Anſelmus.*
Ambroſius. *Aratus.*
Ammonius Platonicus. *Ariſtoteles.*
Anibal Roſelli. *Auguſtinus.*

Auguſtini loca. De Carminibus Virgilij Chriſto competentibus. 12. De humilitate 19. De verbi noſtri ad Diuinum analogia 77. De communicatione naturarum in Chriſto 79. De quatruplici hominis ꝓductione 103. De mira Chriſti vnione, eiuſq; effectibus 130. De Sibyllinis verſibus, nomen & titulos Chriſti exprimentibus 186. De veris & falſis Chriſtianis, eorumq; eruditione 215. &c. De ſtella Magorum qualis fuerit 230. De quatruplici manifeſtatione Chriſti in Epiphania 247. De cœcitate Iudæorũ ſupra Pilatum & Herodem 261. De Regno æterno, & temporali per Iudæos amiſſo 264. De miraculis circa reliquias Stephani, & aliorũ martyrum 277. De feſti Natalis & Epiphaniæ, deuota obſeruatione 253.

Aulus Gellius.

Baptiſta Mantuanus *Baronius Cardinalis.*

Baſilius Magnus.

De imagine Dei in homine renouanda 61. De Zacharia patre Ioannis Baptiſtę inter templum & altare occiſo 15. De ſyderũ & Aſtrologiæ recto vſu, & abuſu 255.

Bernardus.

De verbo abbreuiato Chriſto 12. De triplici natura & vnione incarnationis 110. De gratitudine redemptionis humanæ ſupra creationẽ 137. De excellentia & mirabilibus Incarnationis, & partus Marię 104 De circũciſione Chriſti capitis, ꝓ corpore ſuo 159. 171. De Chriſtianis multis, ſed malis, tanquã Iudæis baptiſatis 43. 204.

Beda. *Bonauentura.*
Beroſus. *Breuiarium Romanum.*
Caßiodorus. *Cœlius Rhodiginus.*
Cedronus. *Chalcidius Platonicus.*

Chryſologus.

De creaturarum per incarnationem renouatione 12. De infantia in ſolo Chriſto odioſa 18. De virginitate fœcunda Mariæ 26. De æqualitate perſonarum Diuinarũ, & impia curioſitate 93. De iumentis Chriſto nato blandientibus 152. De Magorum adoratione Prophetica 223. De eorundẽ fide, adoratione, & muneribus 245. &c. De ſtella Magorũ 245. De crudelitate Herodis & Iudæorum in Chriſtum natum 257. &c.

Chryſoſtomus.

De Chriſtianiſmo ad regnũ Salomonis & Roboam comparato 205. De perfectione Chriſtiana non ad ſolos Monachos reſtringenda 209. De renuntiatione Sathanæ 253. De proditione Chriſti nati Herodi per Iudæos 255.

Cicero.
Clemens Alexãdrinus. *Conſtãtinus Magnus.*
Clemens Romanus. *Cornelius Tacitus.*

Cyprianus.

De circumciſione carnali ſpiritualem reſpiciente 167. 169. De Magorum muneribus eorũq; myſteriis 251.

Cyrillus Alexandrinus. *Cyrillus Ieroſolimitanus.*

Damaſcenus.

De renouatione creaturarũ ꝑ incarnationẽ 105.

Dio Caßius. *Dionyſius Carthuſianus.*
Dionyſius Areopagita. *Durandus.*
Epiphanius. *Euſebius Cæſarienſis.*
Ephrem. *Euſebius Emeſſenus.*

Errata marginalia sic restituc.

Pagina 3. linea 7. quod eo nomine Iano. Pag: 12. lin: 19. Cōstantinus. Pag: 16. lin: 7. Sapi: 7. ℣ 1. Pag: 21. Sap: 15. ℣ 14. Pag: 29. lin: 27. adde Luc: 2. ℣ 2. Pag: 30. lin: vltima pro Rom: 13. pone 1. Tessal: 5. ℣ 5. Pag: 31. lin: 14. lege 1. Ioan: 3. ℣ 8. Pag: 33. lin: 16. Exodi 12. Pag: 45. lin: 28. Psalm: 101. Ibidem Ioan: 8. Pag: 52. lin: vltima 1. Ioan: 5. ℣ 20. Pag: 53. lin: 3. adde 1. Ioan: 5. ℣ 12. Pag: 54. lin: 16. adde Iob 21. ℣ 14. Pag: 57. lin: 30. adde Lucæ 19. ℣ 14. Ibidem lin: 32. adde Math: 27. ℣ 25. Pag: 60. lin: 7. lege Psalm 50. ℣ 7. Pag: 61. linea vltima adde Gen: 1. ℣ 26. Pag: 152. lin: 23. pro linea lege lima. Pag: 154. lin: vltima lege Gen: 17. Pag: 156. lin: 25. lege Exod: 4. ℣ 25. Idem pag: 168. Sic etiā lege Pag: 157. lin: 13. Pag: 159. lin: 32. lege Bern: Serm: 2. Pag: 192. lege 2. Pet: 2. ℣ 12. Pag: 198. lin: 14. adde Isa: 48. ℣ 1. Pag: 121. omissus numerus sequentis paginæ. Pag: 104. lin: 24. adde Luc: 11. ℣ 52. Pag: 234. lin: 23. Siquidē Iosue legitur &c. vt in margine. Pag: 244. lin: 31. adde Math: 2. ℣ 2. Ibid: lin: 36. adde Psal: 2. ℣ 6. Pag: 245. lin: 29. adde Math: 2. ℣ 2. Pag: 246. lin: 4. adde Math: 2. ℣ 3. Pag: 262. lin: vlti: adde Psal: 280. ℣ 21. Pag: 285. lin: 32. adde Gen: 21. ℣ 10. Pag: 286. lin: 8. lege 3. Reg: 21. Pag: 263. lin: 35. adde Math: 2. ℣ 2. Pag: 236. lin: 36. adde Gen: 1. ℣ 14. Pag: 293. lin: 5. 2. Cor: 12. Pag: 281. lin: 10. Psal: 54.

CRACOVIÆ, *in Officina Andreæ Petricouij*, 1602.

CHRISTOLOGIÆ, SEV Sermonum de Christo, PARS SECVNDA:

Gesta Christi, quorum memoria fit die Cœnæ Domini, complectens Sermonibus XVIII. quorum titulos sequens pagina exhibebit:

AVTHORE,
R^do HIERONYMO POVODOVIO,
Archipresbytero Cracouiensi:

Cum indicibus sufficientissimis & vtilissimis, vnicuiq; æditioni accommodatis.

IOAN: 17. ver: 3.

Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti, Iesum Christum.

Permissu Superiorum.

CRACOVIÆ,
In Officina Lazari, Basilius Skalski,
Anno Domini, 1604.

ERRATA

[illegible]

1. Timot. 1.

Regi feculorum immortali, & inuifibili, foli Deo honor, & gloria in fecula fe-culorum. Amen.

Finis Indicis fecundæ partis.

